


Library
of
INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
CANADA COUNCIL
1967

ACTA PONTIFICUM DANICA

PAVELIGE AKTSTYKKER VEDRØRENDE DANMARK

1316—1536




V BIND

1492—1513

UDGIVET AF

ALFR. KRARUP og JOHS. LINDBÆK



UDGIVET PAA CARLSBERGFONDETS BEKOSTNING

KØBENHAVN

I KOMMISSION HOS G. E. C. GAD

1913



TRYKT HOS NIELSEN & LYDICHE (AXEL SIMMELKIÆR)

INDLEDNING.

Brevene i dette 5. Bd. stammer, som i de foregaaende, de fleste fra Vatikanerarkivet, en Del ogsaa fra danske Samlinger. Vatikanbrevene er trykt efter Afskrifter tagne af Dr. M. Mackeprang 1896—97, Bibliotekar Raphael Meyer 1900—1902, Rektor Jul. Nielsen 1901—02 og undertegnede Lindbæk 1900—01 og 1906. Af tidligere utrykt Materiale har vi gennemgaaet de svenske Bullarier af Peringsköld, Örnhjelm og Fredenheim, som vi ved det svenske Vitterhets-, Historie- och Antikvitetsakademiens Velvilje har faaet sendt herned fra Stockholm. Ved Brevene fra Lunde Stift har vi ligesom i de foregaaende Bind nøjedes med Overskrifterne og Henvisninger til, at de vil blive trykt i Diplomatarium diocesis Lundensis V og VI.

Korrekturen af Vatikanbrevene er til og med Ark 21 besørget af Dr. jur. Emilio Ranuzzi, hvis Embedsforretninger i Arkivet desværre har gjort det umuligt for ham at fortsætte ogsaa for den følgende Tid. Da det ikke lod sig gøre at skaffe en anden Korrekturlæser i Rom, paatog Rektor Jul. Nielsen i Ribe sig at tage derned og i 2 Maaneder i Efteraaret 1912 revidere hele Resten af vort Materiale. Carlsbergfondet bevilgede med megen Imødekommen de hertil nødvendige Pengemidler, hvorfor vi herved bringer vor ærbødige Tak.

Vor Tak gælder ogsaa, ligesom i de tidligere Bind, Arkivar Thiset og Dr. phil. Will. Christensen samt endelig — sidst, men ikke mindst — Prof. M. Cl. Gertz, som ogsaa ved dette Bind har hjulpet os med sine værdifulde Tekstrettelser og Konjekturer.

København, i Maj 1913.

Alfr. Krarup. *Johs. Lindbæk.*

ALEXANDER VI

valgt 11. Aug. 1492, viet 26. Aug. 1492, død 18. Aug. 1503.

3302. **26. Aug. 1492—1494.**

Paven overdrager Jens Pedersen (Hostorp) et Vikariat i Slesvig Stift.

Slesvicensis. Johannes Petrus de Alostropii. Nova provisio vicarie.

Uddrag i Indice 339 efter Reg. Lat. Alex. VI anno 1 lib. 28 (tabt) fol. 98.

3303. **26. Aug. 1492—18. Aug. 1503.**

Paven overdrager Henning Stewer en Sognekirke i Roskilde Stift.

Roskildensis. Henninghus Stewer. Nova provisio parrochialis.

Uddrag i Indice 339 efter Reg. Lat. Alex. VI anno 1 lib. 9 (tabt) fol. 295.

3304. **26. Aug. 1492—18. Aug. 1503.**

Paven overdrager Thidericus Lietardi Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Roskildensis. Thiericus Lietardi. Canonicatus certo modo.

Uddrag i Indice 340 efter Reg. Lat. Alex. VI anno 5 lib. 9 (tabt) fol. 210.

3305. **26. Aug. 1492.**

Paven stadfæster Sixtus IV's Privilegiebrev for Helligaandsklostret i København (13. April 1474, Nr. 2547), hvorved dette, der var stiftet af Christiern I, særlig for at optage Hittebørn, indlemmedes i Helligaandsordenen og stilledes direkte under St. Spiritus in Saxia med Delagtighed i dettes Privilegier og Indulgenser undtagen Plenaraflad, samt Innocens VIII's Stadfæstelse af dette Brev og endelig Innocens VIII's Erklæring af 2. Juli 1492 (jfr. Supplik af 16. Juni 1492, Nr. 3298) om, at Københavns Kloster er virkeligt Medlem af Helligaandsordenen og delagtigt i alle dennes Privilegier. Da der ikke var udstedt nogen Bulle angaaende den sidste Stadfæstelse paa Grund af Innocens' Død, erklærer Paven, at det nu udstedte Brev skal have Gyldighed fra 2. Juli 1492.

Ad perpetuam rei memoriam. Rationi congruit *(Kbhs. Dipl. IV, 224—27; Reg. *8208)*. Datum Rome 7. kal. sept. anno 1.

Indtaget i en pavelig Kammertranssumpt af 6. Juli 1495 (Kbhs. Gaarde og Huse 432; R. A.).

Roskildensis. Johannes rex Dacie. Confirmatio erectionis cuiusdam hospitalis. Ad perpetuam.

Uddrag i Indice 339 efter Reg. Lat. Alex. VI anno 1 lib. 3 (tabt) fol. 228.

3306. 26. Aug. 1492.

Paven stadfæster den Udnævnelse, som Innocens VIII 9. Juli 1492 (Nr. 3301) havde foretaget af Mads Knudsen, Præst og Munk i Voer Kloster, til Biskop i Gardar efter Jakob Blaas Resignation. Paa Grund af Pave Innocens' Død var der ikke udstedt nogen Udnævnelsesbulle.

Mathie Canuti electo Ga[r]densi. Decens reputamus *(Dipl. Norv. XVII, 638—40).* Datum Rome 7. kal. sept. anno 1.

Gratis etc.
Reg. Vat. 772 fol. 19.

3307. 26. Aug. 1492.

Paven bevilger Eggert Durkop en aarlig Pension af Provstiet i Minden, som af Innocens VIII var overdraget til Daniel Berner (jfr. Nr. 3292).

Egerdo episcopo Slesvicensi. Rationi congruit etc.. Dudum siquidem, cum tu canonicatum et prebendam necnon, que inibi dignitas maior post pontificalem existit, cuique cura imminet animarum, et ad quam consuevit quis per electionem assumi, preposituram ecclesie Mindensis, quos tunc ex dispensatione apostolica obtinebas, in manibus Innocentii pape VIII, sub data videlicet 17. kal. aug. pontificatus ipsius anno 8, sponte resignasses, dictusque predecessor resignationem ipsam tunc admittens de canonicatu et prebenda ac prepositura predictis Danieli Berner canonico et preposito dicte ecclesie providisset, prout in nostris desuper confectis litteris, cum dictus predecessor, antequam sue desuper conficerentur littere, rebus fuit humanis exemptus, plenius continetur, idem predecessor . . . . tibi, qui ecclesie Slesvicensi preesse dinoscebaris et locum unius ex causarum palatii apostolici auditoribus . . . tenebas . . ., sub dicta data pensionem annuam 10 mr. super fructibus canonicatus, prebende ac prepositure predictorum tibi, quoad viveres, vel procuratori tuo . . . per dictum Danielem, cuius ad id expressus accedit assensus, pro una videlicet in domini nostri Jesu Christi et alia medietatibus pensionis eiusdem in s. Johannis baptiste nativitatum festivitatibus annis singulis integre persolvendam ac per te, quoad viveres, una cum Slesvicensi aliisque ecclesiis et beneficiis ac pensionibus predictis percipiendam . . . tibi reservavit . . ., et statuit, quod, si dictus Daniel in eisdem festivi-

tatibus vel saltem infra triginta dies illarum singulas immediate sequentes pensionem . . . non persolvisset . . ., sententiam excommunicationis incurreret . . ., quodque, cedente vel decedente dicto Daniele seu alias canonicatum et prebendam ac preposituram predictos . . . dimittente, liceret tibi ad canonicatum et prebenpam ac preposituram predictos liberum habere regressum . . . ., tibi concessit . . . . Ne autem tu absolutionis, reservationis, statuti . . et concessionis predictorum pro eo, quod super illis dicti Innocentii predecessoris (?) littere, eius superveniente obitu, confecte non fuerunt, frustreris effectu, episcopo Alexandrino et cantori ecclesie Hildesemensis ac officiali Hildesemensi per hec apostolica etc. mandamus, quatenus faciant pensionem predictam . . . . tibi vel procuratori tuo persolvi. Datum Rome 7. kal. sept. anno 1.

Gratis de mandato.
Reg. Vat. 773 fol 10 v.

3308. **26. Aug. 1492.**

Paven befaler Abbeden i Øm Kloster og Officialen i Aarhus at overdrage Aarhuskanniken Laurens Vesteni Ærkedegneembedet i Aarhus.

Abbati monasterii loci de Emme Arusiensis diocesis et officiali Arusiensi. Rationi congruit [etc.]. Dudum siquidem, per Innocentium papam VIII accepto, quod archidiaconatus ecclesie Arusiensis ex eo, quod Johannes Jacobi, canonicatum et, parrochialem ecclesiam s. Olaui nuncupatam, prebendam in eadem alias sibi canonice collatam [ɔ: -tos] tunc obtinens, prefatum archidiaconatum, qui in dicta ecclesia Arusiensi dignitas post pontificalem maior existit, et cui etiam cura imminebat animarum, tunc vacantem et etiam canonice sibi collatum pacifice assecutus, illum ac, quibus cura imminebat animarum, dictos canonicatum et prebendam insimul post et contra constitutionem Johannis pape XXII, que incipit *Execrabilis*, nulla super hoc dispensatione suffultus, per annum et ultra detinuerat et etiam tunc detinebat indebite occupatos, vacabat, nullusque, si ita erat, de dicto archidiaconatu preter Romanum pontificem ea vice disponere poterat pro eo, quod idem Johannes predecessor omnes dignitates ceteraque beneficia, que per eandem constitutionem vacare contingeret, dispositioni sue reservavit . . ., idem Innocentius, volens Laurentio Bostem (!) canonico Arusiensi, qui de nobili genere ex utroque parente procreatus existebat ac canonicatum et prebendam dicte ecclesie Arusiensis inter alia

obtinebat, gratiam facere specialem, sub data videlicet 14. kal. febr. anno 8, concessit certis judicibus dari in mandatis, quatenus, si, vocatis dicto Johanne et aliis evocandis, archidiaconatum predictum [fructus 30 duc. auri de camera], ut premittitur, vacare repperirent, illum eidem Laurentio auctoritate apostolica conferrent. Ne autem de concessione predicta pro eo, quod super illa dicti Innocentii predecessoris littere, eius superveniente obitu, confecte non fuerint, valeat quomodolibet hesitari, ipseque Laurentius illarum frustretur[1]) effectu, volentes, quod concessio Innocentii . . . perinde a dicta die 14. kal. febr. suum sortiatur effectum, ac si super illa littere ipsius Innocentii sub dicte diei data confecte fuissent . . ., discretioni vestre mandamus, quatenus, si, vocatis dicto Johanne Jacobi et aliis, qui fuerint evocandi, archidiaconatum predictum dicta die 14. kal. febr. vacavisse et tunc vacare reppereritis, illum eidem Laurentio juxta concessionem Innocentii huiusmodi auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome 7. kal. sept. anno 1.

XXVI.
Reg. Vat. 777 fol. 111.

3309. **26. Aug. 1492.**

Paven bevilger Biskop Eggert Durkop i Slesvig en aarlig Pension af Ærkedegneembedet i Borsem i Hildesheim Stift, som allerede var tilstaaet ham ved Innocens VIII's Brev af 25. April 1491.

Egerdo episcopo Slesvicensi. Rationi congruit [etc.]. Dudum siquidem, cum, lite et causa inter te et Gerardum Oldiningen, qui se gerebat pro clerico, super archidiaconatu in Borsem in ecclesia Ildesemensi, quem tunc per obitum Gisileride Northeth . . . vacantem vigore quarundam litterarum gratie expectative tibi tunc in minoribus constituto per Sixtum papam IV concessarum . . . acceptaveras et de illo provideri tibi obtinueras, coram bone memorie Antonio episcopo Tiburtino tunc in dicta curia residenti, qui locum unius ex auditoribus causarum palatii apostolici de mandato Innocentii pape VIII tunc tenebat, in prima instantia indecisa pendente, prefatus Innocentius ecclesie Slesvicensi tunc pastoris regimine destitute de persona tua . . . . providisset . . . . ac tecum inter alia, ut, postquam munus consecrationis suscepisses ac possessionem vel quasi regiminis dicte ecclesie Slesvicensis vel maioris partis eiusdem pacifice asse-

[1]) Cod. frustreretur

cutus fores, una cum dicta ecclesia Slesvicensi, quam diu illi preesses, omnia beneficia, que tempore provisionis predicte obtinebas, ac in quibus jus tibi quomodolibet competebat . . . ., obtenta videlicet ut prius retinere necnon jus tibi in illis quomodolibet competens prosequi et defendere et illa, si ea evinceres, similiter retinere libere valeres, dispensasset, tuque postmodum liti et cause huiusmodi ac omni juri tibi in dicto archidiaconatu quomodolibet competenti in manibus eiusdem Innocentii predecessoris sponte cessisses, ipseque Innocentius, cessionem huiusmodi admittens ac litem predictam, quam, ut Hermannus Cok clericus Ildesemensis asserebat, dictus Gerardus per decem annos et ultra finiri non procuraverat, propterea penitus extinguens, eidem Hermanno de dicto archidiaconatu per cessionem predictam . . . . vacante provideri concessisset, idem Innocentius predecessor, volens tibi, qui etiam locum unius ex palatii causarum huiusmodi auditoribus tenebas, prout adhuc de nostro tenes mandato, ac canonicatum et prebendam eiusdem ecclesie Ildesemensis inter cetera obtinebas, ne ex cessione huiusmodi nimium dispendium patereris, sed ut statum tuum juxta pontificalis dignitatis exigentiam decentiu tenere valeres, de alicuius subventionis auxilio providere, . . . sub data videlicet 7. kal. maji anno 7 pensionem annuam 8 fl. auri de camera super dicti archidiaconatus fructibus . . ., qui 4 mr. valorem annuum non excedebant . . ., tibi, quoad viveres, vel procuratori tuo . . per dictum Hermannum, cuius ad hoc expressus accesserat assensus, pro una videlicet in domini nostri Jesu Christi et alia medietatibus pensionis eiusdem in b. Johannis baptiste nativitatum festivitatibus annis singulis integre persolvendam et per te, quoad viveres, etiam una cum dicta ecclesia Slesvicensi, cui etiam tunc preesse dinoscebaris, ac canonicatu et prebenda aliisque beneficiis predictis percipiendam reservavit. . . . . . . Ne autem de reservatione predicta pro eo, quod littere [supradicte] ipsius Innocentii predecessoris, eius superveniente obitu, confecte non fuerunt, valeat quomodolibet hesitari, tuque illarum frustreris effectu, statuentes, quod reservatio Innocentii huiusmodi perinde a dicta die 7. kal. maji valeat suumque sortiatur effectum, ac si super illa littere eiusdem predecessoris sub dicte diei data confecte fuissent . . . ., quodque presentes littere ad probandum plene reservationem huiusmodi ubique sufficiant, ... Pennensi et Alexandrino episcopis ac officiali Mindensi mandamus, quatenus . . . faciant auctoritate nostra pensionem

predictam tibi, quoad vixeris, vel pro te procuratori predicto . . . persolvi . . . . Datum Rome 7. kal. sept. anno 1.

Gratis de mandato pape.
Reg. Vat. 802 fol. 55 v.

3310. **26. Aug. 1492.**

Paven befaler Biskopperne i Penne og Mylopotamos og Officialen i Minden at overdrage Eggert Durkop Provstiet i Hildesheim, saaledes som Innocens VIII havde bestemt ved et Brev af 20. Maj 1487.

Pennensi et Milopotamensi episcopis ac officiali Mindensi. Rationi congruit etc. Dudum siquidem, per Innocentium papam VIII accepto, quod prepositura ecclesie Hildesemensis certo modo vacabat tunc, licet Henricus ex comitibus de Swartzborch, qui se gerebat pro clerico, preposituram ipsam, nullo sibi in ea suffragante titulo vel juris adminiculo, sed temeritate propria et de facto, per tres et ultra citra tamen sex annos detinuisset tuncque detineret indebite occupatam, idem predecessor, volens Egerdo episcopo Slesvicensi, tunc in minoribus constituto, canonico Hildesemensi, decretorum doctori, eiusdem predecessoris capellano et causarum palatii apostolici auditori, qui canonicatum et prebendam dicte ecclesie inter alia obtinebat, ... gratiam facere specialem . . . ., voluit, sub data videlicet 13. kal. junii anno 3, certis judicibus dari in mandatis, ut, si, vocatis dicto Henrico et aliis, qui forent evocandi, preposituram predictam, que inibi dignitas post pontificalem maior existebat [fructus 90 mr.], ... vacare repperirent, illam . . . ., dummodo dicta die 13. kal. junii non esset in ea alicui specialiter jus quesitum, ... eidem Egerdo episcopo, tunc canonico, auctoritate apostolica conferrent. Ne autem de concessione prefata pro eo [*etc. som Nr. 3308 til* hesitari], ipseque Egerdus episcopus, qui etiam locum unius ex causarum palatii apostolici auditoribus de mandato nostro tenet, et cum quo dudum, ut una cum ecclesia Slesvicensi, cui tunc vacanti de persona sua apostolica fuerat auctoritate provisum, alia[1]) omnia beneficia . . . ., que tunc obtinebat, ac ad que jus sibi quomodolibet competebat, retinere . . . . . necnon jus sibi in beneficiis predictis quomodolibet competens prosequi et defendere, et si illa evinceret et assequeretur, similiter recipere et cum dicta ecclesia Slesvicensi, quamdiu illi preesset, retinere libere valeret, apostolica fuit auc-

[1]) Cod. inter alia

toritate dispensatum, concessionis predicte frustretur effectu, volentes, quod concessio Innocentii predecessoris huiusmodi perinde a dicta die 13. kal. junii suum sortiatur effectum, ac si super illa ipsius Innocentii littere sub eiusdem diei data confecte fuissent . . . ., discretioni vestre mandamus, quatenus, vocatis dicto Henrico et aliis, qui fuerint evocandi, preposituram predictam, si dicta die 13. kal. junii vacabat et tunc non esset(!) in ea alicui specialiter jus quesitum, eidem Egerdo episcopo auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome 7. kal. sept. anno 1.

L. Gratis de mandato. 11. kal. aprilis anno 4. Dulcius.
Reg. Lat. 937 fol. 50.

3311. **29. Aug. 1492.**

Klerken Jens Laurenssen fra Roskilde Stift faar Kanonikat og Præbende i Aarhus og Sognekirken i Viby i Odense Stift.

Nuper vacantibus canonicatu et prebenda ecclesie Arusiensis, quibus cura animarum imminet, ac parrochiali ecclesia s. Nicolai Wrby Ottoniensis diocesis per liberam resignationem Andree Nicolai in manibus ordinariorum locorum ex causa permutationis factam et admissam, Johannes Laurentii clericus Roskildensis in Romana curia presens de illis sibi ordinaria auctoritate respective obtinuit provideri, possessionibus forsan subsecutis. Dubitat autem provisionem huiusmodi et inde secuta quecunque viribus non subsistere [ac] canonicatum et prebendam ac ecclesiam predictos adhuc vacare. Supplicat [igitur] dictus Johannes Laurentii, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ac ecclesia predictis [fructus 4 mr.] simpliciter aut de novo et in eventum litis in forma gratie si neutri [etc.] providere necnon [secum, ut] canonicatum et prebendam ac parrochialem ecclesiam predictos vel absque illis quecunque duo alia curata seu alias invicem incompatibilia . . . . ., si sibi alias canonice conferantur . . . ., recipere et, quoad vixerit, retinere illaque . . . ., quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia beneficia ecclesiastica duo dumtaxat invicem incompatibilia similiter, quoad vixerit, recipere et retinere libere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie . . . Et quod verus valor augendo ad alias 4 mr. similes necnon qualitates canonicatus et prebende, etiam si eosdem ad ecclesiam predictam orator de facto sit assecutus et absque dispensatione possessionem forsan apprehenderit, nullos tamen ex eisdem fructus percepit, in litteris de verbo ad verbum exprimi possit, et

super premissis conjunctim aut separatim expediri, prout oratori visum fuerit. Datum Rome 4. kal. sept. anno 1.

Suppl. 955 fol. 31.

3312. **30. Aug. 1492.**

Klerken Jens Laurenssen fra Roskilde Stift faar Kanonikat og Præbende i København og Dispensation til ikke at residere ved Embedet.

Cum canonicatus et prebenda ecclesie b. Marie in Haffnia Roskildensis diocesis per obitum Laurentii Jacobi vacent ad presens et tanto tempore vacaverint, quod illorum collatio ad sedem apostolicam extitit devoluta, licet quidam Petrus . . . pro presbitero se gerens nullo titulo saltem legitimo illos per annum et ultra citra tamen biennium detinuerit, prout de presenti detinet, indebite occupatos, supplicat igitur Johannes Laurentii clericus dicte diocesis, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] providere necnon sibi, ut in litterarum studio, ubi illud vigeat generale, vel in Romana curia seu altero beneficiorum suorum residendo fructus dictorum canonicatus et prebende, postquam illos assecutus fuerit, necnon singulorum beneficiorum . . . ., que obtinet et in futurum obtinebit, cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, quamdiu vixerit, percipere possit . . . ., et ad residendum interim in eisdem minime teneatur . . . ., concedere dignemini, Bonifacii pape VIII, per quam concessiones huiusmodi absque prefinitione temporis fieri prohibentur, et aliis apostolicis constitutionibus, presertim illa, que incipit *Ad vicariam* etc., statutis quoque et consuetudinibus, in quibus forsan beneficia fuerint, juramento, confirmatione etc. ceterisque contrariis quibuscunque non obstantibus. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie . . . Et quod littere super premissis conjunctim aut separatim expediantur. Datum Rome 3. kal. sept. anno 1.

Suppl. 955 fol. 30 v.

3313. **1. Sept. 1492.**

Paven befaler Dekanen og Provsten i Roskilde at paadømme en Sag, som Kantoren Jakob Jensen i København agter at rejse mod Klerken Johan Vitzendorp, der vil forholde ham St. Olavs Alter (i Københavns Vor Fruekirke), som er kanonisk forbundet med Kantorembedet.

Decano et preposito ecclesie Roskildensis. Conquestus est nobis *(Ny kirk. Saml. V, 419—20; Reg. *8210)*. Datum Rome kal. sept. anno 1.

Orig. i Universitetsbiblioteket (Universitetskvæsturens Arkiv).

3314. **11. Sept. 1492.**

Paven befaler sin Kapellan og Auditør Franciscus Brevius at overdrage Klerken Hermannus Kock fra Hildesheim Stift Kanonikat og Præbende samt Provstiet i Slesvig, hvorom denne havde ført Proces ved Kurien med Enwald Søvenbroder.

Magistro Francisco Brunio [ↄ: Brevio], capellano nostro et causarum palatii apostolici auditori. Vite ac morum honestas [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Hermanni Cock clerici Hildesemensis petitio continebat, quod olim, canonicatu et prebenda ac, que inibi dignitas maior post pontificalem et, ut a nonnullis asseritur, de jure patronatus pro tempore existentis regis Dacie existit, prepositura ecclesie Slesvicensis ex eo, quod Ewaldus Sencabroder (!), olim preposituram ac canonicatum et prebendam predictos obtinens ac, ut pretendebat, per capitulum dicte ecclesie in illius tunc pastore carentis episcopum quamvis de facto electus, regimini dicte ecclesie . . . etiam de facto se ingesserat seque in regimine predicto intruserat, vacantibus, Egerdus episcopus, tunc electus, Slesvicensis preposituram ac, qui, dum pro tempore vacant, ad collationem . . . episcopi Slesvicensis pro tempore existentis et capituli predictorum pertinent, canonicatum et prebendam predictos vacantes prefato Hermanno quamvis de facto ordinaria auctoritate contulit ac providit etiam de eisdem; ortaque postmodum inter Hermannum et Ewaldum prefatos super canonicatu et prebenda ac prepositura predictis, de quibus vacantibus Hermannus sibi provisum dictumque Ewaldum provisioni predicte etiam contra justitiam se opponere et impedire, quominus provisio predicta [suum] consequeretur effectum, illorumque possessionem, quam antea per decem annos et ultra tenuerat, continuare, Ewaldus vero prefati canonicatum et prebendam ac preposituram predictos ad se de jure spectare asserebant, prout adhuc dictus Ewaldus asserit, materia questionis, Innocentius papa VIII causam huiusmodi, non obstante, quod ad Romanam curiam legitime devoluta ac apud eam de juris necessitate tractanda et finienda non esset, tibi ad instantiam ipsius Hermanni audiendam commisit et fine debito terminandam. Et cum tu ad decretum citationis executioni demandate in causa huiusmodi processisses, ac magister Matheus de Ubaldis, capellanus noster et causarum palatii apostolici auditor, bone memorie Johannis episcopi Nucerini et locum unius ex causarum dicti palatii auditoribus de mandato dicti Innocentii tenentis surrogatus, in vim certe specialis per eundem Innocen-

tium sibi super hoc facte commissionis eundem Ewaldum canonicatu et prebenda ac prepositura predictis omnibusque aliis beneficiis, que tunc obtinebat, pro eo, quod certo monitorio contra eum per prefatum Matheum auditorem vigore dicte commissionis decreto et executioni demandato ausu temerario parere contempserat, per suam declaratoriam sententiam, que nulla provocatione suspensa in rem transivit judicatam, privatum ac ad illa et alia in posterum obtinenda beneficia inhabilem declarasset, prefatus Egerdus episcopus canonicatum et prebendam ac prepositiuram predictos eidem Hermanno de novo contulit ac providit etiam de eisdem similiter de facto. Cum autem a nonnullis asseratur etiam dicto Ewaldo in canonicatu et prebenda ac prepositura predictis jus non competere, nos, qui dudum inter alia statuimus, quod, quicunque beneficium tunc per annum immediate precedentem pacifice possessum, et quod certo modo vacare pretenderet, extunc deinceps impetraret, nomen, gradum et nobilitatem possessoris eiusdem, et quot annis illud ipse possedisset, ac specificam et determinatam causam, ex qua clare constare posset, quod nullum ipsi possessori in dicto beneficio jus competeret, causam (!) in huiusmodi impetratione exprimere et infra sex menses ipsum possessorem ad judicium evocari facere causamque extunc desuper infra annum usque ad sententiam diffinitivam inclusive prosequi deberet, alioquin impetratio predicta et quecunque inde secuta nullius existere[n]t firmitatis, et idem impetrans de damnis et interesse possessorem predictum propterea contingentibus ei satisfacere et, si possessorem ipsum injuste, frivole ac [in]debite molestasse repertus existeret, 50 fl. auri persolvere camere apostolice esset astrictus, nec alius quam premisse vacationis modus, etiam per litteras *si neutri* aut surrogationis vel alias, sibi quoad hoc, ut huiusmodi beneficium ea vice consequi vel obtinere valeret, quomodolibet suffragaretur, illudque nullatenus inantea litigiosum propterea censeretur, volentes dicto Hermanno, asserenti, quod modernus rex Dacie aliquem ad prepositiuram predictam sic vacantem presentare non curavit, specialem gratiam facere, discretioni tue mandamus, quatenus, si per eventum litis huiusmodi tibi constiterit etiam dicto Ewaldo in canonicatu et prebenda ac prepositura predictis jus non competere, canonicatum et prebendam [fructus 2 mr.] ac prepositiuram, cui cura imminet animarum, et ad quam consueverit quis per electionem assumi [fructus 4 mr.], sive ut premittitur, sive specialiter vel dicta pre-

positura, si de jure patronatus dicti regis non sit ex eo, quod dignitas maior existit,[1]) prefato Hermanno auctoritate nostra conferas, non obstantibus jure patronatus huiusmodi, quatenus de illo sit, necnon priori statuto nostro predicto, quo [ɔ: cui] etiam quoad omnes eiusdem prioris statuti partes hac vice dumtaxat derogamus. Datum Rome 3. id. sept. anno 1.

Reg. Vat. 775 fol. 252 v.

3315. 22. Sept. 1492.

Paven stadfæster forskellige Auditørers Kendelser i den ved Kurien førte Proces mellem Eggert Durkop og den ulovlig til Biskop valgte Envald Søvenbroder og de Kanniker, der har villet indtrænge ham i Embedet.

Ad futuram rei memoriam. Officium in specula presidentis nos excitat et inducit [etc.]. Dudum siquidem, ecclesia Slesvicensi, cui Helricus episcopus Slesvicensis presidebat, per obitum eiusdem Helrici episcopi pastoris solatio destituta, Innocentius papa VIII eidem ecclesie sic vacanti de persona Egerdi episcopi Slesvicensis, tunc capellani sui et causarum palatii apostolici auditoris, . . . providit . . .; et deinde, [cum], sicut accepimus, quidam perditionis filii, Ewaldus prepositus eiusdem ecclesie pro electo Slesvicensi et, qui prefatum Ewaldum in episcopum Slesvicensem quamvis de facto elegerunt, quique et Ewaldus prefatus quoddam castrum, Swanestedt nuncupatum, ad ecclesiam ipsam pertinens cum omnibus juribus, jurisdictionibus, villis, curiis et pertinentiis suis ac omnia alia bona mobilia et immobilia per prefatum Helricum episcopum relicta ac jurisdictionem episcopalem temeritate propria sibi usurpaverant et ad manus laicorum alienaverant, Nicolaus Junge, Leuo Leuen, Theodoricus Engelen et Jacobus Semelbecker pro canonicis dicte ecclesie se gerentes prefatum Egerdum episcopum ad possessionem regiminis ac bonorum eiusdem ecclesie admittere et sibi ut episcopo Slesvicensi obedire recusarent, ipseque Ewaldus se pro electo Slesvicensi gerere et electores prefati etiam post predictam eiusdem predecessoris provisionem eidem Ewaldo tamquam electo adherere et obedire ac castri cum omnibus juribus, jurisdictionibus, villis, curiis et pertinentiis suis aliorumque bonorum huiusmodi necnon jurisdictionis temporalis alienationem continuare illaque minime recuperare ac prefatum Egerdum alias multipliciter impedire et molestare variisque damnis et incommodis tam ipsam ecclesiam quam prefatum Egerdum illius episcopum te-

[1]) Teksten korrupt.

mere et de facto afficere et impedire presumerent, idem Innocentius magistro Felino de Sandeis, nostro, tunc suo, capellano et causarum palatii apostolici auditori, commisit, ut, constito sibi summarie de premissis, eosdem electum et electores omnesque alios clericos et laicos in predictis rebellionibus, alienationibus, usurpationibus et impedimentis perseverantes[1]) eorumque complices et adherentes sub excommunicationis ac aliis ecclesiasticis sententiis [et] censuris, ut prefatum Egerdum in ipsius ecclesie episcopum admittere sibique obedientiam et reverentiam debitas et devotas exhibere ac castrum cum attinentiis, juribus, villis, curiis et jurisdictionibus huiusmodi necnon alia bona mobilia et immobilia dicte ecclesie usurpata et alienata recuperare necnon fructus perceptos, et qui percipi potuerant, eidem Egerdo restituere infra unum et infra alios competentes terminos se premissa fecisse eundem Felinum auditorem certificare studerent, moneret et requireret et in eventum non paritionis eosdem monendos sententias et censuras predictas incurrisse declararet [ac] eisdem, ne de cetero talia vel similia aut quecunque contra eundem Egerdum episcopum suamque ecclesiam predictam ac eiusdem ecclesie bona jurisdictionemque spiritualem et temporalem, personas, vassallos ac homines eiusdem ecclesie attentare presumerent, sub sententiis et censuris predictis inhiberet, etiam cum potestate sententias et censuras predictas aggravandi, reaggravandi, interdictum ecclesiasticum ponendi et auxilium bracchii secularis invocandi ac causas, quas prefatus Egerdus episcopus contra electum et electores prefatos supradicte ecclesie habebat et habere volebat, audiendi et fine debito terminandi. Et monitorio citatorio commissionis huiusmodi vigore juxta illius formam per prefatum Felinum auditorem contra electum et electores predictos decreto ac contra Ewaldum, Jacobum, Theodericum et Lenonem ac vigore clausule generalis *omnesque alios* Philippum vor dem Broke, qui etiam electioni huiusmodi interfuerat, executioni debite demandato, prefatus Felinus in causa huiusmodi rite et legitime procedens eosdem Ewaldum, Theodericum, Jacobum, Lenonem ac Philippum excommunicationis ac alias sententias, censuras et penas in litteris monitorialibus huiusmodi contentas ob illarum non paritionem incidisse declaravit per declaratoriam ac per diffinitivam, quam desuper contra eosdem excommunicatos cum ex-

[1]) Gz. — Cod. percrepantes

pensarum condempnatione promulgavit, sententias ecclesiam ipsam eidem Egerdo episcopo adjudicavit. A quibus quidem sententiis fuit pro parte eorundem Ewaldi, Theoderici et Jacobi ad sedem apostolicam appellatum, et prefatus Innocentius predecessor causam appellationis huiusmodi magistro Petro de Accoltis, etiam nostro, tunc suo, capellano et causarum dicti palatii auditori, commisit; ipseque Petrus auditor in causa huiusmodi etiam rite procedens sententias dicti Felini cum fructuum et simili expensarum condempnatione per aliam suam sententiam confirmavit; et postea, pro parte dictorum Ewaldi, Theoderici et Jacobi a posteriori sententia huiusmodi, in quantum declaratoria predicta confirmatoria existebat, appellato, cum posterior diffinitiva sententia predicta in rem judicatam transivisset, expensas coram ipsis Felino et Petro auditoribus pro parte prefati Egerdi contra dictos adversarios in causa dictarum duarum diffinitivarum sententiarum legitime factas alterius specialis commissionis vigore tassavit (!) et moderavit ac litteras desuper executoriales sub excommunicationis et aliis sententiis, censuris et penis decrevit; causaque posterioris appellationis huiusmodi bone memorie Johanni episcopo Nucerino, tunc locum unius ex causarum dicti palatii auditoribus de mandato dicti predecessoris tenenti, commissa extitit; et illa coram eodem episcopo Nucerino seu illius subrogato indecisa pendente, idem Petrus auditor prefatos adversarios sententias et censuras predictas in eisdem litteris executorialibus contentas ob earum non paritionem incidisse declaravit eosque et eas aggravavit, reaggravavit et interdictum ecclesiasticum posuit. Et premissis omnibus eidem Innocentio predecessori expositis, idem predecessor eidem Johanni episcopo et locum tenenti seu eius in ea parte subrogato per specialem commissionem commisit, ut dictos adversarios excommunicatos sub prepositure et canonicatuum et prebendarum dicte ecclesie aliorumque beneficiorum, que obtinebant, privationis necnon 20,000 duc. auri de camera, pro una videlicet camere apostolice et alia medietatibus dicto Egerdo episcopo applicandorum, penis, quatenus priori monitorio predicto satisfacerent et parerent, moneret et in eventum non paritionis illos sententias, censuras et penas etiam privationis et pecuniarias predictas incurrisse declararet et alia tunc expressa faceret, que in eadem posteriori commissione plenius continebantur. Et deinde magister Matheus de Ubaldis causarum eiusdem palatii auditor, in locum ipsius Johannis Nucerini episcopi

subrogatus, dictas duas sententias declaratorias confirmavit necnon expensas in tribus instantiis cum trium sententiarum declaratoriarum predictarum [promulgatione][1]) pro parte dicti Egerdi episcopi contra prefatos adversarios legitime factas taxavit et moderavit ac alias executoriales desuper et tandem vigore predicte posterius sibi, ut prefertur, facte commissionis de novo monitoriales litteras contra Ewaldum et electores predictos decrevit et tandem ipsos Ewaldum, Theodericum et Jacobum sententias, censuras et penas etiam privationis et pecuniarias in posterioribus executorialibus et monitorialibus litteris respective contentas predictas per duas successivas declaratorias sententias incidisse declaravit, ipseque Felinus auditor in causa prioris declarationis huiusmodi ad ulteriora rite procedens sententias [etc.] per eum latas predictas aggravavit, reaggravavit, interdictum ecclesiasticum apposuit et auxilium bracchii secularis invocavit. Et successive idem Innocentius predecessor prefato Felino auditori per specialem dependentem commissionem commisit, ut quosdam Helmoldum canonicum et Joannem Cordes vicarium dicte ecclesie ac certos alios clericos et laicos tunc expressos, qui cum predictis excommunicatis participare non formidabant, sub similibus excommunicationis maioris ac 1000 duc. auri de camera per quemlibet ex Helmoldo canonico et aliis in posteriori commissione predicta nominatis, si non parerent, eidem Egerdo episcopo et camere predicte mediatim persolvendorum et aliis ecclesiasticis sententiis [etc.] moneret, quatenus statim, postquam monitorium vigore predicte posterioris commissionis tunc decernende legitime executioni demandatum foret seu de eodem monitorio notitiam haberent, ipsi participantes a quibusvis familiaritatis servitiis, conversationibus, participationibus, obedientia et comunione dictorum Ewaldi, Theoderici et aliorum excommunicatorum predictorum penitus et omnino imperpetuum desisterent, nec cum eis sedendo ambulando, salutando, hospitando, bibendo, molendo, coquendo, cibum, potum, ignem vel aquam ministrando aut aliquo humanitatis solatio participare seu aliquos fructus dicte prepositure, prebende aut quorumvis aliorum beneficiorum per eosdem excommunicatos obtentorum dare et ministrare seu sibi tamquam dominis spiritualibus vel temporalibus obedire vel reverentiam exhibere aut tamquam talibus redditus vel census quoscunque solvere pre-

---

[1]) add. Gz.

sumerent, quin imo prefatis excommunicatis omnes quorumvis beneficiorum per ipsos excommunicatos obtentorum fructus ac quecunque jura, redditus et census per ipsos excommunicatos tam ex beneficiis quam ex quibusvis dominiis, feudis et locis temporalibus percipi solitos et consuetos perpetue subtraherent, donec et quousque predicti excommunicati a prefatis sententiis [etc.] ac illarum o[b]scenitate se canonice obtinuissent absolvi et a fetoribus huiusmodi expurgari, ac infra certum tunc expressum terminum peremptorium competentem monitionibus et mandatis huiusmodi plene et integre paruisse coram prefato Felino auditore docerent, et supradictos excommunicatos, quos presumptio damnate heresis concomitari non sinebat, ac etiam illos ex nominatis in posteriori commissione predicta, qui posterioribus monitionibus et mandatis huiusmodi parere contempserant, in eventum non paritionis huiusmodi, quatenus infra unum alium etiam tunc expressum terminum, nisi interim a prefatis sententiis [etc.] se rite et canonice obtinerent absolvi, Rome comparerent, excommunicati videlicet predicti ad personaliter ac illi ex aliis in posteriori commissione predicta expressis, qui parere contemnerent, ad legitime per se vel eorum procuratores coram ipso Felino auditore respondendum tam prefato Egerdo episcopo quam Nicolao de Parma procuratori fisci dicte camere super premissis et aliis eis proponendis ac etiam quomodo et qualiter quilibet ipsorum excommunicatorum et aliorum vigore posterioris monitorii predicti monendorum, qui forte parere contemnerent, predictorum in fide catholica sapiebat et sentiebat, citaret ac[1]) eosdem excommunicatos et illos, qui posterioribus sibi tunc faciendis monitionibus huiusmodi non parerent, ad videndum se, ecclesiasticos videlicet prepositura, canonicatibus et prebendis ac omnibus predictis aliisque cum cura et sine cura secularibus et ordinum quorumcunque regularibus beneficiis, etiam in monitorio et seu sententia declaratoria exprimendis, que in titulum vel commendam obtinebant, ac in quibus jus eis competebat, in quibusvis civitatibus, diocesibus et locis consistentibus, laicos vero et ecclesiasticos huiusmodi universis officiis, feudis, juribus, dominiis, jurisdictionibus et hereditatibus privari et de cetero ad illa et quecunque alia beneficia ac laicalia officia, publica et privata, feuda quoque, jura, dominia, jurisdictiones, hereditates et successiones perpetuo inhabiles esse

[1]) Gz. — Cod. ac citaret

declarari necnon illos sententias, censuras et penas predictas etiam privationis et inhabilitationis ac pecuniarias huiusmodi incidisse ac eos crimine heresis laborare ac de illo convictos ac pro talibus puniendos esse ac beneficia huiusmodi etiam in toto vel in parte specificando [ɔ: -da] vacare et per eos, ad quos illorum collationes [etc.] alias pertinerent, conferri posse declararet cum potestate omnes sententias [etc.] predictas aggravandi et reaggravandi, interdictum ponendi et auxilium bracchii secularis invocandi ipsisque excommunicatis et posterioribus monendis predictis sub similibus sententiis [etc.] inhibendi; et prefatus Felinus auditor predicte posterioris commissionis vigore juxta illius formam monitorium cum inhibitione extra Romanam curiam et ad partes contra excommunicatos et posteriores monendos predictos decrevit. Cum autem, sicut accepimus, a nonnullis nimium curiosis et plus quam oporteat sapere volentibus et forsan sub eo pretextu in sententiis et censuris predictis insordescere non curantibus affirmetur provisionem per dictum Innocentium predecessorem de persona prefati Egerdi factam ac sententias, censuras et penas necnon monitoria huiusmodi post obitum dicti Innocentii vim non habere ac Ewaldum et alios supradictos amplius non ligare, nos . . . ., ad quos pertinet provisiones ecclesiarum apostolica auctoritate factas ac litteras apostolicas ac nervum ecclesiasticarum censurarum tueri illasque et illa temere impedientes et contempnentes dignis penis percellere, ne de juribus provisionis, sententiarum et censurarum ac monitoriorum predictorum dubitari possit, providere volentes, motu proprio . . . . et ex certa scientia tenore presentium declaramus omnes provisiones ac sententias [etc.] necnon monitoria huiusmodi illam vim illamque efficacitatem obtinere, quas eodem predecessore vivente obtinebant, ac Ewaldum et electores suos aliosque predictos illis, prout ante obitum dicti predecessoris ligati erant, nunc ligatos fore et pro talibus publicari ac contra eos procedi posse et debere, et nichilominus pro potiori cautela provisionem de persona prefati Egerdi episcopi, qui etiam locum unius ex dicti palatii causarum auditoribus de mandato nostro tenet, eidem ecclesie factam ac sententias [etc.] necnon monitoria huiusmodi, prout recte facta, lata et decreta sunt, motu, scientia et auctoritate predictis confirmamus ac plenum firmitatis robur obtinere decernimus, [et][1]) prefatis Felino, Petro et Matheo auditoribus

[1]) add. Gz.

ac illis, quibus singule executoriales et monitoriales ac declaratorie alieque littere predicte directe fuerint, mandamus, ut . . . . Ewaldum et electores suos ac alios supradictos sententiis [etc.] prefatis innodatos ut tales publice nuntient et faciant ab aliis ut prius nuntiari ac ab omnibus arctius evitari necnon interdictum premissorum occasione appositum inviolabiliter observari ac contra eos, prout alias poterant, processus continuent, donec et quousque possessionem vel quasi regiminis ac bonorum dicte ecclesie eidem Egerdo episcopo liberam, vacuam et expeditam dimiserint, ipseque Egerdus episcopus illam fuerit pacifice assecutus, ac Ewaldus et electores sui ac alii supradicti rei judicate plene et libere paruerint ac satisfactione previa ab eisdem sententiis [etc.] absolutionis et relaxationis beneficium meruerint obtinere. Datum Rome 10. kal. oct. anno 1.

Gratis de mandato.
Reg. Vat. 772 fol. 166 v.

3316. **23. Okt. 1492.**

Den udvalgte Biskop i Gardar, Mads Knudsen, lover at betale Servispenge til det pavelige Kammer og Kardinalkollegiet, men fritages for alle Afgifter.

Die 23. oct. 1492 Mathias Canuti electus Gadensis principalis presens obtulit camere apostolice et sacro collegio cardinalium pro communi servitio dicte ecclesie ratione provisionis de persona sua eidem ecclesie sub data Rome per bullas Alexandri pape VI 7. kal. sept. anno 1 facte fl. auri de camera . . . et que in libro taxata non repperitur, et quinque minuta servitia consueta. Eorundem autem communis et minutorum medietatem infra sex menses, aliam vero medietatem infra alios sex menses extunc immediate sequentes solvere promisit, obligavit se et juravit in forma. Et Gaspar Blondus clericus camere mensarius tulit sententias in scriptis . . .

Die dicta bulle supradicte fuerunt date supradicto Mathie electo gratis et absque ulla solutione etiam quoad minuta servitia et omnia jura gratis de mandato sanctissimi domini nostri.

Oblig. 1492—98 fol. 9 v (Archivio di Stato). Trykt Dipl. Norv. XVII, 643—44.

3317. **[23. Okt. 1492.]**

Paven befaler alle sine Embedsmænd ved Kancelliet, Kammeret og Bullekontoret at udstede alle Breve angaaende Mads Knudsens Udnævnelse til Biskop i Gardar gratis af Hensyn til hans og hans Kirkes store Fattigdom og til, at han vil rejse til Grønland for at omvende Hedningerne. Det oplyses, at Befolkningen i Grønland maa leve af tør Fisk og Mælk, da der hverken findes

Brød, Vin eller Olie, at Landet paa Grund af Isen kun kan besejles i August, og at der derfor i 80 Aar hverken har været Biskopper eller Præster. Der er følgelig mange af Indbyggerne, der har fornægtet den kristne Religion, og der er ikke andre Minder om denne end en Alterdug (corporale), paa hvilken Kristi Legeme for over 100 Aar siden blev indviet af den sidste Præst. Udnævnelsen af Mads Knudsen er sket under Innocens VIII (Nr. 3301) efter Indstilling af den nuværende Pave, der dengang var »in minoribus«.

Cum ut accepimus *(Dipl. Norv. XVII, 644—45).* Fiat gratis ubique quia pauperrimus. R. Johannes Datarius.

Arm. 29 vol. 50 fol. 23.

3318. 24. Okt. 1492.

Paven befaler Abbeden i Løgum Kloster at overdrage Kanonikat og Præbende i Haderslev til Præsten Silvester Hesten fra Lübeck Stift.

Abbati monasterii Loci Dei Ripensis diocesis. Dudum siquidem omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia apud sedem [apostolicam] tunc vacantia et inantea vacatura dispositioni nostre reservavimus. Cum itaque postmodum canonicatus et de maiori stipendio nuncupata prebenda ecclesie Bardenslensis (!) Slesvicensis diocesis per liberam resignationem Johannis Petri de Bostropli[1]) de illis, quos tunc obtinebat, in manibus nostris sponte factam et per nos admissam, apud sedem eandem vacent . . . ., nos, volentes Siluestro Heesten[2]) presbitero Lubicensis diocesis, cum quo dudum super defectu natalium, quem patitur de conjugato genitus et soluta, ut eo non obstante defectu ad omnes, etiam sacros, ordines promoveri et beneficium, etiam si curam haberet animarum, obtinere valeret, apostolica extitit auctoritate dispensatum, quique post dispensationem huiusmodi se fecit ad omnes ordines huiusmodi, alias tamen rite, promoveri, favore prosequi gratioso, discretioni tue mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem eundem Siluestrum alias ad hoc idoneum esse repereris, canonicatum et prebendam predictos [fructus 2 mr.] eidem Siluestro auctoritate nostra conferas, faciens Siluestrum vel procuratorem suum eius nomine ad prebendam huiusmodi in dicta ecclesia in canonicum recipi, stallo sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie assignatis . . . Datum Rome 9. kal. nov. anno 1.

B. XXX. id. nov. anno 1. Bagarothus.

Reg. Lat. 939 fol. 234; ogsaa (II) Supplik (Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie) i Suppl. 957 fol. 184 = 144.

---

[1]) II: Hostroph [2]) II: Hersten

3319. **28. Okt. 1492.**

Haderslevkanniken Henrik Hermansen faar ny Provision paa et Alter i Vor Frue Kirke i Haderslev.

Alias altari parrochiali in ecclesia collegiata b. Marie Haderslensis Slesvicensis diocesis per obitum Henrici Kragh vacante, Henricus Hermanni canonicus eiusdem ecclesie Haderslensis auctoritate ordinaria capitulari, prout consuetum est fieri, ex speciali indulto primitus sibi conferri et de illis [ɔ: illo] etiam provideri obtinuit, possessione subsecuta. Cum autem dubitet collationem et provisionem predictas viribus non subsistere ipsumque altare parrochiale adhuc vacare, supplicat igitur, quatenus sibi de dicto altari parrochiali [fructus 4 mr.] de novo providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 5. kal. nov. anno 1.

Suppl. 957 fol. 174 v.

3320. **29. Okt. 1492.**

Præsten Jens Halvegge fra Roskilde Stift faar et evigt Vikariat i Flensborg.

Supplicat Johannes Halwegge presbiter Roskildensis diocesis in Romana curia presens, quatenus sibi de perpetua vicaria s. Trinitatis sita in parrochiali ecclesia s. Nicolai in Flensburgh Slesvicensis diocesis, que de jure patronatus cuiusdam Petri Person asserti presbiteri Slesvicensis diocesis existere dicitur [fructus 3 mr.], eo vacante, quod dictus Petrus Person ipsam vicariam ac parrochialem ecclesiam predictam insimul per plures annos detinuit, prout detinet de presenti, fructus etc. utriusque percipiendo et forsan de facto, providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 4. kal. nov. anno 1.

Suppl. 957 fol. 211 = 192 v.

3321. **21. Nov. 1492.**

Biskop Mads (Knudsen) i Gardar faar Tilladelse til at hente Relikvier i Klostret St. Anastasius (Tre Fontane) i Rom og lade dem bringe til Kirkerne i Grønland.

Cum Mathias episcopus Gadensis *(Dipl. Norv. XVII, 646—47)*. Concessum de reliquiis monasterii s. Anastasii, in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Et quod sola signatura sufficiat. Datum Rome 11. kal. dec. anno 1.

Suppl. 958 fol. 200 v.

3322. **28. Nov. 1492.**

Klerken Johannes Rambalken fra Roskilde Stift faar et evigt Vikariat i Marie Kirken i Lübeck.

Cum Hermannus Visz perpetuus vicarius ad altare s. Bartholomei in ecclesia b. Marie virginis Lubicensi dictam suam vicariam ad dictum altare, quam obtinet, in manibus s. v. sponte resignet, supplicat Johannes Rambalken clericus Roskildensis diocesis nullum beneficium obtinens, quatenus resignationem huiusmodi admittentes sibi de dicta curia [ɔ: vicaria], que sine cura et de jure patronatus laicorum existit [fructus 4 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 4. kal. dec. anno 1.

Suppl. 959 fol. 93.

3323. **11. Dec. 1492.**

Biskop Mads af Gardar faar Tilladelse til paa Grund af Fattigdom at maatte udføre biskoppelige Handlinger i de Byer og Stifter, han passerer paa Vejen til sit Bispedømme.

Supplicat Mathias episcopus Gadensis *(Dipl. Norv. XVII, 647)*. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Et de indultis huiusmodi de licentia ordinariorum et per breve s. v. . . . Datum Rome 3. id. dec. anno 1.

Suppl. 959 fol. 198.

3324. **Dec. 1492.**

Mikkel Pedersen Hostorp faar indsat pavelige Dommere i en Sag imod forskellige Verdslige og Gejstlige, som forfølger ham.

Cum Egerdus episcopus Slesvicensis unius ex causarum palatii apostolici auditoribus locum tenens, in Romana curia resideat, et propterea ad illum ex civitate et diocesi Slesvicensibus pro justitia consequenda tamquam ordinarium loci recursus commode haberi non possit, ac Michael Petrus (!) de Hostroph, canonicus ecclesie Hadersleuensis Slesvicensis diocesis, a quibusdam Eggardo Haiissen, qui pro dicti episcopi vicario sive officiali generali se gerit, ac Johanne Bosse, Willelmo Scroder, Johanne Ceci presbiteris et aliis clericis, Petro Rantzaw armigero et Luberto Tolnen laicis et eorum complicibus dicte diocesis, qui oratorem ipsum maximo odio prosecuntur, multipliciter injurietur adeo, ut ad arma non semel nec uno loco, sed pluries et in diversis locis usque ad ecclesiam Hadersleuensem ausu diabolico et dei timore postposito cum multiplicibus enormibus et injuriosis verbis in denigrationem sacerdotalis status et lau-

dabilis fame sue, etiam cum violentia et injectione manuum in personam ipsius oratoris, contra eum devenerunt (!), omni culpa oratoris seu alia legitima causa cessante, timeatque orator ipse, quod, nisi super hoc opportune provideatur, ab eisdem et eorum consortibus[1]) et complicibus peramplius infamari, injuriari, invadi et molestari [possit][2]), supplicat, quatenus, statui suo in premissis opportune providentes, ipsum ac beneficia resque, curas et bona sua alia, quecunque sint, ab omni jurisdictione, superioritate, visitatione, taxatione, exactione, dominio et potestate prefatorum episcopi et vicarii ipsiusque episcopi officialium ipsorumque consortium[3]), complicum et adherentium eximere et totaliter liberare ac sub s. v. et sedis apostolice protectione suscipere, ita quod ipsi vicarius seu officiales nullam in oratorem jurisdictionem, superioritatem, exactionem, taxationem, dominium vel potestatem etiam ratione contractus vel delicti aut alterius cuiuscunque rei, de qua ageretur, ubicunque committatur delictum, ineatur (?) contractus etc., exercere possint . . ., et nichilominus aliquos judices in confectione litterarum eligendos in partibus, qui oratorem ipsum ab omnibus criminibus, excessibus et delictis ac sententiis suspensionis sive excommunicationis per eosdem adversarios sibi illatis . . . . purgatione prius per juramentum ipsius oratoris, quod ad hec e. s. v. sufficere decernat, juxta consuetudinem patrie cum honestis presbiteris et clericis in ecclesia Haderslensi tempore sibi congruo contra dictos adversarios totiens, [quotiens] opus fuerit, per eundem oratorem facta et recepta, quatenus opus fuerit, absolvere necnon omnes causas criminales, civiles, prophanas, beneficiales seu mixtas per eosdem adversarios seu quoscunque alios contra eundem oratorem et per eum motas et movendas, quarum erogatio ad episcopum Slesvicensem seu eius vicarium aut officiales spectare deberet, audiant, cognoscant et terminent cum potestate . . . ., [nominare dignemini] . . . .[4]) Concessum. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome . . .[4]) ja[n]. anno 1.

Suppl. 960. ufol.

3325. **1492.**

Paven tillader Kantoren i København at nyde godt af en Bestemmelse af Biskop Oluf Mortensen (Baden) om, at St. Olai Alter i Københavns Frue Kirke til Lønning af en Succantor skal henlægges til Kantorembedet, hvis Indtægter er meget smaa.

---

[1]) Gz. — Cod. cohortibus [2]) add. Gz. [3]) Gz. — Cod. cohortium
[4]) Ødelagt af Fugtighed.

Cantori ecclesie Haffnensis Roskildensis diocesis. Cum a nobis petitur *(Kbhs. Dipl. IV, 227—28; Reg. *8229)*. Datum Rome 1492 pontificatus anno 1.

Samtidig Afskrift i Reg. 30, 2, 1, 1, 5 (R. A.).

3326. **1. Jan. 1493.**

Klerken Claus Glasvart, som er evig Vikar paa Før og for Øjeblikket opholder sig ved Kurien, faar Tilladelse til at lade sig præstevie der.

Cum Nicolaus Glasuart clericus Slesvicensis diocesis, vicarius perpetuus ad altare s. Johannis baptiste situm in parrochiali ecclesia s. Johannis in Foer dicte diocesis, propter ordinarii loci episcopi Slesvicensis absentiam, in Romana curia residentis, et propter vicarii generalis eiusdem loci carentiam ad ordines sacros in illis partibus minime se promoveri facere queat, unde pro ordinibus recipiendis dictus orator se ad dictam Romanam curiam transtulit, prout adhuc presens existit, supplicat, quatenus ipsi, ut in dicta curia commorando et a quocunque maluerit antistiti . . . . aliquibus diebus dominicis vel festivis, etiam extra tempora ad hoc a jure statuta, ad sacros subdiaconatus, diaconatus et presbiteratus ordines rite se promoveri libere facere valeat, et eidem[1]) antistiti conferendi et oratori predicto ordines huiusmodi recipiendi licentiam concedere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Et quod examinetur in camera apostolica. Datum Rome kal. jan. anno 1.

Suppl. 960, ufol.

3327. **2. Jan. 1493.**

Klerken Jens Andersen (Beldenak) fra Viborg Stift faar Kanonikat og Præbende i Aarhus.

Cum certi canonicatus et prebenda ecclesie Arusiensis, quos Laurentius Vestheni archidiaconus ecclesie Vibergensis alias obtinuit, et quibus cura imminet animarum, ex eo vacent ad presens, quod ipse Laurentius nulla canonica dispensatione sibi suffragante, |postquam|[2]) archidiaconatum dicte ecclesie Vibergensis, cui cura etiam imminet animarum, cum fructuum perceptione extitit assecutus, postmodum quoque canonicatum et prebendam ac archidiaconatum predictos per mensem et ultra

[1]) Gz. — Cod. eisdem. [2]) add. Gz.

insimul possidere presumpsit et presumit de presenti, supplicat igitur Johannes Andree clericus Vibergensis diocesis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda predictis . . . . [fructus 4 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 4. non. jan. anno 1.

Suppl. 961 fol. 84 v.

3328. **4. Jan. 1493.**

Klerken Jens Mortensen fra Roskilde, som fører Proces ved Kurien for Sorø Kloster mod Biskop Niels Skave, og hans Tjener, Lægmanden Jakob Pedersen, fritages, saa længe Processen varer, for Biskoppens Jurisdiktion og stilles direkte under Pavens Beskyttelse.

Cum alias diverse questionum materie inter Nicolaum episcopum Roskildensem ex una et abbatem et conventum monasterii b. Marie de Sora ordinis Cisterciensis Roskildensis diocesis super exemptione vel non exemptione eorundem abbatis et conventus ac eorum vassallorum, subditorum et servientium ab ordinaria jurisdictione ipsius episcopi ac spolio certe curie seu domus in villa Stenlosemagle Roskildensis diocesis situate partibus ex altera exorte fuissent, prefati abbas et conventus causas, quas occasione premissorum contra prefatum episcopum habere volebant, Hieronymo de Porchariis palatii apostolici causarum auditori per Innocentium papam VIII committi et ibidem eundem Nicolaum episcopum ad judicium evocari obtinuerunt et Johannem Martini clericum Roskildensem decretorum doctorem in ipsorum abbatis et conventus sindicum seu procuratorem ad causas huiusmodi prosequendas constituerunt, prefatusque Johannes Martini causas huiusmodi persequens tres successive diffinitivas sententias per diversos dicti palatii causarum auditores cum expensarum condempnatione in causis huiusmodi respective pro dictis abbate et conventu et contra prefatum episcopum Roskildensem promulgari obtinuit. Cum autem Egerdus episcopus Slesvicensis, unius ex dicti palatii causarum auditoribus locum tenens, judex ulteriorum dictarum causarum instantiarum remissorias ad partes super articulis per hincinde partes in huiusmodi causis datis utrique partium earundem decreverit et ipse Johannes Martini causas huiusmodi ulterius prosequi intendens ad partes illas se conferre disposuerit dubitetque, quod prefatus Nicolaus episcopus Roskildensis eundem Johannem Martini doctorem ac Jacobum Petri laicum dicte diocesis eius familiarem in odium procurationis per eum pro eisdem abbate

et conventu in huiusmodi causis assumpte ac aliorum premissorum, quoad vixerit, per se ac decanos, prepositos et archidiaconos Roskildenses et aliarum civitatis et diocesis Roskildensis ecclesiarum [officiales][1]) ordinarios nitatur molestare, nisi s. v. eidem oratori de remedio providerit oportuno, et si molestie huiusmodi fierent, in sedis apostolice vilipendium ac prefatorum Johannis et Jacobi prejudicium et gravamen cederent, et officium procurationis et prosecutionis causarum Romane curie vilesceret, supplicant igitur prefatus Johannes Martini, qui decretorum doctor existit, et Jacobus Petri eius familiaris, quatenus eos ab omni lege diocesana et jurisdictione ordinaria Nicolai episcopi Roskildensis necnon decanorum, prepositorum et archidiaconorum et aliorum judicum ordinariorum suorumque vicariorum et officialium quorumcunque dicte diocesis Roskildensis ad eorum vitam eximere et liberare ac exemptos et liberos decernere, ipsos quoque oratores sub protectione sedis apostolice recipere eiusque jurisdictioni immediate subicere eisdemque episcopo, decanis, archidiaconis et aliis ordinariis eorumque vicariis et officialibus prefatis sub excommunicationis, suspensionis et interdicti ecclesiastici sententiis, censuris et penis, ne eosdem Johannem Martini et Jacobum Petri oratores in personis, corporibus vel equis et aliis bonis mobilibus et immobilibus seu etiam alios, dicti Johannis familiares pro tempore existentes, ... quovis quesito colore impediant, perturbent aut dampnificent seu coram eis ad judicium evocent vel conveniant . . . . seu de eorum causis ad quorumvis instantiam cognoscant, inhibere [dignemini][1]) . . . . Concessum durante lite in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome pridie non. jan. anno 1.

Suppl. 961 fol. 56.

3329. 13. Jan. 1493.

Præsten Mogens Andersen fra Lunde Stift, der opholder sig i Rom, faar Lov til sammen med en Ledsager at læse Messe efter den romerske Kuries Ritus.

Supplicat Magnus Andree *(Dipl. dioc. Lund. V).* Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat . . . Datum Rome id. jan. anno 1.

Suppl. 961 fol. 167 v.

---

[1]) add. Gz.

3330. **13. Jan. 1493.**

Lundeklerken Henrik Henriksen, der har et Præbende i Upsala (? Hispalensis) og opholder sig i Rom, faar Lov til at lade sig præstevie i Rom og læse Messe efter Romerkirkens Ritus.

Supplicat Henricus Henrici *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Et quod examinetur in camera apostolica. Datum Rome id. jan. anno 1.

Suppl. 961 fol. 169.

3331. **Før 18. Jan. 1493.**

Pavelig Dispensation for Ridderen Henrik Krummedige og Anna, Datter af Jørgen Rud, til at indgaa Ægteskab, skønt de er beslægtede i 3die og 4de Grad.

Omtalt i Brev af 18. Jan. 1493 fra Arner Gunnersen, Kannik i Trondhjem (Personalhist. Saml. Perg., Krummedige). L. Dipl. Urigtig Gengivelse: Reg. *8233.

3332. **25. Jan. 1493.**

Klerken Christian (Carsten) Leve fra Slesvig Stift faar ny Provision paa et evigt beneficium i Flensborg.

Dudum vacante quodam perpetuo beneficio in ecclesia s. Nicolai Flensburgensi Slesvicensis diocesis per obitum Johannis Eyntaes, Carstianus Leue [clericus][1]) dicte Slesvicensis diocesis ad eandem vicariam per quosdam laicos se pro patronis dicti beneficii gerentes ordinario loci pro canonica institutione facienda fuit presentatus et per ipsum ordinarium institutus, possessione subsecuta, quam ad sex annos vel quasi pacifice continuavit et fructus dicti beneficii percepit. Cum autem de viribus dictarum presentationis, institutionis ac inde secutorum dubitari possit ex eo forte, quod in fundatione dicti beneficii per fundatorem ipsius cautum et expressum fuit, quod dicti patroni post dicti possessoris ultimi obitum quendam alium ad dictum beneficium presentare deberent, ut a quibusdam asseritur, supplicat igitur dictus Carstianus, quatenus sibi de dicto beneficio [fructus 4 mr.] de novo providere aut simpliciter providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 8. kal. febr. anno 1.

Suppl. 972, ufol.

3333. **31. Jan. 1493.**

Paven befaler Biskop Eggert Durkop at give Byskriveren Mogens Jakobsen i Roskilde Dispensation for den Del, han havde haft i, at en Tyv efter Byrettens Dom var bleven henrettet.

[1]) add. Gz.

Egerdo episcopo Slesvicensi in Romana curia residenti. Sedes apostolica pia mater [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Magni Jacobi clerici Roskildensis diocesis petitio continebat, quod, cum ipse alias scriptor consulatus eiusdem opidi existeret, quadam die vocatus et requisitus per consulatum, ut statuta dicti opidi, in quo iidem consulatus justitiam exercebant, legeret et statutum disponens, quod, si quis subtraheret furto cuidam marcham monete illius patrie, suspenderetur, quereret, prefatus Magnus statutum huiusmodi querere recusavit, et tunc consulatus prefati eidem Magno sub pena privationis scriptorie, quam exercebat, mandavit, quatenus premissa exequeretur, quo facto prefatus Magnus ob reverentiam et metum prefati consulatus statutum huiusmodi quesivit et legit. Postmodum vero quidam laicus in carceribus seu placito generali dicti opidi detentus, et qui quoddam furtum perpetraverat, huiusmodi statuti pretextu per eosdem consulatum condemnatus et ultimo suplicio traditus fuit. Cum autem prefatus Magnus sententiam condemnationis huiusmodi non legerit nec alias quam, ut premittitur, in premissis culpabilis fuerit, cupiatque ex magno devotionis fervore ad omnes, etiam sacros, ordines promoveri et in illis etiam in altaris ministerio ministrare, pro parte dicti Magni nobis fuit supplicatum, ut ipsum ab excessu huiusmodi absolvere secumque super irregularitate per eum premissorum occasione contracta, quodque ad omnes, etiam sacros, ordines promoveri et in illis etiam in altaris ministerio ministrare libere valeat, dispensare dignaremur. Nos igitur . . . . fraternitati tue mandamus, quatenus eundem Magnum, si id humiliter petierit, ab excessu huiusmodi hac vice dumtaxat auctoritate nostra absolvas in forma ecclesie consueta, injunctis inde sibi pro modo culpe penitentia salutari et aliis, que de jure fuerint injungenda, secumque super irregularitate, quam propterea contraxit, quodque ad omnes, etiam sacros, ordines promoveri et in illis etiam in altaris ministerio ministrare libere valeat, eadem auctoritate dispenses aboleasque omnem inhabilitatis et infamie maculam sive notam per eum premissorum occasione contractam. Datum Rome pridie kal. febr. anno 1.

L. X. Trottus prothonotarius.

Reg. Lat. 948 fol. 201; ogsaa Supplik (Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie) i Suppl. 962 fol. 285.

3334. **9. Febr. 1493.**

Prioren i Malmø Helligaandskloster Asser faar det overdraget til nogle Gejstlige i Lübeck at paadømme en Række Sager, som han fører med Henrik Vinter, Sognepræst i Lomme, Morten, Sognepræst i Arrie, Jens Kortarm, Altarist i Malmø Sognekirke, der alle skylder ham Penge, Borgemester og Raad i Malmø, der har narret ham med en Vandledning (Rendesten), som de har solgt Klostret, men ikke villet overgive det, og undertrykt nogle af Klostrets Breve, Skibsbyggeren Albert, der har narret ham med et Skib, Borgeren Oluf Andersen i Malmø, der skylder ham Penge, Jakob Ulf, der har narret ham med noget Klæde, samt Henrik Aagesen (Sparre) til Hageløs, der har bemægtiget sig en Gaard, der tilhører Klostret. Asser har opnaaet et Pavebrev fra Innocens VIII og derved faaet sine Modstandere bandlyste, men de retter sig ikke efter Bandlysningen.

Exponitur pro parte Artzeri *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Concessum de commissione cause et quod summarie, in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 5. id. febr. anno 1.

Suppl. 963 fol. 64.

3335. **10. Febr. 1493.**

Jens Pedersen Hostorp faar den Ret, Klerken Otto Nielsen havde haft til Provstiet i Barvidsyssel, hvorom han havde ført Proces ved Kurien med denne Otto og med Klerken Jens Bossen.

Lite et causa in Romana curia coram Jeronimo de Porcariis, vestri sacri palatii apostolici causarum auditore, inter Johannem Petrum (!) de Hostropp, clericum Slesvicensis diocesis et eiusdem vestri sacri palatii apostolici causarum notarium, et quendam Johannem Bosse assertum clericum super prepositura Haderslensi in Barichsusel Slesvicensis diocesis, que etiam in ecclesia Slesvicensi personatus existit, de qua alias vacante prefatus Johannes Petrus (!) per Innocentium papam VIII sibi obtinuit provideri . . . ., alias in prima instantia coram Guillelmo de Pereriis, dicti palatii apostolici causarum auditore, qui in ea in favorem prefati Johannis Bosse rei et intrusi perperam et contra prefatum Johannem Petrum (!) actorem promulgavit sententiam, si [ɔ: a] qua tunc pro parte dicti Johannis Petri appellatum[1]) et causa appellationis dicto Jeronimo auditori commissa extitit, [et] in secunda exnunc pendente instantia, in[2]) qua coram eodem Jeronimo ad aliquorum terminorum substantialium observationem, citra tamen cause conclusionem, processum extitit, deinde[3]) quidam Otto Nicolai, alias Nigelsen, assertus clericus se ad causam huiusmodi in eo statu, in quo erat, inter prefatos

[1]) Gz. — Cod. appellatio [2]) Gz. — Cod. auditori in secunda exnunc pendente instantia commissa extitit et in [3]) Gz. — Cod. et deinde

Johannem Petrum (!) et Johannem Bosse pro suo jure et interesse admitti obtinuit; et quia dictus Otto liti, cause et juri sibi ad eam preposituram quomodolibet competenti ad manus s. v. vel alterius ad id potestatem habentis cedit de presenti, supplicant igitur s. v. Otto et Johannes oratores prefati, quatenus, statum cause huiusmodi ac verum et ultimum dicte prepositure vacationis modum, etiam si ex illo . . . quevis generalis reservatio etiam ratione vacationis illius apud sedem apostolicam vel alias in corpore juris clausa aut alias, quod dicta prepositura per munus consecrationis condam Alberti episcopi Lubicensis aut per liberam resignationem Conradi Mulenbach, bone memorie Marci episcopi Penestrini olim tituli s. Marci presbiteri cardinalis familiaris continui commensalis, vacaverat, resultet, pro expressis habentes illamque advocantes, inter dictum Ottonem et Johannem Petrum (!) litis penitus extinctionem et cessionem huiusmodi admittentes, dicto Johanni Petro (!) specialem gratiam facientes, ipsum in omni jure, quod dicto Ottoni ad dictam prepositurам quomodolibet competebat, surrogare dictumque jus sibi conferre et de eadem etiam sibi providere ipsumque ad huiusmodi jus necnon illius ac litis et cause persecutionem et defensionem in eo statu, in quo dictus Otto extitit et, si non cederet, admitti posset et deberet, admittere . . . deque ipsa prepositura, que in dicta ecclesia Slesvicensi dignitas non tamen maior post pontificalem seu personatus existit, et cui cura jurisdictionalis et forsan animarum imminet [cuius et parrochialis ecclesie in Hoptropp Slesvicensis diocesis annexe fructus 4 mr.], eidem oratori in forma gratie [etc.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 4. id. febr. anno 1.

Suppl. 963 fol. 31 v.

Slesvicensis. Johannes Petrus de Hostrops. Nova provisio prepositure.

Uddrag i Indice 339 efter Reg. Lat. Alex. VI anno 1 lib. 24 (tabt) fol. 110.

3336. 11. Febr. 1493.

Prioren Asser Ingversen i Malmø faar sine forskellige Processer overdragne til Gejstlige i Danmark (in partibus), medens han havde søgt om at faa dem overdragne til en pavelig Auditør.

Dignetur s. v. causas, quas Altezarus Igiiarii (!) *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Concessum, quod committatur in partibus in presen-

tia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 3. id. febr. anno 1.

Suppl. 962 fol. 293.

3337. **11. Febr. 1493.**

Den tidligere Kurial Poul Andersen, Sognepræst i Oxie (Orpne, Opergie) i Lunde Stift, tilstedeværende i Rom, faar i eet Aar Fritagelse for at lade sig indvie til de højere Grader. Han havde ansøgt om to Aar.

Supplicat Paulus Andree *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Concessum ad annum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie . . . Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat, quia pro presenti in curia. Datum Rome 3. id. febr. anno 1.

Suppl. 963 fol. 173 v.

3338. **12. Febr. 1493.**

Poul Andersen, der nu betegnes som Sekretær hos Biskoppen i Roskilde, faar i tre Aar Fritagelse for at lade sig indvie til de højere Grader.

Supplicat Paulus Andree *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Et per breve s. v. Datum Rome pridie id. febr. anno 1.

Suppl. 963 fol. 267 v.

3339. **21. Febr. 1493.**

Paven giver Asser Ingversen Tilladelse til, at Helligaandsklostret i Malmø maa udsende Bedere og prædike den Klostret tilstaaede Aflad paa den lille Ø Gotland, medens han hidtil har maattet indskrænke sig til Lunde Stift. Som Grund anfører han, at Klostret var grundlagt af Christiern I for at optage fattige, syge, blinde, lamme, forældreløse og Hittebørn, men utilstrækkelig udstyret med Penge, hvorfor det ikke kunde udfylde sin Opgave og særlig ikke bygge sin Kirke færdig.

Atgero Ignaro (!) priori hospitalis . . s. Spiritus Malmogensis ordinis s. Augustini Lundensis diocesis. Ex benigno sedis apostolice *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Datum Rome 9. kal. martii anno 1.

L. XX. Trottus prothonotarius.

Reg. Lat. 946 fol. 175 v; ogsaa Supplik (Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie) i Suppl. 963 fol. 209.

3340. **6. Marts 1493.**

Optegnelse om, at Paven udnævner Nicolaus Rodendorp til Biskop i Reval »in regno Dacie«.

Rome die mercurii 6. martii 1493 fuit consistorium . . . . . Confirmavit electionem factam a capitulo de ecclesia Reualiensi

in regno Dacie sub archiepiscopo Pundensi [ɔ: Lundensi] vacanti extra curiam per obitum Simonis, et de ea providit in titulum Nicolao Rodendorp, commisitque sanctitas sua, ut cedula expediretur prout in ultima expeditione.

Redditus — fl. — Taxa 300 fl.

Bibl. Barberini XXXVII. 1 fol. 7.

3341. **18. Marts 1493.**

Eggert Durkop lover at betale Annater af Provstiet og Kanonikat og Præbende i Slesvig.

[1493] Die 18. martii Egerdus episcopus Slesvicensis principalis obligavit se camere apostolice pro annata prepositure ac canonicatus et prebende ecclesie Slesvicensis [fructus videlicet canonicatus et prebende 2 mr., ac prepositure vero 4 mr.], certo modo vacantium, et mandantur commendari sub data 3. id. sept. anno 1. Et promisit solvere infra annum aut infra mensem etc. sub penis camere. Juravit etc. Data fuit bulla, quia probavit de intruso per testes, de mandato mensarii.

Annate 1492—93 fol. 138 v (Archivio di Stato).

3342. **13. April 1493.**

Jens Andersen (Beldenak) faar Ærkedegneembedet i Aarhus og Kanonikat og Præbende i Viborg.

Supplicat Johannes Andree presbiter et vicarius perpetuus cathedralis ecclesie Musiensis [ɔ: Arusiensis], qui in artibus magister et in Romana curia presens constitutus existit, quatenus sibi de archidiaconutu cathedralis ecclesie Vibergensis, qui inibi dignitas non tamen post pontificalem maior existit, necnon canonicatu et prebenda cathedralis ecclesie Perusiensis [ɔ: Arusiensis] [fructus insimul 8 mr.], ex eo vacantibus quod quidam Laurentius Vestini assertus [canonicus] Musnensis [ɔ: Arusiensis] eos ultra mensem cum cura animarum, que utrique imminet, sine dispensatione desuper obtenta pacifice possedit minime de jure, providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome id. aprilis anno 1.

Suppl. 965 fol. 170 = 290.

3343. **18. April 1493.**

Præsten Jens Eriksen fra Aarhus Stift faar Kanonikat og Præbende i Aarhus.

Nuper de canonicatu et prebenda cathedralis ecclesie Arusiensis, per cuiusdam Johannis Jacobi liberam resignationem ad

manus ordinarii factam vacantibus, Johannes Erici dicte Arusiensis diocesis presbiter [de] dictis canonicatu et prebenda sibi auctoritate ordinaria provideri obtinuit, possessione forsan subsecuta. Cum autem dubitet resignationem et collationem huiusmodi et inde secuta viribus non subsistere dictosque canonicatum et prebendam adhuc vacare, supplicat igitur, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus insimul 4 mr.] providere in forma simplicis aut nove provisionis dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 14. kal. maji anno 1.

Suppl. 966 fol. 57.

3344. **20. April 1493.**

Klerken Johannes Overhoff fra Køln Stift faar Kanonikat og Præbende i Slesvig.

Cum Schacko Rantzow canonicus ecclesie Slesvicensis canonicatui ac maiori prebende, quos in eadem ecclesia, in qua maiores et minores prebende fore noscuntur, obtinet, in manibus s. v. resignat de presenti, supplicat Johannes Ouerhoff clericus Coloniensis diocesis, quatenus resignationem huiusmodi admittentes [sibi] de canonicatu et maiori prebenda huiusmodi [fructus 4 mr.] providere dignemini, non obstantibus statutis dicte ecclesie, juramento etiam roboratis, illo presertim, quo caveri dicitur, quod nullus inibi maiorem prebendam assequi possit, nisi de minori ad maiorem gradatim et per optionem ascendat, cui, quatenus opus sit, pro hac vice derogare placeat. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 12. kal. maji anno 1.

Suppl. 966 fol. 126 v.

3345. **20. April 1493.**

Paven overdrager Klerken Johannes Overhoff Kanonikat og Præbende i Slesvig.

Johanni Overhof canonico Slesvicensi. Vite ac morum honestas [etc.]. Dudum siquidem omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia apud sedem apostolicam tunc vacantia et inantea vacatura dispositioni nostre reservavimus . . . . Cum itaque postmodum canonicatus et prebenda [in] ecclesia Slesvicensi per liberam resignationem Scakto Rantzow de illis, quos tunc obtinebat, per Johannem Brandis clericum Bremensis diocesis procuratorem suum . . . . in manibus nostris sponte factam et

per nos admissam apud sedem eandem vacent . . . . ., nos tibi canonicatum et prebendam predictos [fructus 4 mr.] conferimus et de illis etiam providemus. Datum Rome 12. kal. maji anno 1.

Simili modo decano ac Theodorico Stonemann et Johanni Breyden canonicis ecclesie Lubicensis.

B. VII. V. 5. kal. maji anno 1. Gavionibus prothonotarius.

Reg. Lat. 941 fol. 35 v. Referat i Notarialinstrument af 17. Juli 1493, udstedt efter Begæring af Kapitlet i Slesvig af Notaren Helmold Alverding, Klerk fra Verden Stift (Gottorpske Membraner).

3346. 20. April 1493.

Klerken Anders Mus fra Børglum Stift faar Provstiet i Viborg, som han havde ført Proces om ved Kurien med Johannes [ɔ: Gotfridus] Schuffuth.

Cum dudum, prepositura ecclesie cathedralis Vibergensis, que inibi dignitas maior post pontificalem existit, per obitum cuiusdam Beronis vacante, cuius jus patronatus ad regem Dacie eiusque heredes et successores regni Dacie reges et prepositum ad illam presentandi, quoties illam vacare contigerit, pertinere dinoscitur et pertinet . . . . ., rex Dacie predictus ad ipsam preposituram sic vacantem devotum oratorem vestrum Andream Nielle (!) clericum Burglanensis diocesis presentasset, ipseque sic per regem presentatus auctoritate ordinaria in prepositum confirmatus et investitus extitisset actuali possessione subsecuta, et quidam Johannes Skoffet pro clerico se gerens se dicto oratori super ipsa prepositura opposuisset, prout se [nunc][1]) quoque opponit, asserendo ad se dictam preposituram spectare de jure, causam de ipsa prepositura Matheo de Vbaldis, vestri sacri palatii causarum auditori, contra ipsum committi et ipsum oratorem ad judicium evocari obtinuit; et ad nonnullos actus, citra tamen cause conclusionem, ut dicitur, processo, et quia a nonnullis asseritur neutri predictorum oratoris et adversarii in dicta prepositura jus competere, supplicat dictus orator, quatenus . . . . predicto auditori et in eius forsan loco surrogato vel surrogando mandare dignemini, quatenus, si per eventum litis et cause huiusmodi sibi constiterit neutri predictorum oratoris et adversarii in dicta prepositura jus competere, tunc et eo casu preposituram eandem, cui cura immineat animarum et ad quam consuevit quis per presentationem seu nominationem dicti regis assumi [fructus 4 mr.], cum annexis [sibi] auctoritate apostolica

[1]) add. Gz.

conferat et assignet sibique provideat de eadem. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 12. kal. maji anno 1.

Suppl. 966 fol. 154 v.

3347. **20. April 1493.**

Jens Andersen (Beldenak), som studerer ved Kurien, faar Provstiet i Skallerup (Vendsyssel) i Børglum Stift.

Supplicat Johannes Andree presbiter et perpetuus vicarius Arusiensis, quatenus sibi, qui in artibus magister et in Romana curia gratia studii presens existit, de prepositura rurali, Skelderupp nuncupata, Burglanensis diocesis, ad quam principalis ecclesia dicitur Skelderupp, habens aliquas alias sibi annexas ecclesias, que omnes parrochiales [sunt], sicut et principalis, apud quam solet prepositus pro tempore residere [fructus insimul 4 mr.], vacante ex eo, quod quidam Nicolaus Frijs ipsam preposituram alias sibi collatam canonice ultra annum possidens, legitimo cessante impedimento et nulla desuper canonica dispensatione obtenta, se non fecit ad sacerdotium promoveri, quatenus de jure vacare dinoscitur, providere dignemini, et quod fructus augeri possint ad quattuor in litterarum confectione, si opus sit . . . Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 12. kal. maji anno 1.

Suppl. 966 fol. 127.

3348. **20. April 1493.**

Hertug Frederiks Sekretær, Klerken Helmold Alverding fra Verden Stift, faar Tilladelse til i eet Aar ikke at lade sig præstevie; han havde søgt om Tilladelsen for 5 Aar.

Supplicant Fridericus Holsatie et Slesvicensis dux ac Helmoldus Aluerdinck clericus Verdensis diocesis, parrochialis ecclesie in Hadstede et eius filie in Schoubul Slesvicensis diocesis rector dictique ducis secretarius, quatenus cum ipso Helmoldo, ut non obstante possessione parrochialis ecclesie et eius filie huiusmodi, quam nondum per annum continuavit, ad aliquem ex sacris ordinibus infra quinquennium a fine primi anni adepte pascifice (!) possessionis huiusmodi computandum promoveri se facere minime teneatur, dispensare ac sibi indulgere dignemini, decernentes parrochialem ecclesiam et eius filiam predictam ob non promotionem huiusmodi interim minime vacare. Concessum

ad annum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 12. kal. maji anno 1.

Suppl. 966 fol. 19 v.

3349. **20. April 1493.**

Jens Andersen (Beldenak) faar Brevet angaaende Ærkedegneembedet i Aarhus og Kanonikat og Præbende i Viborg (Nr. 3342) udfærdiget med nogle Tilføjelser.

Reformatio Johannis Andree.

Prefatus Laurentius, olim dictos canonicatum et prebendam, quibus cura imminet animarum, obtinens, prefatum archidiaconatum, cui similis cura imminet, tunc vacantem canonice sibi collatam pacifice assecutus fuit et illos insimul absque aliqua dispensatione per mensem et ultra post et contra constitutionem Johannis pape XXII, que incipit *Execrabilis*, detinuit, prout detinet; et cum propterea canonicatus et prebenda per assecutionem dicti archidiaconatus, archidiaconatus vero predicti per eandem constitutionem vacent ad presens, dignetur s. v. litteras apostolicas super preinserta supplicatione ad nutum oratoris conficiendas cum premissorum expressione et cum dispensatione de retinendo insimul ad vitam oratoris expediri mandare. Concessum. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 12. kal. maji anno 1.

Suppl. 966 fol. 202 v.

3350. **28. April 1493.**

Klerken Albert Asschen fra Odense Stift faar en Kommende i Lübeck.

Vacante alias extra Romanam curiam et in partibus commenda ad horas b. Marie virginis in ecclesia Lubicensi per obitum Henrici Greuen, alias Comitis, supplicat igitur Albertus de Asschen clericus Ottoniensis diocesis, quatenus sibi de dicta commenda [fructus 3 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 4. kal. maji anno 1.

Suppl. 967, ufol. (ødelagt).

3351. **30. April 1493.**

Paven befaler Biskoppen og Provsten i Børglum og Børglumkanniken Mads Henriksen at overdrage Provstiet i Hvidbjerg (Thyholm) til Jens Pedersen (Hostorp).

Episcopo Burglanensi et preposito ac Mathie Henrici canonico ecclesie Burglanensis ordinis s. Augustini. Vite ac morum

honestas [etc.]. Cum itaque, sicut accepimus, parrochialis ecclesia, prepositura[1]) nuncupata, in Hwitbergh[1]) Burglanensis diocesis vacet ad presens et tanto tempore vacaverit, quod eius collatio juxta Lateranensis statuta concilii est ad sedem apostolicam legitime devoluta, licet Wilhadus Friis, qui se gerit pro clerico, illam per plures annos nullo titulo nullove juris adminiculo sibi desuper suffragante, sed temere et de facto detinuerit, prout detinet, indebite occupatam, nos, qui dudum inter alia voluimus, quod, quicunque beneficium tunc per annum immediate precedentem pacifice possessum, et quod certo modo vacare pretenderet, deinceps impetraret, gradum et nobilitatem possessoris eiusdem, et quot annis illud ipse possedisset, in huiusmodi impetratione exprimere teneretur, alioquin impetratio predicta et quecunque inde secuta nullius existerent firmitatis, volentes Johanni Petro (!) clerico Slesvicensis diocesis, qui causarum palatii apostolici notarius existit, gratiam facere specialem, discretioni vestre mandamus, quatenus, si, vocatis dicto Wilhado et aliis, qui fuerint evocandi, quovis modo et ex cuiuscunque persona seu per liberam resignationem dicti Wilhadi vacare repereritis, illam[2]) [fructus 4 mr.] eidem Johanni Petro (!) auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome pridie kal. maji anno 1.

N. XII. 15. kal. junii anno 1. episcopus Yporiensis.

Reg. Lat. 939 fol. 165; ogsaa (II) Supplik (Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie) i Suppl. 966 fol. 234 v.

3352. **2. Maj 1493.**

Jens Pedersen Hostorp faar Ærkedegneembedet i Aarhus.

Vacante dudum archidiaconatu ecclesie Arusiensis per obitum Manni Erici in studio Bononiensi defuncti, Johannes Petrus (!) de Hosterp clericus Slesvicensis diocesis, qui unus ex notariis rote existit, de eodem archidiaconatu per Innocentium papam VIII sibi provideri obtinuit, litteris apostolicis desuper confectis, possessione tamen non subsecuta. Cum autem specialiter ob illius non veram fructuum etc. expressionem, cum in priori provisione sibi facta per dictum Innocentium solum valorem

[1]—[1]) II: prepositura ruralis in Twrholin cum sua parrochiali ecclesia in Hwibergh

[2]) II tilføjer: que inibi dignitas non tamen principalis et forsan in ecclesia Burglanensi personatus vel dignitas ruralis existit

4 mr. dictum archidiaconatum valere express[er]it, tamen, ut ab aliquibus asseritur, fructus eiusdem archidiaconatus multo plus ascendant, dubitet collationem et provisionem predictas sibi per eundem predecessorem factas viribus non subsistere et propterea dictum archidiaconatum adhuc vacare, supplicat igitur, quatenus sibi de dicto archidiaconatu, qui in eadem ecclesia Arusiensi dignitas post pontificalem maior existit [fructus 8 mr.], in forma simplicis aut nove provisionis, gratie [etc.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 6. non. maji anno 1.

Suppl. 966 fol. 252.

3353. **6. Maj 1493.**

Hinricus Videmann faar bevilget, at en Pension, som tidligere var tilstaaet Biskop Eggert (Durkop), maa overføres til hans familiaris, Klerken Hemminghus Junghen fra Minden Stift.

Reformatio Hinrici Videmann.

Quia Hinricus prefatus consentire paratus est, prout extunc consentit, quod huiusmodi pensio non Egerdo prefato, sed Hemingo Junghen assignetur, supplicant igitur Hinricus et Hemingus, qui clericus Mindensis diocesis et prefati episcopi familiaris existit, quatenus litteras super preinserta conficiendas et cum cessione, provisione, admissione, advocatione et derogatione premissis ac assignatione pensionis prefate pro Hemingo predicto et non Hegerdo expediri mandare dignemini. Concessum. A. cardinalis s. Anastasie . . . Et cum assignatione pensionis prefate pro Hemingo, que transeat ad successores . . . Et quod maior et verior specificatio, . . . etiam si lis quoad prefatum episcopum pendeat, nominum et cognominum judicum, et in quibus terminis lis pendeat, fieri possit in litteris, que conjunctim vel separatim, prout Hemingo oratori visum fuerit, expediri possint. Datum Rome pridie non. maji anno 1.

Suppl. 967. ufol. (ødelagt).

3354. **7. Maj 1493.**

Provsten Niels Sanby (?) i Galten i Aarhus Stift faar Dispensation til med Provstiet at forene Besiddelsen af et ellers dermed uforeneligt Embede.

Supplicat Nicolaus Sanbii prepositus ruralis in Galiera (!) Arusiensis diocesis, quatenus secum, ut quodcunque aliud beneficium curatum seu electivum, cui cura imminet animarum, una cum dicta prepositura rurali in Galthen invicem incompati-

bile . . . ., si sibi alias canonice conferatur, recipere et insimul cum dicta prepositura rurali in Galthen, quoad vixerit, retinere illudque unacum dicta prepositura . . . ., quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia beneficia duo dumtaxat invicem incompatibilia similiter recipere et, quoad vixerit, retinere libere possit, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome non. maji anno 1.

Suppl. 967, ufol. (ødelagt).

3355. **11. Maj 1493.**

Præsten Laurens Eggertsen (Vesteni), som er Ærkedegn i Viborg og Kannik i Aarhus, faar Dispensation til ogsaa at faa et tredie ellers dermed uforeneligt Embede.

Supplicat Laurentius Egerdi presbiter Arusiensis diocesis, de utroque parente nobilis procreatus, quatenus secum, ut una cum archidiaconatu cathedralis ecclesie Vibergensis, que [ɔ: qui] inibi dignitas curata, non tamen post pontificalem maior existit, et canonicatu et prebenda, etiam curata, cathedralis ecclesie Arusiensis, quos obtinet, quodcunque aliud beneficium curatum seu alias quomodolibet cum istis incompatibile seculare vel dimissis illis sive illorum altero quecunque alia tria curata seu etiam alias invicem incompatibilia beneficia secularia, etiam si beneficia huiusmodi parrochiales ecclesie, dummodo tamen [non] due, existant, vel earum perpetue vicarie . . . ., si sibi alias canonice conferantur . . . ., recipere et insimul, quoad vixerit, retinere cum clausula permutandi toties quoties etc. libere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie . . . . Et quod omnium premissorum maior specificatio et qualitas dictorum beneficiorum, et an orator sit prius dispensatus ad duo, quatenus opus [sit], exprimi vel subticeri possit. Datum Rome 5. id. maji anno 1.

Suppl. 967, ufol. (ødelagt).

3356. **18. Maj 1493.**

Lundekanniken Morten Olufsen (adelig) faar Provstiet i Hvidbjerg.

Cum parrochialis ecclesia, prepositura nuncupata, Hwitberg in Tyrholm Burglanensis diocesis ex eo, quod quidam Wilhadus Friis, alias ipsius ecclesie rector, eandem ecclesiam dudum vacantem canonice sibi collatam assecutus illamque per annum et amplius pascifice (!) possidens se non fecit, impedimento ces-

sante legitimo et nulla per eum super hoc dispensatione obtenta, infra annum ad presbiteratus ordinem promoveri, vacet ad presens, licet dictus Wilhadus ecclesiam ipsam post dictum annum per plures alios annos, nulla sibi in ea de novo acquisito titulo aut juris adminiculo, sed temeritate propria et de facto detinuerit, prout detinet, indebite occupatam, supplicat Martinus Olaui canonicus Lundensis, magister in artibus et de nobili genere ex utroque parente procreatus, quatenus sibi de dicta ecclesia [fructus 8 mr.] providere dignemini, non obstante regula cancellarie de annali possessore latius extendenda, cui hac vice derogare placeat. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 15. kal. junii anno 1.

Suppl. 968, ufol. (ødelagt).

3357. **20. Maj 1493.**

Jens Pedersen Hostorp, Provst i Barvidsyssel og Sognepræst i Tyrstrup og Hjerndrup i Slesvig Stift, faar Dispensation til dermed at forene et tredie ellers dermed uforeneligt Embede.

Supplicat Johannes Petrus (!) de Hostropp clericus Slesvicensis diocesis, prepositus ruralis Hadersleuensis in Barichsusel et divinorum rector parrochialis ecclesie in Tustropp cum sua filiali capella annexa in Hierntropp Slesvicensis diocesis vestrique sacri palatii apostolici causarum notarius et magister in artibus, qui dudum per Innocentium papam VIII ad quecunque duo curata seu alias invicem incompatibilia beneficia . . . et ad duo dissimilia insimul sub uno et eodem tecto, quoad vixerit, etiam cum potestate permutandi etc. apostolica auctoritate extitit dispensatus, prout in litteris dicti Innocentii plenius continetur, quatenus . . . secum, ut quecunque duo vel tria beneficia curata vel electiva invicem incompatibilia . . . ., dummodo inter dicta tria plus quam due parrochiales ecclesie non existant, si sibi alias canonice conferantur . . . ., insimul, quoad vixerit, recipere . . . ac . . . in manibus cuiuscunque superioris ad id potestatem habentis resignare . . ., quotiens sibi placuerit, et loco dimissorum alia beneficia invicem incompatibilia similiter recipere et, quoad vixerit, retinere libere valeat, dispensare dignemini . . . Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 11. kal. junii anno 1.

Suppl. 969 fol. 38 v.

3358. **1. Juni 1493.**

Paven befaler Biskoppen Johannes Antonius (de S. Georgio) i Alessandria at overdrage Jens Pedersen (Hostorp) Provstiet i Jellingsyssel, hvorom han havde ført Proces ved Kurien.

Johanni Antonio episcopo Alexandrino in Romana curia residenti. Vite ac morum honestas [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Johannis Petri clerici Slesvicensis diocesis petitio continebat, quod, orta dudum inter dictum Johannem Petrum (!) et Hennekinum Saxen, qui se gerit pro clerico, super prepositura in Jellingsussel Ripensis diocesis, quam tunc vacantem vigore quarundam litterarum sibi per Sixtum papam IV gratiose concessarum, prout ex illarum forma poterat, infra tempus legitimum acceptasse ac de illa sibi provideri obtinuisse prefatumque Hennekinum acceptationi et provisioni predictis contra justitiam se opposuisse impedivisseque et fecisse, quominus acceptatio et provisio predicte suum debitum consequerentur effectum, Johannes Petrus (!), [Hennekinus][1]) vero prefati dictam preposituram ad se de jure spectare asserebant, prout adhuc ipse Johannes Petrus (!) adhuc (!) asserit, materia questionis, nos causam huiusmodi, non obstante quod ad Romanam curiam legitime devoluta et apud eam de juris necessitate tractanda et finienda non esset, tibi[2]) locum unius ex auditoribus causarum palatii apostolici tenenti ad ipsius Johannis Petri instantiam audiendam commisimus et fine debito terminandam, et, postquam tu in causa huiusmodi ad nonnullos actus citra tamen conclusionem processeras, Michaelem Petri, qui se gerit pro clerico Slesvicensis diocesis, pro suo interesse ad causam predictam in eo statu, quo erat, vigore specialis commissionis per nos desuper tibi facte diceris admisisse. Cum autem, lite huiusmodi sic indecisa pendente, prefatus Michael liti et cause huiusmodi ac juri sibi in dicta prepositura quomodolibet competenti hodie per Claudium de Croso clericum Lugdunensis diocesis procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum in manibus nostris sponte cesserit, nosque cessionem ipsam duxerimus admittendam, et, sicut eadem petitio subjungebat, a nonnullis asseratur neutri dictorum Johannis Petri et Hennekini in dicta prepositura jus competere, nos, volentes eidem Johanni Petro (!), qui causarum palatii apostolici notarius existit, gratiam facere specialem, fraternitati tue mandamus, quatenus prefatum Johannem

[1]) add. Gz. [2]) II tilføjer: sive surrogato Petro de Acoltis

Petrum(!), dummodo in dicta prepositura intrusus non sit, in omni jure, quod ipsi Michaeli in illa quomodolibet competebat, auctoritate nostra surroges dictumque jus sibi conferas et provideas etiam de eodem ipsumque Johannem Petrum ad huiusmodi jus necnon illius ac litis et cause huiusmodi prosecutionem et defensionem in eo statu, in quo dictus Michael tempore cessionis huiusmodi erat et, si non cessisset, admitti potuisset et debuisset, admittas, ut est moris, et nichilominus, si in eventum litis huiusmodi tibi legitime constiterit neutri eorundem Johannis Petri et Hennekini in dicta prepositura jus competere, prepositaram predictam, que in ecclesia Ripensi personatus existit, cuique cura etiam jurisdictionalis imminet animarum [fructus 4 mr.], per obitum Petri Frisz vacantem eidem Johanni Petro auctoritate nostra conferas. Datum Rome kal. junii anno 1.

B. X. 14. kal. julii anno 1. Bagarothus.

Reg. Lat. 939 fol. 130; ogsaa (II) Supplik (Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie) i Suppl. 969 fol. 105.

3359. **6. Juni 1493.**

Palle Nielsen, evig Vikar i Viborg Domkirke, faar Dispensation til at lade sig præstevie i Rom.

Supplicat Palno Nicolai perpetuus vicarius cathedralis ecclesie Vibergensis, ratione cuius arctatur, quatenus secum, ut a quocunque maluerit catholico antistite . . . . in Romana curia presente ad omnes, etiam sacros, ordines aliquibus dominicis diebus vel aliis festivis, etiam extra tempora a jure statuta, se promoveri facere libere valeat, dispensare et eidem antistiti facultatem super hoc concedere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Et quod in apostolica camera examinetur. Et quod huius supplicationis sola signatura sufficiat. Datum Rome 8. id. junii anno 1.

Suppl. 969 fol. 174 v.

3360. **7. Juni 1493.**

Jens Bossen faar det overdraget til Biskop Johannes Antonius (de S. Georgio) i Alessandria at give ham Provision paa et evigt Vikariat i Nonneklostret paa Holmen ved Slesvig, hvorom han havde ført Proces ved Kurien med Jens Pedersen Hostorp.

Lite et causa coram Petro de Vincentia episcopo Cesenatensi curie causarum camere generali auditore inter Johannem Bossen vicarium perpetuum ad altare s. Nicolai in ecclesia monasterii

monialium extra muros Slesvicenses et quendam Johannem Petri de Hosterp assertum clericum adversarium de violatione cuiusdam pretensi sequestri per Johannem Antonium episcopum Alexandrinum, unius ex sacri palatii apostolici causarum auditoribus locum tenentem, in causa, que tunc inter partes predictas de dicta vicaria . . . ac rebus aliis in prima instantia coram ipso episcopo et locumtenente verti pretendebatur, ... rebusque aliis in actis cause huiusmodi latius deductis . . . in prima instantia indecisa pendente, et in qua ad omnium terminorum citra tamen cause conclusionem processum extitit, a nonnullis asseritur neutri collitigantium in dicta vicaria jus competere ipsamque adhuc vacare. Supplicat igitur prefatus Johannes Bosse, quatenus eidem episcopo et auditori aut in eius locum forsan surrogato vel surrogando auditori, ut, constito sibi per eventum litis neutri dictorum collitigantium jus in dicta vicaria competere, eandem vicariam prefato Johanni Bosse adjudicet seu conferat ac provideat etiam de eadem, mandare et nichilominus de dicta vicaria [fructus 4 mr.], sive premisso modo seu ex eo, quod ipse Johannes Bosse, qui ipsius vicarie a decem et citra annis possessor fuit, dictum pretensum sequestrum violasse pretendi possit, seu violaverit, vacet, eidem Johanni Bosse in forma nove vel simplicis provisionis, gratie [etc.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 7. id. junii anno 1.

Suppl. 971 fol. 18 v.

3361. **17. Juni 1493.**

Laurens Vesteni lover at betale Annater af Ærkedegneembedet i Aarhus.

[1493] Dicta die [ɔ: 17. mensis junii] Laurentius Vesteni canonicus Arusiensis principalis obligavit se camere pro annata archidiaconatus ecclesie Arusiensis vacantis per devolutionem [fructus 30 fl. auri], et de quo vocatis vocandis provideri mandatur dicto Laurentio sub data 7. kal. sept. anno 1. Et promisit solvere dictam annatam infra annum aut mensem in forma sub penis camere, juravit, qui narratur intrusus.

Annate 1493—94 fol. 41 (Archivio di Stato).

3362. **21. Juni 1493.**

Præsten Jens Sture fra Aarhus Stift faar ny Provision paa et evigt Vikariat i Aarhus.

Nuper[1]) de perpetua vicaria cathedralis ecclesie Arusiensis, per cuiusdam Nicolai Laurentii liberam resignationem in manibus ordinarii factam vacante, Johannes Stwre presbiter eiusdem Arusiensis diocesis sibi auctoritate ordinaria provideri obtinuit, possessione subsecuta. Cum autem dubitet resignationem ac collationem huiusmodi et inde secuta viribus non subsistere dictamque vicariam adhuc vacare, supplicat igitur, quatenus sibi de dicta vicaria [fructus 4 mr.] . . . providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 11. kal. julii anno 1.

Suppl. 970 fol. 233.

3363. **29. Juni 1493.**

Klerken Niels Markvardsen i Ribe faar ny Provision paa Kanonikat og Præbende sammesteds.

Alias canonicatu et prebenda ecclesie cathedralis b. Marie virginis Ripensis per obitum Hermeti Nundt [ɔ: Kanuti Lundt] vacantibus, Nicolaus Marquardi artium magister et clericus Ripensis dicte ecclesie canonicus de eisdem canonicatu et prebenda sibi obtinuit auctoritate ordinaria provideri, possessione subsecuta. Cum autem dubitet dictas provisionem et collationem viribus non subsistere dictosque canonicatum et prebendam adhuc vacare, supplicat, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda . . . [fructus 4 mr.] de novo providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 3. kal. julii anno 1.

Suppl. 970 fol. 294.

3364. **8. Juli 1493.**

Klerken Henricus Bockholt faar et evigt Vikariat i Lübeck.

Supplicat Henricus Bockholt clericus Lubicensis in Romana curia presens, quatenus sibi de perpetua sine cura vicaria, sita in cathedrali ecclesia Lubicensi [fructus 4 mr.], per obitum Jacobi Hosstman vacante, providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 8. id. julii anno 1.

Suppl. 973 fol. 225 v.

3365. **10. Juli 1493.**

Laurens Vesteni faar det overdraget til nogle »probi viri« at give ham Provision paa Provstiet i Børglum.

[1]) Cod. Cum nuper

[Cum] alias prepositura ecclesie Burglanensis Premonstratensis ordinis, quam quidam Nicolaus electus Burglanensis tempore promotionis per s. v. de persona sua ad ecclesiam Burglanensem facte obtinebat et obtinet, per promotionem huiusmodi et munus consecrationis eidem electo impendendum vacare speraretur, Innocentius papa VIII de illa sic vacante[1]) cuidam Symoni Lessio canonico dicte ecclesie, ordinem ipsum expresse professo, provideri mandavit, prout in litteris desuper confectis, in quibus, quod fructus 4 mr. non excedebant, expressum fuit, plenius continetur. Cum autem fructus huiusmodi tempore impetrationis antedicte ultra 4 mr. excederent, et propterea littere predicte eidem Symoni concesse huiusmodi surreptionis vitio subjaceant et nullius roboris vel momenti existant, dictaque prepositura adhuc vacare noscatur, supplicat Laurentius Vesteni archidiaconus ecclesie Vibergensis, quatenus sibi specialem gratiam facientes de dicta prepositura [fructus 90 mr.], aliquibus probis viris mandare dignemini, quatenus, si de premissis eis legitime constiterit, litteras predictas ac collationem et provisionem de dicta prepositura forsan factas et fiendas . . . . necnon processus habitos per easdem et inde secuta quecunque nulla et invalida ac nullius roboris vel momenti fuisse et esse, prout juris fuerit, declarent et nichilominus, si declarationem huiusmodi per eos fieri contingerit (!), preposituram predictam, que inibi dignitas maior post pontificalem existit, eidem oratori conferant et provideant etiam de eadem. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie . . . . Datum Rome 6. id. julii anno 1.

Suppl. 971 fol. 246 v.

3366. **10. Juli 1493.**

Enken Dorothea Glambæk fra Ribe Stift faar indsat Dommere fra Lübeck til at paadømme en Sag imod Præsten Jens Paaske i Seest, som havde frataget hende en Grund; Præsten Peder Nielsen Glambæk i Horsens faar det overdraget til de samme Dommere at skaffe ham Ret overfor forskellige Gejstlige og Verdslige, som havde forurettet ham.

Alias licet, lite et causa in partibus coram strenuis et providis viris dominis Henrico Agonis milite, Nicolao, Mauritio Stugghe vasallis et Nicolao Petri prefecto prefecture provincie Honesherth Ripensis diocesis, judicibus et commissariis per Jo-

[1]) Cod. vacante pro sperare vacare cuidam

hannem Dacie etc. regem specialiter deputatis, inter devotam oratricem vestram Dorotheam Glamveke viduam dicte diocesis et quendam Johannem Passichem curatum ecclesie ville Seestedt eiusdem diocesis de certo agro in campis dicte ville regni Dacie sepedicte diocesis sito et illius spolio rebusque aliis in actis causarum huiusmodi latius expressis . . . in prima instantia indecisa pendente, iidem Henricus miles, Nicolaus Erici et Mauritius vasalli ac Nicolaus Petri prefectus, judices et commissarii in causis huiusmodi procedentes, quandam ipsius agri restitutoriam pro dicta oratrice et contra antedictum Johannem Passchem adversarium comparentem et in jurisdictione dictorum judicum et commissariorum consentientem cum expensarum condennatione (!) tulerunt et promulgarunt sententiam, que, cum nulla provocatione seu appellatione suspensa fuisset, in rem transivit judicatam, et licet dictus Johannes adversarius judicato erga pretactum spolium paruerit, tamen de mandato eorundem judicum requisitus, ut oratrici ipsi de expensis in causis huiusmodi pro parte dicte oratricis factis satisfaceret, hoc quidem, pretextu[1]) forsan, quod, cum dicti judices seculares persone sint, ipse adversarius presbiter existit sicque in eundem penas aut censuras aliquas ferre non potuerunt, facere distulit penitus et denegavit. Ne igitur dicta oratrix expensis litis huiusmodi destitui videatur, dignetur s. v. causas expensarum huiusmodi a dictis judicibus secularibus, quatenus opus sit, ad se advocare et illas aliquibus prelatis in civitate Lubicensi, utpote ipsi regno Dacie vicina, residentibus, committere et mandare, ut, constito sibi de sententia huiusmodi, et quod in rem judicatam transiverit, omnes expensas in causis huiusmodi pro parte dicte oratricis quomodolibet factas, quatenus usquequaque taxate non sint, taxent et moderent necnon sententiam predictam ac in ea omnia contenta et dictas expensas forsan taxatas vel taxandas concernentia contra antedictum Johannem adversarium omnesque alios sua interesse putantes eorumque complices, fautores et adherentes sub excommunicationis aliisque penis, sententiis et censuris exequantur et executioni debite demandent cum potestate sententias et censuras huiusmodi aggravandi, reaggravandi, strictissimum interdictum ponendi ac auxilium bracchii secularis toties, quoties opus fuerit, invocandi litterasque etiam desuper necessarias et oportunas suo sub sigillo decernendi et conce-

[1]) Gz. — Cod. pretio

dendi. Cumque etiam quidam Petrus Scriptoris pro eo, quod devotum oratorem vestrum Petrum Nicolaij, alias Glanbeke, presbiterum dicte Ripensis diocesis hospitali s. Georgii in Horsnes ac ecclesiis parrochialibus invicem unitis, scilicet Tyrste et Tavste Arusiensis diocesis, temere et de facto spoliaverit seque in illas intruserit fructus ex illis provenientes percipiendo et in suos ac quorundam Jacobi Sttharth et Nicolai Elberk (!) assertorum presbiterorum, quibus, ut in hospitali et ecclesiis antedictis celebrarent, sine tamen prefati oratoris consensu com[m]ississe dicitur, usus et utilitates convertendo, ac quidam Ericus Jul laicus pretacte Ripensis diocesis pro eo, quod nuper de mense julii anni 1490 zizanie seminatore instigante Petrum Nicolai laicum eiusdem Ripensis diocesis et dicti oratoris fratrem voluntarie interfecerit, ipsi oratori quamplurimum sint injuriati, et, licet prefatus Petrus Scriptoris, ut ab intrusione huiusmodi et usurpatione fructuum etc. ex antedictis hospitali et ecclesiis provenientium, dicti vero Jacobus Schart et Nicolaus Elbæck, ut a celebratione missarum et simili usurpatione fructuum cessarent et se abstinerent ac ipsi oratori de dictis fructuum perceptione ac injuriis necnon Enricus (!) Jul, voluntarius interfector prefati Petri Nicolai laici et ipsius oratoris fratris, ac Harthwicus episcopus Ripensis, ut et tanquam consanguineus antedicti Erici interemptoris et similiter de injuriis eidem oratori premissorum occasione respective illatis ac damnis passis et incursis satisfacerent sibique emendam condignam respective prestarent, requisiti fuerint, cum idem episcopus et alii consanguinei similium interfectorum voluntariorum ratione consanguinitatis huiusmodi de consuetudine patrie respectu interfectionis similis heredibus defunctorum et interfectorum de injuriis et emenda condigna una cum dicto interfectore, maxime cum pauper sit, respondere teneantur, hoc tamen facere distulerint penitus et recusarunt (!), dignetur igitur s. v. causas, quas prefatus Petrus Nicolai Glambeke pauper presbiter antedicte Ripensis diocesis, et qui propterea in Romana curia presens existit, movet et movere vult contra antedictos Petrum Scriptoris intrusum et spoliatorem de spolio et usurpatione fructuum ex antedictis hospitali [et ecclesiis provenientium][1] et injuriis necnon Ericum Jul interfectorem de miserabili et voluntaria interfectione antedicti Petri Nicolai laici ipsius oratoris fratris civiliter dumtaxat agitando ac prefatum Henricum [ɔ: Hart-

[1]) add. Gz.

wicum] episcopum, Marquardum Jul et Ketillum Ywari vasallos et prefati Erici Jul consanguineos omnesque alios sua interesse putantes eorumque complices, fautores et adherentes de injuriis ipsi oratori premissorum omnium occasione . . . . illatis et inferri comminatis de [damnis][1]) premissis passis et incursis ac patiendis et incurrendis rebusque aliis in actis causarum huiusmodi latius deducendis et illorum occasione aliquibus prelatis in dicta civitate Lubicensi utpote ipsi regno Dacie vicina, cum in dicto regno propter ipsorum adversariorum potentiam et seu eorum ac alterius eorundem fautores in dicto regno non sperat posse consequi justitie complementum, quod paratus est probare, cum omnibus suis emergentiis, incidentiis, dependentiis, annexis et connexis per unum breve s. v. hac supplicatione introclusa mandare[2]) cognoscendas, decidendas et fine debito terminandas cum potestate antedictos Johannem Paschen, Petrum Scriptoris, Jacobum Schacth, Nicolaum Elbek, assertos clericos, Ericum Jul, Hartwicum episcopum Ripensem, Marquardum Jul et Katillum Ywari vasallos adversarios omnesque alios supradictos et in executione citationis vigore presentium decernende nominandos per edictum publicum, cum ad eos citandos tutus non pateat accessus, citandi illisque ac quibuscunque aliis, etiam judicum, personis toties, quoties opus fuerit, sub excommunicationis ac pecuniariis, de quibus sibi videbitur, pro una camere apostolice, reliqua vero medietatibus ipsis oratoribus, si in aliquo contravenientes fuerint vel contradictores, irremissibiliter toties quoties applicandis penis inhibendi ac salvum conductum prefatis oratoribus suisque in hac parte complicibus, fautoribus et adherentibus sub similibus censuris et penis decernendi et concedendi et in eventum rei judicate eosdem adversarios eorum contumacia id exigente excommunicandi, aggravandi, reaggravandi, interdictum ecclesiasticum ponendi ac auxilium bracchii secularis invocandi omniaque faciendi, que in hiis necessaria fuerint seu etiam quomodolibet oportuna . . . ., cancellarie regulis, illis presertim, quibus caveri dicitur, quod littere executoriales sub plumbo expediri debeant, alias quod sint nulle, necnon indultis et privilegiis ipsis adversariis et seu illorum alteri forsan concessis, et quibus caveri dicitur, quod extra dictum regnum ad judicium non debeant evocari, quibus, quatenus opus sit, pro hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogare placeat . . . non obstan-

[1]) add. Gz. [2]) Cod. mandare cuidam cognoscendas

tibus. Concessum in presentia pape. Johannes Alexandrinus. Datum Rome 6. id. julii anno 1.

Suppl. 971 fol. 229.

3367. **15. Juli 1493.**

Paven udsteder for eet Aar Pas og Anbefalingsskrivelse for Biskop Eggert Durkop i Slesvig og 12 Ledsagere, med hvilke han vil begive sig til Slesvig og forskellige nordtyske Stifter.

Universis, ad quos presentes nostre littere pervenerint. Cum Egerdus episcopus Slesvicensis [*etc. som Nr. 3212*], presentibus ad unum annum dumtaxat duraturis. Datum Rome id. julii anno 1.

Gratis de mandato pape.
Reg. Vat. 879 fol. 209 v.

3368. **31. Juli 1493.**

Paven befaler Biskopperne i Pesaro og Ribe og Officialen i Børglum at overdrage Laurens Vesteni Provstiet i Børglum, dog saaledes, at han saa skal opgive sit Embede som Ærkedegn i Viborg.

Pisaurensi et Ripensi episcopis ac officiali Burglanensi. Apostolice sedis providentia circumspecta cupientibus vitam ducere regularem, ut eorum pium propositum ad laudem divini nominis adimplere valeant, apostolico consuevit adesse presidio; ad illos quoque dexteram sue liberalitatis extendit, quos ad id propria virtutum merita multipliciter recommendant, ac illa eis favorabiliter concedit, que suis commoditatibus fore conspicit oportuna. Cum itaque, sicut accepimus, prepositura ecclesie Burglanensis Premonstratensis ordinis vacet ad presens et tanto tempore vacaverit, quod eius collatio juxta Lateranensis statuta concilii est ad sedem predictam legitime devoluta, ac Laurentius Vesteni archidiaconus ecclesie Vibergensis cupiat ob melioris vite frugem in dicta ecclesia Burglanensi una cum illius capitulo sub regulari habitu virtutum domino famulari, nos, ipsum Laurentium in huiusmodi suo laudabili proposito confovere sibique, qui archidiaconatum dicte ecclesie Vibergensis, qui inibi dignitas non tamen maior post pontificalem existit, obtinet, specialem gratiam facere et, ut commodius sustentari valeat, de alicuius subventionis auxilio providere volentes . . . . ., discretioni vestre mandamus, quatenus preposituram predictam, que inibi dignitas maior post pontificalem existit [fructus 100 mr.[1])], quovis modo et ex cuiuscunque persona seu per liberas Nicolai Stugghe vel

[1]) H: 40 mr.

Simonis Lesio[1]), olim dicte ecclesie Burglanensis successive prepositorum, ... sponte factas resignationes . . . . vacet, etiam si dispositioni apostolice specialiter vel ex eo, quod dignitas maior post pontificalem existit, generaliter reservata existat, et ad illam consueverit quis per electionem assumi, eique cura immineat animarum, ..., dummodo tempore date presentium non sit in ea alicui specialiter jus quesitum . . . ., eidem Laurentio per eum usque ad sex menses a die adepte pacifice possessionis illius computandum [ɔ: -os] etiam cum dicto archidiaconatu tenendam . . . ., ita quod liceat sibi interim debitis et consuetis dicte prepositure supportatis oneribus de residuis illius fructibus disponere, sicut preposituram predictam pro tempore obtinentes de illis disponere potuerunt seu etiam debuerunt, alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium et pretiosorum mobilium dicte prepositure sibi penitus interdicta, commendare et deinde vel etiam ante, si prefatus Laurentius in dicta ecclesia Burglanensi sub regulari habitu virtutum domino famulari maluerit, etiam si sit idoneus, et aliud canonicum non obsistat, in canonicum dicte ecclesie Burglanensis recipere sibique regularem habitum juxta ipsius ecclesie Burglanensis consuetudinem exhibere ac eum ibidem sincera in domino caritate tractari facere et nichilominus regularem professionem per canonicos dicte ecclesie Burglanensis emitti solitam ab ipso Laurentio, si illam in manibus vestris sponte emittere voluerit, admittere eaque per vos admissa dictam preposituram sibi conferre auctoritate nostra curetis . . . . . Volumus autem, quod dictus Laurentius infra annum ipsum habitum suscipere et professionem huiusmodi emittere, alioquin dicto anno elapso commenda ipsa cessare censeatur eo ipso, et, quamprimum in canonicum dicte ecclesie Burglanensis receptus et ordinem ipsum expresse professus vel annus sue probationis lapsus fuerit sive ipse scienter habitum susceperit et per triduum gestaverit professorum vel etiam ante, si constiterit eum vitam absolute mutare voluisse, archidiaconatum predictum, quem extunc vacare decernimus, omnino dimittere teneatur. Datum Rome pridie kal. aug. anno 1.

N. XXXXV. episcopus Yporegensis.

Reg. Lat. 943 fol. 134; ogsaa (II) Supplik[2]) (Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie) i Suppl. 972, ufol.

[1]) II: Lessio [2]) Denne tilføjer: et quod fructus usque ad alias 90 mr. augeri vel minui possint in confectione litterarum

3369. **6. Aug. 1493.**

Klerken Henricus Bockholt fra Bremen Stift faar Kanonikat og Præbende i Lübeck.

Certis canonicatu et prebenda in ecclesia Lubicensi per resignationem Theodorici Arndes episcopi Lubicensis . . . in cancellaria apostolica factam vacantibus, s. v. de eisdem canonicatu et prebenda Henrico Bockholt clerico Bremensis diocesis legum doctori providit . . . eorundemque canonicatus et prebende possessionem idem orator forte est assecutus; et cum de dicta provisione et inde secutis ac viribus eorundem forte dubitari possit, supplicat dictus Henricus, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] per modum simplicis aut nove provisionis providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 8. id. aug. anno 1.

Suppl. 972, ufol.

3370. **13. Aug. 1493.**

Laurens Vesteni lover at betale Annater af Provstiet i Børglum.

[1493] Dicta die [ɔ: 13. mensis aug.] Laurentius Vesteni archidiaconus ecclesie Vibergensis principalis obligavit se camere apostolice pro annata prepositure ecclesie Burglanensis Premonstratensis ordinis [fructus 100 mr.], que vacat ad presens et tanto tempore vacavit, quod eius collatio est ad sedem apostolicam legitime devoluta juxta Lateranensis statuta concilii; et mandatur commendari dicta prepositura ad sex menses post habitam possessionem computandos et deinde in titulum sub data Rome pridie kal. aug. anno 1. Et promisit solvere annatam predictam infra unum annum proxime sequentem sub penis camere etc., juravit etc. et unum mensem post annum immediate sequentem ad certificandum camere prefate de non habita possessione sub dictis penis etc., probavit de intruso per testes, et fuit data de mandato Francisci Borgia in camera apostolica presidentis.

Annate 1493—94 fol. 72 (Archivio di Stato).

3371. **2. Sept. 1493.**

Silvester Hesten faar Kanonikat og Præbende i Haderslev.

Vacantibus alias canonicatu et prebenda ecclesie collegiate b. Marie Hadersleuensis Slesvicensis diocesis in hac Romana curia per liberam tunc resignationem in vestra cancellaria apostolica per Johannem Petrum de Hosterpp factam, et qui in expeditione litterarum consensit principaliter ut et tamquam

principalis,[1]) Siluester Hesten vigore huiusmodi litterarum apostolicarum possessionem dictorum canonicatus et prebende assequutus est etc. Verum quia dubitat huiusmodi provisionem apostolicam alias per s. v. factam cum inde secutis viribus non subsistere, supplicat igitur idem Siluester Hesten, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] in forma simplicis aut nove provisionis . . . . providere dignemini. Fiat. R. Datum Rome 4. non. sept. anno 2.

Suppl. 975 fol. 64.

3372. **2. Sept. 1493.**

Præsten Niels Mortensen fra Slesvig Stift faar Sognekirken i Øsby i samme Stift.

Supplicat Nicolaus Martini presbiter Slesvicensis diocesis, quatenus sibi de parrochiali ecclesia in Oszbii dicte diocesis, que tanto tempore vacavit, quod eius collatio et omnimoda dispositio ad sedem apostolicam legitime fuit et est devoluta [fructus 4 mr.], sive ut premittitur sive per obitum Nicolai Oszbii vacet, providere dignemini. Fiat. R. Datum Rome 4. non. sept. anno 2.

Suppl. 975 fol. 40.

3373. **8. Sept. 1493.**

Paven befaler Dekanen ved Mariekirken i Stettin og Halberstadtkanniken Nicolaus Schulten og Officialen i Camin at overdrage Klerken Caspar Custodis fra Brandenburg Stift Kanonikat og Præbende i Slesvig og et evigt Vikariat i Ratzeburg, som er ledige ved Didrik Stovemans Død.

Decano b. Marie Stetinensis Caminensis diocesis et Nicolao Schulten canonico Halberstadensis ecclesiarum ac officiali Caminensi. Grata familiaritatis obsequia . . . ., vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque canonicatus et prebenda ecclesie Slesvicensis[2]) et perpetua sine cura vicaria in ecclesia Ratzburgensi[3]), quos Theodoricus Stouemann obtinebat, per obitum eiusdem Theodorici vacent ad presens, nos, Caspari Custodis clerico Brandeburgensis diocesis familiari nostro, qui etiam continuus commensalis noster existit, et cui hodie de perpetua vicaria in capella b. Marie virginis infra limites parrochialis ecclesie ville Remeptz[4]) Caminensis diocesis [fructus 2 mr.], etiam per obitum dicti Theodorici vacante, provideri concessimus, specialem gratiam facere volentes, discretioni vestre mandamus, quatenus

[1]) Gz. — Cod. principalis, et [2]) II: [fructus 6 mr.] [3]) II: [fructus 4 mr.]
[4]) II: Kemepts

canonicatum et prebendam ac vicariam in ecclesia Ratzeburgensi huiusmodi [fructus 5 mr.], etiam si canonicatus et prebenda ac vicaria in ecclesia Ratzeburgensi huiusmodi dispositioni apostolice specialiter vel ex eo, quod, ut ab aliquibus asseritur, dictus Theodoricus olim illos obtinens fructuum camere apostolice debitorum in partibus illis collector seu unicus subcollector extitit, generaliter reservati existant, eidem Caspari auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome 6. id. sept. anno 2.

Gratis de mandato.

Reg. Vat. 801 fol. 87 v; ogsaa (II) Supplik (Fiat. R.) i Suppl. 975 fol. 74 v.

3374. **9. Sept. 1493.**

Præsten Henricus de Minden faar Kanonikat og Præbende i Slesvig.

Canonicatu et prebenda in ecclesia Slesvicensi per obitum Theoderici Sconeman vacantibus, Henricus de Minden presbiter dicte diocesis illos vigore gratie expectative sibi per Innocentium papam VIII concesse et processuum desuper fulminatorum acceptavit et de illis [sibi] provideri obtinuit. Verum dubitat acceptationem et provisionem et inde forsan subsecuta viribus non subsistere, sed canonicatum et prebendam predictos adhuc vacare. Supplicat igitur, quatenus sibi . . . . de canonicatu et prebenda predictis [fructus 4 mr.] per viam nove aut simplicis provisionis . . . . providere dignemini. Fiat. R. Datum Rome 5. id. sept. anno 1.

Suppl. 975 fol. 93 v.

3375. **9. (12.) Sept. 1493.**

Klerken Didrik Tetens fra Slesvig Stift faar Kantoriet i Slesvig.

Cantoria in ecclesia Slesvicensi, que inibi dignitas curata et electiva non tamen maior post pontificalem existit, per obitum Theoderici Sconemans[1]) vacante, Theodericus Thetens[2]) clericus dicte diocesis illius [ɔ: illam][3]) gratie expectative sibi per Innocentium papam VIII concesse et processuum desuper fulminatorum vigore acceptavit et de illa [sibi][3]) provideri obtinuit. Verum dubitat acceptationem et provisionem predictas et inde secuta forsan viribus non subsistere, sed eandem adhuc vacare. Supplicat igitur, quatenus sibi de cantoria predicta [fructus 4 mr.][4])

[1]) II: Stonemen [2]) II: Tetensz [3]) add. Gz.

[4]) II: que in dicta ecclesia dignitas curata et electiva non tamen maior post pontificalem existit [fructus 6 mr.],

in forma nove aut simplicis provisionis [etc.] providere dignemini. Fiat. R. Et cum derogatione statuti de eligendo, quatenus opus sit, pro hac vice dumtaxat. Datum Rome 5. id. sept.[1]) anno 2.

Suppl. 975 fol. 108 og (II) fol. 144.

3376. **10. Sept. 1493.**

Præsten Nicolaus Gornow fra Lübeck Stift faar evige Vikariater i Schwerin og Lübeck, ledige ved Didrik Stovemans Død.

Supplicat Nicolaus Gornow pauper presbiter Lubicensis, antiquus curialis, in artibus magister, quatenus sibi de una in ecclesia Zwerinensi ac reliqua in cappella s. Georgii extra muros civitatis Lubicensis situatis perpetuis sine cura vicariis, per obitum Theoderici Stoneman vacantibus [fructus insimul 4 mr.], providere dignemini. Fiat. R. . . . Et quod verior valor annuus usque ad 4 mr. similes ascendendo augeri et exprimi possit in confectione litterarum. Datum Rome 4. id. sept. anno 2.

Suppl. 983 fol. 102.

3377. **10. Sept. 1493.**

Klerken Johannes Brandis fra Bremen Stift faar Kanonikat og Præbende i Lübeck, ledige ved Didrik Stovemans Død.

Canonicatu et prebenda maiori ecclesie Lubicensis, in qua minores et maiores prebende existunt, per obitum Theodorici Stoueman vacantibus, Johannes Brandis clericus Bremensis diocesis eosdem acceptavit et [sibi de illis] provideri obtinuit. Verum dubitat acceptationem et provisionem predictas forsan viribus non subsistere, sed eosdem canonicatum et prebendam adhuc vacare. Supplicat igitur, quatenus sibi de canonicatu et prebenda maiori predictis [fructus 4 mr.] per viam nove aut simplicis provisionis providere dignemini. Fiat. R. Et cum derogatione regule et statutorum de optando. Datum Rome 4. id. sept. anno 2.

Suppl. 975 fol. 110.

3378. **11. Sept. 1493.**

Jens Pedersen Hostorp faar ny Provision paa Kanonikat og Præbende i Lübeck.

Vacantibus alias canonicatu et prebenda ecclesie Lubicensis per obitum Theoderici Stoueman, Johannes Petrus de Hostropp clericus Slesvicensis diocesis, vestri sacri palatii causarum apostolici notarius, . . . illos acceptavit et per certum subexecutorem

[1]) II: pridie id. sept.

de illis [fructus 4 mr.] sibi provideri obtinuit. Sed quia a nonnullis asseritur, quod alii expectantes similes gratias habentes similiter illos sic vacantes acceptaverint et propterea propter similitudinem sive paritatem gratiarum huiusmodi locus sit gratificandi, igitur pro parte ipsius Johannis Petri recurritur ad pedes s. v. supplicando, quatenus dignetur mandare futuro auditori sive judici, cui de causa huiusmodi cognoscere contigerit, ut, si per eventum litis huiusmodi sibi constiterit adeo gratias pares esse aut nulli dictorum acceptantium jus competere, et [ɔ: de] dictis canonicatu et prebenda eidem Johanni Petro etiam gratificando [provideat et][1]) illos sibi conferat, ut premittitur, gratificando et, quatenus opus sit de novo providendo, in forma nove provisionis [etc.] auctoritate apostolica conferat. Fiat. R. Datum Rome 3. id. sept. anno 2.

Suppl. 975 fol. 111 v.

3379. **11. Sept. 1493.**

Mikkel Pedersen Hostorp faar Kantoriet og Kanonikat og Præbende i Slesvig.

Vacante alias cantoria ecclesie Slesvicensis [fructus 8 mr.] ac canonicatu et prebenda eiusdem ecclesie [fructus 4 mr.] per obitum Theoderici Stonemen, Michael Petrus (!) de Hostropp clericus Slesvicensis diocesis eosdem cantoriam ac canonicatum et prebendam vigore gratie expectative sibi alias per Innocentium papam VIII gratiose concesse ac processuum inde secutorum acceptavit et per certum subexecutorem de eisdem etiam sibi provideri obtinuit. Verum quia a nonnullis asseritur [*etc. som Nr. 3378 til* providendo] in forma nove vel simplicis provisionis aut in forma gratie [etc.] auctoritate apostolica conferat . . ., etiam cum derogatione indulti, si specialiter indultum fuerit principi patrie aut episcopo et capitulo Slesvicensibus in quacunque forma indultorum sive privilegiorum apostolice sedis, quod neminem in cantoriam eiusdem ecclesie recipere valeant vigore gratie expectative vel provisionis sedis apostolice, pro hac vice dumtaxat derogantes . . . . Fiat. R. Datum Rome 3. id. sept. anno 2.

Suppl. 975 fol. 95.

3380. **11. Sept. 1493.**

Klerken Caspar Custodis faar evige Vikariater i Greifswald, Demmin, Rostock og Minden, ledige ved Didrik Stovemans Død.

---

[1]) add. Gz.

Supplicat Caspar Custodis clericus Brandeburgensis diocesis, s. v. familiaris et continuus commensalis, quatenus sibi de perpetuis sine cura vicariis in opidi Gripswastdensis Caminensis diocesis et opidi Dymyn eiusdem diocesis b. Marie virginis parrochialibus ecclesiis, in prepositura s. Jacobi sive parrochiali ecclesia Rostockensi Swer[i]nensis diocesis et in ecclesia Mindensi [fructus insimul 10 mr.], per obitum Theoderici Stoneman vacantibus, providere dignemini. Fiat. R. Datum Rome 3. id. sept. anno 2.

Suppl. 975 fol. 119.

12. Sept. 1493.

Se Supplik Nr. 3375.

3381. **22. Sept. 1493.**

Jens Pedersen Hostorp faar ny Provision paa Kanonikat og Præbende i Lübeck.

Vacantibus alias canonicatu et prebenda ecclesie Lubicensis per obitum Gherardi Aldewagen, Johannes Petrus de Hostropp clericus Slesvicensis diocesis, vestri sacri palatii apostolici causarum notarius, vigore sue gratie expectative ac processuum desuper habitorum [illos][1]) acceptavit et per certum suum subexecutorem de illis [fructus 4 mr.] sibi provideri obtinuit. Sed quia a nonnullis asseritur [*etc. som Nr. 3378 til* supplicando], quatenus e. s. v. dignetur eidem oratori [concedere][1]), quod, si alii expectantes huiusmodi eidem oratori pares existant, gratificando eidem oratori[2]) nichilominus de canonicatu et prebenda predictis, si adhuc vacent et quatenus locus sit gratificandi, aut de novo in forma simplicis aut nove provisionis aut gratie [etc.] providere dignemini ipsique futuro auditori vel judici, cui de causa huiusmodi cognoscere contigerit, [mandare][1]), ut, si per eventum litis sibi constiterit gratias adeo pares esse et nulli dictorum acceptantium jus competere in dictis canonicatu et prebenda[3]), eidem oratori etiam gratificando, quatenus gratificandi locus existat, illos sibi conferat. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 10. kal. oct. anno 2.

Suppl. 975 fol. 176.

3382. **22. Sept. 1493.**

Jens Pedersen Hostorp faar Sognekirken i Wesselburen i Bremen Stift.

Vacante alias parrochiali ecclesia in Wesselenbune terre Dytmercie Bremensis diocesis per obitum Gherardi Aldewagen,

[1]) add. Gz. [2]) Gz. — Cod. oratori et [3]) Gz. — Cod. prebenda mandare

Johannes Petrus de Hestropp . . . . . illam acceptavit et de illa [fructus 4 mr.] sibi provideri obtinuit, sed quia [*etc. som Nr. 3381 til*] Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 10. kal. oct. anno 2.

Suppl. 975 fol. 176 v.

3383. **24. Sept. 1493.**

Johannes Tagghe faar et evigt Vikariat i Schwerin, ledigt ved Didrik Stovemans Død.

Vacanti alias perpetua sine cura vicaria in ecclesia Zwerinensi per obitum Theoderici Stoneman, Johannes Tagghe illam sic vacantem vigore sue gratie expectative sibi per Innocentium papam VIII concesse et processuum desuper decretorum infra tempus debitum acceptavit et sibi de illa provideri obtinuit. Cum autem dubitet acceptationem et provisionem, ut premittitur, factas et inde secuta viribus non subsistere, supplicat igitur, quatenus sibi de dicta vicaria [fructus 6 mr.] per modum nove aut simplicis provisionis providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 8. kal. oct. anno 2.

Suppl. 975 fol. 290.

3384. **25. Okt. 1493.**

Paven befaler Biskop Hartvig Juel i Ribe at indlemme Nonneklostret ved Ribe i Johanniterklostret i samme By.

Ripensis. Cristiernus Dacie rex ac prepositus et fratres domus s. Clementis. Ripensis hospitalis s. Joannis Hierosolimitani. Unio monasterii monialium eidem domui.

Uddrag i Indice 339 efter Reg. Lat. Alex. VI anno 2 lib. 21 (tabt) fol. 311.

Domui et fratribus s. Clementis Ripensis hospitalis s. Johannis Hierosolimitani monasterium monialium s. Nicolai extra muros Ripenses ordinis s. Benedicti [fructus 24 duc. auri] sub data 8. kal. nov. anno 2 Alexandri VI perpetuo unita fuit.

Arm. 33 vol. 2 fol. 451 v.

3385. **2. Nov. 1493.**

Præsten Philippus vor dem Broke fra Køln Stift faar Kantoriet og Kanonikat og Præbende i Slesvig.

Cantoria ac canonicatu et prebenda ecclesie Slesvicensis per obitum Theoderici Stoneman vacantibus, Philippus vor deme Vroke presbiter Coloniensis diocesis eosdem gratie expectative

sibi per Innocentium papam VIII concesse vigore acceptavit et [sibi] provideri obtinuit. Verum dubitat acceptationem et provisionem predictas et inde secuta viribus non subsistere, sed eosdem canonicatum et prebendam ac cantoriam adhuc vacare. Supplicat igitur, quatenus sibi gratificantes de canonicatu et prebenda ac cantoria predictis [fructus canonicatus et prebende 4 mr., cantorie vero 6 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Viterbii 4. non. nov. anno 2.

Suppl. 976 fol. 81 v.

3386. **8. Nov. 1493.**

Optegnelse om, at Johanniterklostret i Ribe fritages for at betale Annater af Indlemmelsen af Benediktiner-Nonneklostret udenfor Byen.

[1493] Dicta die [8. mensis nov.] una bulla pro preceptore et fratribus domus s. Clementis Ripensis hospitalis s. Johannis Jerusolomitani super perpetua unione monasterii monialium s. Nicolai extra muros Ripenses ordinis s. Benedicti [fructus 24 fl. auri de camera], et unitur eidem domui perpetuo sub data Rome 8. kal. nov. anno 2.

Bulle restitute etc.
Annate 1493—94 fol. 202 v (Archivio di Stato).

3387. **9. Nov. 1493.**

Jens Pedersen Hostorp faar Provision paa to evige Vikariater udenfor Lübeck.

Vacantibus alias perpetua vicaria in capella s. Georgii extra muros Lubicenses ac perpetua commenda sive etiam vicaria in capella s. Gertrudis similiter extra muros Lubicenses per obitum Theodorici Stoneman, Johannes Petrus de Hostropp easdem . . . . vigore gratie expectative sibi alias per Innocentium papam VIII concesse acceptavit et de eisdem sibi etiam provideri obtinuit. Verum quia . . . dubitat . . . acceptationem et provisionem . . . viribus non subsistere, et quia a nonnullis asseritur, quod alii . . . similiter illas . . . acceptaverint, . . ., pro parte ipsius oratoris recurritur ad pedes s. v. supplicando, quatenus dignetur s. v. eidem oratori providere, quod, si alii expectantes eidem oratori adeo similes vel pares existant, cum huiusmodi suis gratiis gratificantes eidem oratori, quod ipse aliis in huiusmodi perpetue vicarie in capella s. Georgii [fructus 4 mr.] assecutione preferatur, concedere et nichilominus de dictis perpetuis vicaria et com-

menda, si adhuc . . . vacent, eidem oratori, ut premittitur, et quatenus locus sit, gratificantes, etiam de novo in forma simplicis aut nove provisionis, gratie [etc.] providere dignemini, et Antonio de Monte huiusmodi causarum auditori,[1]) si per eventum litis sibi constiterit gratias adeo pares et similes esse, et nulli dictorum expectantium ante alium jus competere in dictis perpetua vicaria et commenda, mandare eidem oratori gratificantes illasque [ↄ: illas] sibi conferre. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus . . . . Datum Civite vetule Viterbiensis diocesis 5. id. nov. anno 2.

Suppl. 976 fol. 203.

3388. **28. Nov. 1493.**

Klerken Johannes Parper fra Lübeck faar en Kommende sammesteds, som Klerken Albert Asschen fra Odense Stift resignerer.

Cum Albertus de Asschen clericus Ottoniensis diocesis, [cui] de commenda ad horas b. Marie virginis in ecclesia Lubicensi, quam quondam Henricus Greue, alias Comitis, olim ibidem obtinebat, certo modo vacante, per sedem apostolicam provisum seu provideri concessum extitit, litteris super supplicatione et concessionis gratia minime confectis, eidem concessionis gratie ac omni juri sibi in dicta commenda quomodolibet competenti simpliciter et libere in manibus s. v. aut illius vicecancellarii resignat de presenti, supplicat igitur Johannes Patper(!) clericus Lubicensis, quatenus de predicta commenda [fructus 3 mr.] eidem Johanni oratori providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Urbeveteri 4. kal. dec. anno 2.

Suppl. 976 fol. 239.

3389. **3. Jan. 1494.**

Præsten Johannes Ek fra Gestrikland faar Sognekirken i Bodum i Børglum Stift.

Supplicat Johannes Eeck de Gestricia presbiter Ipsalensis (!) diocesis, in Romana curia studii gratia presens, quatenus sibi de parrochiali ecclesia Bodem cum annexa ecclesia Burglanensis diocesis, curata et electiva, per obitum magistri Benechini vacante [fructus 8 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 3. non. jan. anno 2.

Suppl. 978 fol. 82 v.

---

[1]) Cod. auditori, ut

3390. **8. Jan. 1494.**

Klerken Lage Urne fra Odense Stift faar Sognekirken i Bodum i Børglum Stift.

Supplicat Lago Vrne clericus Ottoniensis diocesis, qui de nobili genere ex utroque parente procreatus et in artibus magister et in Romana curia studii gratia presens constitutus existit, quatenus sibi de parrochiali ecclesia Dedem et eius annexa, si quam habet, Burglanensis diocesis, curata et electiva, per obitum magistri Benechini vacante [fructus 8 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. Johannes cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 6. id. jan. anno 2.

Suppl. 977 fol. 246.

3391. **8. Jan. 1494.**

Præsten Peder Ovesen fra Aarhus Stift faar Kanonikat og Præbende i Aarhus, Provstiet i Randers og Sognekirkerne i Gimming og Tjæreby i Aarhus Stift.

Exponitur s. v. pro parte Petri Auonis presbiteri Arusiensis diocesis, quod quidam Petrus Johannis presbiter eiusdem diocesis dei timore postposito excommunicationis sententia rite innodatus et pro tali publice nuntiatus in huiusmodi censuris pluribus annis insordescere et nulla super hoc absolutione obtenta missas et alia divina officia celebrare et in illis se immiscere non expavit, irregularitatem contrahendo in anime sue periculum, perniciosum exemplum et scandallum plurimorum, propter quod de heresi admodum suspectus existit ac canonicatu et prebenda ecclesie cathedralis Arusiensis, capella s. Spiritus nuncupata, [quos] una cum prepositura opidi Randrusiensis ac parrochialibus Synnagh et in Tierbi necnon cum parrochialibus Hald et Leem eiusdem diocesis, que omnia curata existunt, obtinet, se indignum reddidit et illis merito privandus existit. Supplicat igitur Petrus Auonis prefatus, quatenus aliquibus probis viris in partibus illis, ut de premissis diligenter se informent, et, si per informationem huiusmodi ita esse repererint, dictum Petrum canonicatu et prebenda necnon parrochialibus Symugh et Tierbi predictis sententialiter privent et amoveant realiter ab eisdem, et nichilominus, si privationem huiusmodi per eos fieri contingerit (!) de illis [fructus 6 mr.] eidem oratori providere, mandare dignemini. Concessum in forma juris in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 6. id. jan. anno 2.

Suppl. 977 fol. 246 v.

Arusiensis. Petrus Avonis. Canonicatus per privationem.

Uddrag i Indice 339 efter Reg. Lat. Alex. VI anno 2 lib. 19 (tabt) fol. 239.

3392. **10. Jan. 1494.**

Præsten Peder Olufsen fra Aarhus faar Provision paa Sognekirkerne i Kovsted og Raasted i Aarhus Stift og St. Peders Kirke i Randers.

Cum Rolsted et Ransted Arusiensis diocesis parrochiales ecclesie invicem unite ex eo, quod Trogillus Stigoti, pro presbitero dicte diocesis se gerens et illas sibi canonice collatas obtinens, parrochialem ecclesiam s. Petri opidi Randrusiensis dicte diocesis tunc vacantem et ordinaria auctoritate sibi collatam extitit pacifice assecutus, per assecutionem huiusmodi, et predicta s. Petri ecclesia ex eo, quod idem Trogillus nulla super hoc dispensatione suffultus illas et dictam ecclesiam s. Petri non solum per mensem et amplius post et contra constitutionem *Execrabilis,* sed etiam per certum aliud tempus detinuerit, prout detinet, indebite occupatas, vacent, supplicat Petrus Olaui presbiter dicte diocesis, quatenus sibi de unitis [fructus 4 mr.] et s. Petri ecclesiis predictis [fructus 2 mr.] providere ac cum eo, ut dictas ecclesias, si vigore litterarum desuper conficiendarum [eas obtinuerit], seu etiam cum altera unum vel absque illis quecunque duo alia curata seu alias invicem incompatibilia beneficia . . . ., si sibi alias canonice conferantur, recipere et insimul, quoad vixerit, cum clausula permutandi retinere libere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 4. id. jan. anno 2.

Suppl. 978 fol. 13.

3393. **14. Jan. 1494.**

Margrete (Andersdatter Bjørn) til Støvringgaard, Enke efter Axel (Jepsen Thott), faar Patronatsret til Sognekirken i Støvring, som hun har doteret, saa en Præst kan leve af Kaldet.

Cum parrochialis ecclesia Stefringh Arusiensis diocesis nunc aliquem rectorem non habeat, qui animarum curam eidem ecclesie imminentem, ut decet, exerceat, et in ea divina officia rarissime et indebite celebrentur, nec pueri infra metas dicte ecclesie nascentes in ea tempore debito baptizari possint, sed opus sit illos ad alias ecclesias pro crismate deferre, et quandoque huiusmodi crisma per plures menses, postquam ipsi parvuli in lucem pervenerint, differatur non sine periculo, et quandoque

absque baptismo et crismate decedant, et fructus dicte ecclesie per quendam Joachim Licke laicum dicte diocesis tamquam prefectum episcopi occupentur nec aliquem presbiterum, qui ecclesiastica sacramenta parrochianis dicte ecclesie debite ministret, deputet, fructusque predicti valorem 2 mr. vel circa non excedant annuatim et propterea ad substentationem rectoris dicte ecclesie non sufficiant, et Margareta relicta Absalonis de Stefringh militaris dicte diocesis, de militari genere ex utroque parente procreata, cupiat dicte ecclesie fructus augmentare, ut illius rector pro tempore existens se substentare et onera ratione dicte ecclesie incumbentia perferre possit, supplicat dicta oratrix, quatenus sibi, quod, postquam fructus predictos ad substentationem rectoris dicte ecclesie pro tempore existentis competenter auxerit, eidem ecclesie per presbiterum ad eiusdem Margarite vive[1]) dumtaxat nutum amovibilem in divinis deserviri et animarum curam parrochianorum eiusdem exerceri facere possit, cuiusvis licentia super hoc minime requisita, indulgere, post obitum vero eiusdem oratricis jus patronatus et presentandi ordinario loci personam idoneam ad dictam ecclesiam, quoties vacabit, etiam si actu nunc quovis modo vacet et adhuc eo modo vacaverit, ut eius collatio ad sedem apostolicam devoluta sit, dicte oratricis heredibus et successoribus aut aliis etiam laicis, quibus ipsa oratrix voluerit seu nominaverit, perpetuo reservari, concedere dignemini. Concessum de reservatione juris patronatus, postquam ad tantundem dotaverit, in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 19. kal. febr. anno 2.

Suppl. 978 fol. 53.

3394. **15. Jan. 1494.**

Præsten Berthold Jensen fra Børglum Stift faar Sognekirkerne i Vissing, Laurbjerg og Lerbjerg i Aarhus Stift.

Cum parrochialis ecclesia Vysyngh Arusiensis diocesis, cui parrochiales ecclesie Laarbrungh et Jedebringh dicte diocesis perpetuo canonice sunt annexe, vacet ad presens, licet quidam Olanus Petri, qui se gerit pro clerico, ecclesiam Vysyngh et annexas huiusmodi absque aliquo titulo sibi desuper suffragante, sed temere et de facto per certum tempus detinuerit, prout detinet, indebite occupatam, supplicat Berthold Johannis presbiter Burglanensis diocesis, quatenus . . . . sibi de dicta ecclesia Vysyngh

[1]) Gz. — Cod. vitam

[cuius et annexarum predictarum fructus 4 mr. sterlingorum] providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 18. kal. febr. anno 2.

Suppl. 978 fol. 227 v.

3395. **24. Jan. 1494.**

Præsten Iver Munk fra Ribe Stift faar Dispensation til at have to ellers uforenelige Embeder.

Supplicat Iuarus Munk presbiter Ripensis diocesis, in decretis bacalarius, quatenus secum, ut quecunque duo curata vel alias invicem incompatibilia beneficia . . . ., si sibi alias canonice conferantur . . . . recipere et cum clausula permutandi toties quoties etc., quoad vixerit, insimul retinere libere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 9. kal. febr. anno 2.

Suppl. 978 fol. 184.

Ripensis. Ineirus Munk. Dispensatio ad incompatibilia.

Uddrag i Indice 339 efter Reg. Lat. Alex. VI anno 2 lib. 21 (tabt) fol. 286.

3396. **27. Jan. 1494.**

Klerken Mikkel Mogensen fra Aarhus Stift faar Sognekirkerne i Tamdrup, Hatting og Korning i samme Stift.

Supplicat Michael Magni clericus Arusiensis diocesis, in vigesimo primo vel circa sue etatis anno constitutus, quatenus sibi de parrochiali ecclesia Tamdrop cum eius annexis Hattingh et Horningh Arusiensis diocesis [fructus insimul 4 mr.], vacantibus ex eo, quod Seuerinus prepositus Horsnensis dicte diocesis illam necnon dictam prepposituram Horsnensem ac Tyrsteth, Torstet et Gyllynghe cum eorum annexis dicte Arusiensis diocesis [parrochiales ecclesias] insimul contra constitutionem *Execrabilis* ac absque dispensatione canonica per plura tempora detinuit, prout detinet, indebite occupatas, providere secumque, ut dictam, si illam vigore presentium assequatur, exnunc cum clausula permutandi etc. recipere, et, quoad vixerit, retinere libere possit, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 6. kal. febr. anno 2.

Suppl. 979 fol. 89.

3397. **27. Jan. 1494.**

Præsten Berthold Jensen fra Børglum faar Provstiet i Mors og Han Herred og Annekskirken i Nors.

Cum quidam iniquitatis filius Henricus Olaui, pro preposito in Moors et Haneherth Burglanensis diocesis se gerens, sue salutis immemor ac dei timore postposito ad dictam preposituram aspirans cum quodam Johanne Bagge canonico Vibergensi dictam preposituram tunc obtinente pepigit et convenit, quod, si ipse Johannes preposituram ipsam in favorem ipsius Henrici resignaret, et illam ipse Henricus assequeretur, pro resignatione et dimissione huiusmodi certum aliud beneficium ac quandam pecunie quantitatem eidem Johanni traderet, prout huiusmodi pacto mediante fuit de dicta prepositura ex resignatione prefati Johannis vacante dicto Henrico provisum, possessione subsecuta, ipseque Henricus dictam pecunie quantitatem ipsi Johanni persolvit, simonie labem committendo, necnon etiam ipse Henricus detestabile crimen usure publice pluries committere et illud continuare non erubuit nec erubescit, excommunicationis aliasque sententias, censuras et penas in simoniacos et usurarios latas damnabiliter incurrendo in anime sue periculum perniciosumque exemplum ac scandalum plurimorum, propter que dicta prepositura et aliis beneficiis, que obtinet, reddidit se indignum et illis merito venit privandus, supplicat igitur Bertholdus Johannis presbiter dicte diocesis, quatenus aliquibus probis viris in partibus illis, ut de premissis diligenter se informent et, si per informationem huiusmodi ita esse repererint, dictum Henricum dicta prepositura ac parrochiali ecclesia Noors cum annexis dicte diocesis [omnium insimul fructus 6 mr.] sententialiter privent et amoveant realiter ab eisdem, et nichilominus, si privationem et amotionem huiusmodi per eos fieri contigerit, de dicta prepositura ac parrochiali ecclesia de Noors cum annexis . . . . eidem oratori provideri mandare secumque, ut si prioratum (!) et parrochialem predicta cum annexis vigore presentium assequatur, illa insimul recipere et, quoad vixerit, insimul cum clausula permutandi etc. retinere valeat, dispensare dignemini. Concessum in forma juris in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 6. kal. febr. anno 2.

Suppl. 979 fol. 110 v.

3398. **27. Jan. 1494.**

Klerken Mikkel Mogensen fra Aarhus Stift faar Kanonikat og Præbende i Ribe.

Cum quidam iniquitatis filius Lago Ingram, pro canonico ecclesie Ripensis se gerens, sue salutis immemor ac dei timore

postposito ad eosdem canonicatum et prebendam ambitiose aspirans cum quodam Johanne Petri asserto clerico Slesvicensis diocesis dicte ecclesie Ripensis canonico pepigit et convenit, quod, si ipse Johannes dictos canonicatum et prebendam ecclesie Ripensis in favorem ipsius Lagi resignaret, et illos ipse Lago assequeretur, pro resignatione et dimissione huiusmodi quandam pecunie quantitatem eidem Johanni traderet et solveret, prout huiusmodi pacto mediante fuit de dictis canonicatu et prebenda ex resignatione prefati Johannis vacantibus dicto Lago provisum, possessione subsecuta, ipseque Lagus dictam pecunie quantitatem ipsi Johanni persolvit, simonie labem committendo ac excommunicationis aliasque sententias, censuras et penas in simoniacos latas damnabiliter incurrendo, in anime sue periculum perniciosumque exemplum ac scandalum plurimorum, propter que dictis canonicatu et prebenda, que [ɔ: quos] obtinet, reddidit se indignum et illis merito venit privandus, supplicat igitur Michael Magni clericus Arusiensis diocesis, quatenus aliquibus probis viris in partibus illis, ut de premissis diligenter se informent et, si per informationem huiusmodi ita esse repererint, dictum Lagum dictis canonicatu et prebenda sententialiter privent et amoveant realiter ab eisdem, et nichilominus, si privationem et amotionem huiusmodi per eos fieri contigerit, de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] eidem oratori provideri mandare dignemini. Concessum in forma juris in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 6. kal. febr. anno 2.

Suppl. 979 fol. 111.

3399. **4. Febr. 1494.**

Holger Eriksen (Rosenkrantz) og Anne Meinstrup faar deres Ægteskab erklæret for gyldigt, skønt hun tidligere havde været forlovet med hans nu afdøde Broder.

Exponitur pro parte Holgeri Errici de nobili genere procreati et Anne Moynsirop conjugum Arusiensis diocesis, quod olim ipsi, non ignorantes impedimentum publice honestatis justitie ex eo proveniens, quod dicta Anna cum quodam fratre carnali jam defuncto dicti Holgeri matrimonium per verba legitime de presenti seu sponsalia contraxit, inter eos existere, matrimonium inter se per verba legitime de presenti contraxerunt, illudque ipsi oratores forsan carnali copula consummaverunt. Cum autem conjuges predicti in huiusmodi matrimonio remanere desiderent, supplicant igitur, quatenus cum eisdem, ut

impedimento predicto non obstante in eodem matrimonio sic contracto remanere libere valeant, dispensare dignemini, prolem forsan susceptam vel forsan suscipiendam legitimam decernendo. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome pridie non. febr. anno 2.

Suppl. 979 fol. 157 v.

Aurisiensis. Holgerus Erici et Anna Meynstrop. Dispensatio matrimonialis.

Uddrag af Garampi efter Reg. Lat. Alex. VI anno 2 lib. 20 (tabt) fol. 82.

3400. **5. Febr. 1494.**

Præsten Willelmus Dellebrugge fra Lübeck Stift faar et Beneficium i Lübeck, ledigt ved Didrik Stovemans Død.

Supplicat Willelmus Dellebrugge presbiter Lubicensis, quatenus sibi de beneficio sine cura, commenda nuncupato, ad certum altare et in certa ecclesia in civitate Lubicensi sito, que in litteris exprimi possint, quod Theodericus Sconeman inibi obtinebat, per obitum eiusdem vacante [fructus 2 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome non. febr. anno 2.

Suppl. 979 fol. 165.

3401. **5. Febr. 1494.**

Klerken Poul Andersen fra Roskilde faar Kanonikat og Præbende i København.

Vacantibus canonicatu et prebenda ecclesie collegiate Haffnensis Roskildensis diocesis per obitum magistri Arnelli, supplicat Paulus Andree clericus Roskildensis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda predictis [fructus 2 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome non. febr. anno 2.

Suppl. 979 fol. 178 v.

3402. **12. Febr. 1494.**

Lübeckerkanniken Franciscus Grambeck faar Kanonikat og Præbende i Hamburg, hvorom han havde ført Proces ved Kurien, bl. a. med Didrik Stoveman.

Nuper canonicatu et prebenda ecclesie b. Marie virginis Hamburgensis Bremensis diocesis vacantibus fuit de eisdem quondam Theoderico Steneman ordinaria auctoritate provisum, possessione subsecuta. Orta deinde coram certo palatii apostolici

causarum auditore inter dictum quondam Theodericum ex una et quondam Fredericum Elebecke ac quendam Hartvicum Bulow respective adversarios de dictis canonicatu et prebenda rebusque aliis in actis cause huiusmodi latius deductis materia questionis, prefatus auditor taliter qualiter procedens unam pro Frederico et contra Theodericum et prefatum Hartwicum tulit et promulgavit sententiam diffinitivam; a qua pro parte Theoderici appellato, Hartvico sententia huiusmodi acquiescente, fuit pro parte dicti Theoderici causa appellationis huiusmodi contra prefatum Fredericum uni alteri eiusdem palatii apostolici causarum auditori commissa, qui deinde auditor in huiusmodi causa rite procedens prefatam pretensam diffinitivam sententiam pro Frederico contra Theodericum latam exnoviter productam revocavit ac collationem ordinariam eidem Theoderico de dictis canonicatu et prebenda factam canonisavit, ipsos canonicatum et prebendam eidem Theoderico adjudicando; a qua quidem diffinitiva sententia cum pro parte dicti Frederici appellatum fuisse pretenderetur, causaque pretense appellationis huiusmodi Guillermo de Perreriis dicti palatii causarum auditori commissa fuisset, pro parte dicti Frederici fuit causa huiusmodi una cum toto negotio principali ab eodem Guillermo auditore advocata et, ut pretenditur, de consensu quorundam assertorum procuratorum cuidam asserto commissario in Romana curia residente [c]om[m]issa; qui commissarius taliter qualiter procedens prefatam ultimo loco sententiam pro Theoderico contra Fredericum latam revocavit et litteras executoriales decrevit, licet, ut speratur, omnino nulliter et de facto; quarum quidem executorialium pretextu prefatus Fredericus a malis initiis exorsus peioris facti sequela malo[1]) malis a[c]cumulatis earundem executorialium et juris[2]) sive stilo Romane curie minime servatis temere et de facto ipsum Theodericum de possessione dictorum canonicatus et prebende dejecit seque ad illos intrusit similiter temere et de facto. Cum autem postmodum prefati Theodericus et Fredericus successive diem vite ipsorum clauserunt extremum, dictique canonicatus et prebenda adhuc vacare censeantur, supplicat Franciscus Grambeck canonicus Lubicensis, litterarum apostolicarum solicitator, s. v. familiaris, quatenus ipsum Franciscum oratorem ad omne jus, quod prefato Theoderico in dictis canonicatu et prebenda quomodolibet tempore obitus sui et ante competebat, surrogare et

[1]) Gz. — Cod. mala [2]) Teksten her korrupt (noget udfaldet?).

ad prosecutionem juris et cause in eo statu, in quo prefatus Theodericus contra Fredericum, cum viveret, admissus fuisset, admittere et nichilominus eidem Francisco de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] in forma nove vel omissa predicta narratione simplicis provisionis, gratie [etc.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome pridie id. febr. anno 2.

Suppl. 980 fol. 269 v.

3403. **21. Febr. 1494.**

Klerken Silvester Hesten fra Slesvig Stift faar Kanonikat og Præbende i Haderslev.

Vacantibus alias per liberam resignationem Johannis Petri canonicatu et prebenda ecclesie b. Marie virginis in Hadersleven Slesvicensis diocesis, Siluester Hesten clericus Slesvicensis diocesis de eisdem sibi per sanctam sedem apostolicam provideri curavit et obtinuit, possessione subsecuta, fructus percipiendo. Dubitat nichilominus provisionem huiusmodi [cum] inde secutis viribus non subsistere eosque adhuc vacare; supplicat igitur, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] in forma nove provisionis providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 11. kal. martii anno 2.

Suppl. 980 fol. 81.

3404. **1. Marts 1494.**

Den udvalgte Biskop i Slesvig Eggert Durkop betaler Servispenge til det pavelige Kammer.

Die 1. mensis martii 1494 habuit similiter duc. 475 auri de camera ab Egerdo electo Slesvicensis ecclesie pro communi pape dicte ecclesie solutos societati de Medicis. Fl. 593 bol. 54.

Introitus et Exitus 525 fol. 44 v.
Jfr. Nr. 3169 (15. Okt. 1489).

3405. **5. Marts 1494.**

Gotfridus Schuffuth lover at betale Annater af Provstiet i Viborg.

[1494] Die 5. dicti [ɔ: mensis martii] Gottifridus Scuffuth prepositus ecclesie Vibergensis obligavit se camere apostolice pro annata dicte preposiłure [fructus 8 mr.], vacantis per obitum Beronis Erici, et providetur dicto Gottifrido sub data 9. kal. maji anno 8 pontificatus Innocentii pape VIII. Et promisit sol-

vere dictam annatam infra unum annum etc., quia per testes docuit de intruso sub penis etc. Juravit etc.

Annate 1494—95 fol. 4 v (Archivio di Stato).

3406. **8. Marts 1494.**

Jens Bossen faar ny Provision paa et evigt Vikariat i Nonneklostret paa Holmen udenfor Slesvig, hvorom han havde ført Proces ved Kurien med Jens Pedersen (Hostorp).

Lite et causa coram Petro de Vicentia episcopo Cesenatensi, camere apostolice generali auditore, inter Johannem Bosen vicarium in ecclesia monasterii monialium ordinis s. Benedicti in Holmis prope et extra muros civitatis Slesvicensis et quendam Johannem Petri de Hostorp assertum clericum adversarium de quadam pretensa violatione cuiusdam pretensi sequestri, in causa, que tunc inter partes predictas coram Johanne Antonio, nunc tituli ss. Nerei et Archilei presbitero cardinali, tunc vero episcopo Alexandrino, unius ex sacri palatii apostolici causarum auditoribus locum tenente, de dicta vicaria sita in ecclesia monialium dicti monasterii in Holmis pendebat, per eundem Johannem Antonium tunc episcopum locumtenentem positi, rebusque aliis in actis cause huiusmodi latius deductis . . . exorta, prefatus Petrus episcopus auditor seu eius locumtenens in huiusmodi causa rite procedens unam pro oratore et contra Johannem Petri adversarium absolutoriam ab impetitione ipsius Johannis Petri tulit et promulgavit sententiam diffinitivam; a qua postquam pro parte Johannis Petri adversarii appellatum fuisset, prefate appellationis causa Antonio de Monte dicti palatii apostolici causarum auditori commissa fuit, coram quo cum ad omnium terminorum substantialium observationem, citra tamen cause conclusionem, processum et quedam bulle sive littere apostolice gratie *si neutri* pro Johanne Petri contra oratorem producte fuissent, fuit pro parte prefati oratoris dilatio ad partes decerni in similibus causis solita concessa. Cum autem prefatus Johannes Bosse pretensam diffinitivam sententiam per tunc Johannem Antonium episcopum et locumtenentem, cuius pretextu pretensum sequestrum positum fuit, latam per duas conformes diffinitivas sententias revocari et pretensum sequestrum huiusmodi relaxari ac litteras executoriales super ultima ex dictis duabus revocatoriis sententiis diffinitivis sententia, que in rem transivit judicatam, decerni obtinuerit, quarum quidem litterarum executorialium pretextu posset sequestrata recuperare,

[et][1]) in dicti beneficii ab illo tempore citra usque ad presens juriumque et pertinentiarum eiusdem possessione seu quasi pacifice et quiete ad multos annos, citra tamen decennium, fuerit et sic [ɔ: sit], si verum esset, quod ab adversario pretenditur, dictum Johannem Bosse pretensum sequestrum violasse, ipse orator sententias in Clementina *Ad compescendos* [contentas][1]) incurrisse et per decursum tot annorum temere [in] dictis censuris insorduisse et a jure, si quod tunc ei tempore violationis competere in dicta vicaria contigerat[2]), cecidisse videri possit, unde ipsa vicaria adhuc vacare censeretur et, ut ab aliquibus asseritur, neutri dictorum collitigantium jus in eadem competere, supplicat prefatus Johannes Bosse, quatenus, quovis modo de pretensa violatione constare posset, ut constare posse non creditur, prefato Antonio auditori, ut, constito sibi per eventum litis neutri litigantium in dicta vicaria jus competere, vicariam predictam eidem Johanni adjudicet, conferat ac provideat etiam de eadem, mandare et nichilominus de dicta vicaria [fructus 4 mr.], sive premisso sive alio quovis modo seu per liberam quondam Gerardi Santbeken resignationem vacet, eidem oratori in forma nove vel simplicis provisionis gratie [etc.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 8. id. martii anno 2.

Suppl. 981 fol. 143 v.

3407. **1. April 1494.**

Jens Pedersen Hostorp faar et evigt Vikariat i Bardewick.

Vacante alias perpetua vicaria in ecclesia collegiata Bardewicensi Verdensis diocesis cum annexa capella s. Viti per obitum Werneri Guende . . . ., supplicat Johannes Petrus de Hostorp clericus Slesvicensis diocesis, vestri sacri palatii causarum notarius, quatenus sibi de dicta vicaria cum annexa capella s. Viti [fructus 4 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Et quod . . . . fructuum dicte vicarie valor ad summam 2 mr. augeri vel minui possit. Datum Rome kal. aprilis anno 2.

Suppl. 982 fol. 52.

3408. **1. April 1494.**

Jens Pedersen Hostorp faar et evigt Vikariat i Hamburg.

Vacante alias perpetua vicaria in ecclesia b. Petri Hamburgensi Bremensis diocesis per obitum Johannis Stegeman . . . .,

[1]) add. Gz. [2]) Gz. — Cod. competierat

Johannes Petrus (!) de Hostorpp clericus Slesvicensis diocesis, vestri sacri palatii causarum notarius, eandem vicariam vigore gratie expectative sibi alias per Innocentium papam VIII gratiose facte acceptavit et de illa sibi etiam provideri obtinuit. Verum quia dubitat huiusmodi acceptationem et provisionem viribus non subsistere, et quia a nonnullis asseritur, quod alii expectantes similes gratias expectativas habentes similiter illam acceptaverint, igitur pro parte ipsius oratoris recurritur ad pedes s. v. supplicando, quatenus dignetur e. s. v. eidem oratori providere . . . de dicta vicaria . . . in forma simplicis aut nove provisionis, gratie [etc.] . . ., prout ipsi oratori placuerit. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome kal. aprilis anno 2.

Suppl. 982 fol. 52 v.

3409. **9. April 1494.**

Paven befaler Provsten i Aarhus at overdrage Klerken fra Aarhus Stift Mikkel Mogensen Sognekirken i Hald i samme Stift og afsætte den tidligere Præst.

Preposito ecclesie Arusiensis. Ad audientiam nostram, Michaele Magni clerico Arusiensis diocesis referente, pervenit, quod Petrus Johannis rector parrochialis ecclesie in Hald dicte diocesis, suorum salutis, status et honoris immemor deique timore postposito, excommunicationis sententia rite innodatus et ut talis publice denuntiatus missas et alia divina officia celebrare et illis se immiscere ac in excommunicationis sententia huiusmodi pluribus annis insordescere non expavit in anime sue periculum, perniciosum quoque exemplum et scandalum plurimorum. Nos igitur, attendentes, quod, veris existentibus relatis huiusmodi, idem Petrus dicta ecclesia, quam obtinet, merito se indignum reddidit . . . ., discretioni vestre [ɔ: tue] mandamus, quatenus, si dictus Michael eundem Petrum super eisdem relatis coram te accusare seque in forma juris inscribere voluerit, postquam eum accusaverit et se inscripserit, ut prefertur, vocatis dicto Petro et aliis, qui fuerint evocandi, super huiusmodi relatis inquiras auctoritate nostra diligentius veritatem et, si per inquisitionem eandem reppereris relata ipsa veritate subniti, prefatum Petrum ecclesia predicta eadem auctoritate sententialiter prives et amoveas realiter ab eadem, prout de jure fuerit faciendum, et nihilominus, si privationem et amotionem huiusmodi per te vigore predicto fieri contigerit ac per diligentem examinationem eundem Michaelem ad hoc idoneum esse reppereris, ec-

clesiam predictam [cuius et illi annexe fructus 4 mr.] cum annexa huiusmodi eidem Michaeli auctoritate nostra prefata conferas. Datum Rome 5. id. aprilis anno 2.

B. XXVI. 10. kal. maji anno 2. Gavionibus prothonotarius.
Reg. Lat. 965 fol. 72 v.

3410. **21. April 1494.**

Præsten Peder Ovesen fra Aarhus Stift lover at betale Annater af Sognekirken i Gimming i samme Stift.

[1494] Dicta die [ɔ: 21. mensis aprilis] Johannes Petri de Jastritia canonicus Vpsalensis ut principalis ac privata persona et vice et nomine Petri Auonis presbiteri Arusiensis diocesis obligavit se camere pro annata parrochialis ecclesie Tyminensis Arusiensis diocesis, vacature per privationem in forma [fructus 6 mr.], et de qua provideri mandatur dicto Petro sub data 6. id. jan. anno 2. Promisit solvere dictam annatam infra annum et mensem in forma sub penis camere, juravit, et, quia produxerit mandatum, ipse sit solutus (?).

Diversa Alex. VI 1494—95 fol. 38 (Archivio di Stato).

3411. **22. April 1494.**

Fredericus Gletz faar Sognekirken i Merckdorff i Eickstädt Stift mod at betale en Pension til Jens Pedersen Hostorp.

Cum Johannes Petrus (!) de Hostorpp, clericus Slesvicensis diocesis et palatii apostolici causarum notarius, parrochialem ecclesiam in opido Merckdorff Eystetensis diocesis, de qua alias sibi, per obitum Mauritii Schreckendorff vacante, concessum fuit provideri, litteris apostolicis super ea confectis et expeditis sub data Rome 1493 pridie kal. oct. anno 2 [assecutus fuisset], deinde s. v. causam super dicta parrochiali ecclesia Dominico de Jacobatiis, vestri sacri palatii apostolici causarum auditori, contra quendam Fredericum Gletz[1]) ad instantiam Johannis Petri . . . audiendam . . . concessit, coram quo ad nonnullos actus judiciales, citra tamen cause conclusionem, processum extitit. Sed quia idem Johannes Petrus (!) orator . . . in manibus s. v. liti et cause ac omni juri sibi in dicta parrochiali ecclesia competenti . . . renuntiat, . . . supplicant prefati oratores tam Fredericus quam Johannes Petrus (!), quatenus . . . dicto Frederico de dicta parrochiali ecclesia [fructus 4 mr.] in forma nove provisionis vel subrogationis providere necnon eidem Johanni Petro . . . pensionem annuam

[1]) Gz. — Cod. Gletz super dicta parrochiali ecclesia ad

12 fl. Renensium, super fructibus dicte parrochialis ecclesie in Merckendorff omni anno infra octavas b. Michaelis arc[h]angeli in civitate Narebergensi Bambergensis diocesis per Fredericum oratorem prefatum et de eius expresso consensu eiusque in eadem successores annis singulis . . . . persolvendam, quoad vixerit, sub excommunicationis sententia reservare dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 10. kal. maji anno 2.

Suppl. 983 fol. 1.

3412. **26. April 1494.**

Jens Ovesen, Præst og Forstander for Vor Frues Kapel i Karup, faar tilstaaet Aflad for dem, der paa bestemte Dage besøger Kapellet.

Ut perpetua capella, sub titulo b. Marie virginis fundata, opidi Karop vulgariter nuncupati, Arusiensis diocesis, in qua salvator noster Jesus Christus immensa miracula operatur, et quam plurimi Christi fideles diversis doloribus afflicti ipsius salvatoris gratia reficiuntur et eisdem malis liberantur, ac in qua Johannes Auonis, presbiter et dicte capelle provisor appellatus, ex elemosinis et pia huiusmodi fidelium largitione, quod singulis diebus sive chotidie hore canonice diurne et nocturne ipsius b. Marie virginis juxta ritum et morem Romane curie cum antiphona *Stella maris* ab[1]) aliquibus presbiteris et clericis solempniter et devote decanta[re]ntur, et quatuor misse ad minus, quinque, sex celebra[re]ntur, statuit atque fundavit, congruis honoribus frequentetur et ab ipsis Christi fidelibus in debita veneratione habeatur, fidelesque ipsi eo libentius devotionis causa ad capellam ipsam, que in loco campestri et desolato atque ab urbibus, villis et castellis dicte patrie remoto existit, libentius confluant necnon ad illius capelle noviter erecte conservationem et manutentionem manus promptius porrigant adjutrices . . . ., supplicat igitur dictus Johannes orator, quatenus omnibus Christi fidelibus predictis vere penitentibus et confessis, qui capellam predictam in septem precipuis, videlicet an[n]untiationis, visitationis, nativitatis, presentationis, conceptionis et purificationis ipsius b. Marie virginis festivitatum et dicte capelle dedicationis diebus a primis vesperis usque ad secundas uniuscunque festivitatis diei inclusive annuatim devote visitaverint et ad conservationem predicte jam constructe et noviter

[1]) Gz. — Cod. cum

erecte capelle huiusmodi manus porrexerint adjutrices, septem annorum et totidem quadragenarum veram indulgentiam consequantur, perpetuo elargiri dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Et de huiusmodi indulgentia quinque annorum in tribus festis dumtaxat et huiusmodi capelle [dedicationis die][1]) a primis vesperis usque ad secundas vesperas annuatim. Datum Rome 6. kal. maji anno 2.

Suppl. 983 fol. 9.

3413. **4. (26.) Maj 1494.**

Klerken Nicolaus Francke fra Havelberg Stift faar et evigt Vikariat i Schwerin, ledigt ved Didrik Stovemans Død.

Cum Nicolaus Gornow clericus Lubicensis, cui alias de perpetua sine cura vicaria sita in ecclesia Zwerinensi, tunc per obitum Theoderici Stonemans vacante, apostolica fuit auctoritate concessum provideri, litteris apostolicis super concessione gratie huiusmodi minime confectis, omni juri sibi in dicta vicaria quomodolibet competenti in manibus s. v. renuntiare proponat, supplicant igitur tam dictus Nicolaus Gornow quam Nicolaus Francke, clericus Hauelbergensis diocesis ac dicte ecclesie Zwerinensis canonicus prebendatus, quatenus dicto Nicolao Francke de dicta vicaria [fructus 4 mr.] providere . . . . . dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 4. non. maji[2]) anno 2.

Suppl. 983 fol. 165 v og (II) 984 fol. 303.

3414. **9. Maj 1494.**

Lübeckerkannikerne Didrik Tetens og Henrik Meyer faar Tilladelse til at ombytte deres Præbender.

Lite et causa in Romana curia coram Johanne Lops episcopo Perusino . . . inter Theodericum Tetenss et Henricum Meyer canonicos Lubicenses de canonicatu et prebenda maiori ecclesie Lubicensis, quos quondam Gottfridus Stanwet obtinebat, et dictus Henricus . . . orator nunc obtinet, . . . pendente, dicti oratores ad parcendum sumptibus . . . et litem huiusmodi amputandam . . . concordarunt, [ut] ipsi oratores predicti, Theodericus videlicet canonicatum et prebendam distinctam et Henricus canonicatum et prebendam maiorem dicte ecclesie, quos in eadem ecclesia respective obtinent, ex causa permutationis in manibus s. v. resignare proponant . . . . . Supplicant igitur oratores prefati,

[1]) add. Gz. [2]) II: 7. kal. junii

quatenus causam huiusmodi a prefato episcopo Perusino commissario . . . advocantes litemque illam . . . penitus extinguentes, resignationemque huiusmodi admittentes . . . ., dicto Theoderico de canonicatu et prebenda maiori ecclesie Lubicensis predicte ac Henrico de canonicatu et prebenda distincta predictis [canonicatus et prebende maioris fructus 4 mr., canonicatus et prebende distincte fructus etiam 4 mr.], etiam si specialiter vel ex quavis causa et presertim, quod canonicatus et prebenda maior predicti ex eo, quod Henricus predictus illos obtinens Innocentii pape VIII cubicularius ac familiaris continuus commensalis fuerat, generaliter reservati existant, eisdem oratoribus respective providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 7. id. maji anno 2.

Suppl. 983 fol. 245 v.

3415. **18. Maj 1494.**

Nonnerne af St. Franciscus's tredie Orden i Haderslev faar Bekræftelse paa det Hus, som Benedikt Ahlefeldts Enke Dorothea (Hesten) havde skænket dem.

Olim Dorothea relicta Benedicti de Aleuelde laici Slesvicensis diocesis pia ducta devotione quandam domum suam in parte orientali juxta cimiterium domus ordinis fratrum Predicatorum opidi Hadersleue dicte diocesis consistentem sororibus domus tertii ordinis s. Francisci, de penitentia nuncupati, dicti opidi in perpetuum donavit, ac episcopus Slesvicensis donationem predictam auctoritate sua ordinaria confirmavit, prout in quibusdam publicis [instrumentis] plenius continetur. Ut autem donatio et confirmatio predicte eo maiorem obtineant roboris firmitatem, quo per s. v. sint approbate, supplicant prefate oratrices, quatenus . . . donationem [et confirmationem] et, quatenus illas concernunt, omnia in dictis instrumentis sive litteris contenta confirmare . . . . [ill]asque perpetuo inviolabiliter observari mandare dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. . . . Et quod littere desuper in forma gratiosa expediantur. Et quod dentur executores, qui assistant, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio bracchii secularis. Datum Rome 15. kal. junii anno 2.

Suppl. 984 fol. 246.

Slesvicensis. Sorores domus oppidi Harderslene tertii ordinis s. Francisci, de penitentia nuncupati, Slesvicensis diocesis. Confirmatio donationis cuiusdam domus eisdem relicte.

Uddrag i Indice 339 efter Reg. Lat. Alex. VI anno 3 lib. 4 (tabt) fol. 85.

26. Maj 1494.

Supplik se Nr. 3413 (4. Maj 1494).

3416. 30. Maj 1494.

Paven giver Aarhusprovsten Herman Fleming Dispensation til med Provstiet at forene to ellers dermed uforenelige Embeder samt to andre dermed forenelige Embeder i samme Kirke.

Hermanno Fleming preposito ecclesie Arusiensis. Nobilitas generis, vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos, volentes te, qui de nobili genere ex utroque parente procreatus existis et preposituram ecclesie Arusiensis inter alia obtines, favore prosequi gratioso, tecum, ut una cum dicta prepositura quecunque duo alia vel sine illa quecunque tria curata seu alias invicem incompatibilia necnon quecunque duo dissimilium qualitatum sub uno et eodem tecto dumtaxat consistentia, alias tamen invicem et cum predictis tribus incompatibilibus compatientia beneficia . . . . ., si tibi alias canonice conferantur . . . . ., recipere et insimul, quoad vixeris, retinere illaque . . . . ., quotiens tibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia beneficia tria dumtaxat invicem incompatibilia et duo sub uno eodemque tecto dumtaxat consistentia, alias tamen invicem compatientia, dummodo inter ipsa tria incompatibilia plures quam due parrochiales ecclesie vel earum perpetue vicarie, [et inter] sub uno et eodem tecto beneficia huiusmodi duo canonicatus et due prebende aut totidem dignitates, personatus, administrationes vel officia insimul non existant, similiter recipere et, quoad vixeris, retinere libere valeas, de specialis dono gratie dispensamus . . . . Datum Rome 3. kal. junii anno 2.

F. CX. Ponzectus.

Reg. Lat. 963 fol. 157; ogsaa Supplik[1]) (Concessum in presentia pape. Johannes cardinalis Alexandrinus) i Suppl. 985 fol. 17.

3417. 14. Juni 1494.

Franciskanerobservanterne i Provinsen Dacia faar indsat Konservatorer til at beskytte dem mod Overgreb.

Supplicant vicarius provincialis et fratres provincie Dacie ordinis fratrum Minorum, de observantia nuncupati, secundum

---

[1]) Denne begynder: Supplicat Hermannus Flanguig presbiter, prepositus ecclesie Arusiensis, de nobili genere ex utroque parente procreatus, in Romana curia presens . . .

morem dicti ordinis, quatenus eis, quibus grave et dispendiosum existit pro singulis querelis ad sedem apostolicam habere recursum, aliquos conservatores contra eos molestantes, qui eos et eorum privilegia, concessiones et indulta eis per sedem apostolicam concessa et imposterum concedenda tam in genere quam in specie a quibusvis personis, universitatibus, communitatibus et collegiis eis injuriam vel molestiam inferentibus conservent perpetuis futuris temporibus et non permittant eos per quoscunque molestari, juxta formam *Militantis ecclesie* in quinterno cancellarie apostolice appositam, etiam cum potestate aggravandi et [re]aggravandi etc. et etiam citandi etc. per edictum publicum, constito de non tuto accessu ad personas citandorum, deputare dignemini, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis etiam de una et duabus dietis in concilio generali editis. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Et duret perpetuo, attento quod sunt ordinis mendicantium. Et cum derogatione constitutionis de una et duabus dietis latissime extendenda, dummodo non ultra tres dietas. Datum Rome 18. kal. julii anno 2.

Suppl. 985 fol. 295 v (255 v).

3418. **17. Juni 1494.**

Katarina (Breyde), Enke efter Lægmanden Hans Rantzau, faar indsat Dommere til at paadømme en Sag, hun vil rejse mod Ove Rantzau.

Cum Ouonis (!) Ransow laicus Lubicensis diocesis regni Dacie qui (!) quedam bona, pecuniarum summas et res alias ad Katherinam relictam Hans Ransoll viduam spectantia restituere indebite recuset cum gravi jactura eiusdem Katherine, dictaque oratrix super bonis, pecuniarum summis et rebus aliis in judicio jus suum cupi[a]t experiri et, cum vidua sit, non speret in dicto regno Dacie aut in locis vicinis consequi posse contra ipsum Ouonem justitie complementum, prout est parata jurare, recurrit ad pedes v. s. et sedis apostolice, que viduis et pupillis auxilia et favores denegare non consuevit, [supplicando], quod causas, quas dicta oratrix movet movereque intendit contra supradictum Ouonem omnesque alios sua interesse putantes de bonis, pecuniarum summis et rebus aliis huiusmodi in actis cause latius deducendis et illorum occasione, extra dictum regnum aliquibus probis viris in partibus illis etiam ultra sex dietas committere dignemini audiendas, cognoscendas fineque debito terminandas cum omnibus earum incidentiis, emergentiis, dependentiis et connexis

cum potestate citandi tam dictum Ouonem quam omnes alios sua interesse putantes ac inhibendi omnibus, quibus inhibendum erit, toties, quoties opus fuerit, non obstantibus Bonifacii pape VIII de una et duabus dietis edita in concilio generali, dummodo ultra sex dietas non trahant[ur], et aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon privilegiis . . ., etiam auctoritate apostolica confirmatis seu concessis regno predicto sive in dicto regno commorantibus, quod extra dictum regnum in prima instantia . . . . conveniri aut ad judicium trahi non possint, seu contra ipsos cause in prima instantia non committantur. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 15. kal. julii anno 2.

Suppl. 986 fol. 135 v.

3419. **6. Juli 1494.**

Klerken Nicolaus Francke fra Havelberg Stift faar to evige Vikariater i Ratzeburg Stift, ledige ved Didrik Stovemans Død.

Cum . . Nicolaus Weghener presbiter Hauelbergensis diocesis, cui alias de duabus perpetuis sine cura vicariis in Razeburgensi et parrochiali ecclesiis ville Schonembergh Razeburgensis diocesis, tunc per obitum Theoderici Sconeman vacantibus, apostolica fuit auctoritate concessum provideri, omni juri sibi in dictis vicariis competenti in manibus s. v. cedere proponat, supplicat igitur tam dictus Nicolaus Weghner quam etiam Nicolaus Francke clericus dicte Hauelbergensis diocesis, quatenus [de dictis vicariis] eidem Nicolao Francke providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome pridie non. julii anno 2.

Suppl. 987, ufol.

3420. **11. Juli 1494.**

Paven erklærer efter Ansøgning fra Biskop Eggert Durkop i Slesvig, at, skønt Innocens VIII havde udnævnt ham til Biskop, skulde der derved ikke være sket nogen Indskrænkning i den Ret, der tilkom Kong Hans som Hertug i Slesvig til at nominere Biskoppen, eller i Kapitlets Valgret.

Ad futuram rei memoriam. Romanum decet pontificem *(Danske Mag. 5. R. VI, 179—80).* Datum Rome 5. id. julii anno 2.

Gratis de mandato pape.

[Orig. med Bulle i Silkesnor; derefter Afskrift i Protokol af 1558, hvorefter] Afskrifter i Gemeinschaftl. Archiv Cap. XVII, Nr. 43, 320 ff., og i Gott. Ark. Cam. III Cap. XL, Nr. 10. — Reg. Vat. 870 fol. 215 v.

3421. **11. Juli 1494.**

Paven udsteder Pas og Anbefalingsskrivelse, gældende for eet Aar, for Eggert Durkop, som i Pavens og sine egne Anliggender med 20 Ledsagere vil begive sig til forskellige nordtyske Stifter.

Universis etc. Cum Egerdus episcopus Slesvicensis, locum unius ex causarum palatii nostri apostolici auditoribus tenens, ad nos per Johannem Dacie regem illustrem orator destinatus, ad Slesvicensem, Hildesemensem, Mindensem, Lubicensem et Verdensem ecclesias et nonnullas alias diversas mundi partes tam pro nostris et sedis apostolice quam suis peragendis negotiis se transferre habeat, nos, volentes eundem Egerdum episcopum oratorem cum sociis et familiaribus etc. usque ad numerum viginti, salmis, rebus *etc. ut in forma (jfr. Nr. 3312),* presentibus ad unum annum dumtaxat duraturis. Datum Rome [5. id. julii anno 2].

Gratis de mandato pape.
Reg. Vat. 870 fol. 216.

3422. **21. Juli 1494.**

Franciskanerprovinsen Dacias Provinsialminister Stephanus Laurentii faar indsat Dommere imod Brødrene Jens og Erland Mogensen, som ved falske Beskyldninger har faaet Ordenens Generalminister til at afsætte ham fra hans Stilling.

Stephanus Laurentii sacre theologie magister, ordinis Minorum et provincie Dacie minister, vir quidam morigeratus boneque et honeste vite, conditionis et fame ac timens deum, et qui numquam de aliqua infamia notatus fuit, officium ministeriatus huiusmodi in dicta provincia Dacie per quindecim annos et ultra et citra laudabiliter et honeste, eque et juste exercuit, prout exercet de presenti, fratresque, conventus et ecclesias dicti ordinis eiusdem provincie Dacie et eorum loca, bona et jura

. . . .

. . . .

. . . .[1])

aggravavit et alia fecit, que . . . . .[2]) [per]tinent, nichilominus predictis non obstantibus [quidam Johannes Magni frater A]rusiensis diocesis . . ., nescitur qua de causa, invidia et malignitate motus, [ipsum apud][3]) . . . . fratrem Franciscum Samson eiusdem et totius ordinis generalem ministrum de nonnullis pergravioribus

[1]) Adskillige Linjer mangler. [2]) Teksten ødelagt af Fugtighed.
[3]) add. Gz.

delictis simonie, quod conventum Hyffenensem principaliorem pretio recepto Bigodis vendidit, diffamavit litterasque propterea privatorias ex dicto officio ministeriatus[1]) ac privatorias, si et in quantum diffamationes huiusmodi vere essent, ab eodem generali ministro per sordidam[2]) et malam informationem extorsit et cuidam fratri Erlando Magni eiusdem ordinis eiusdem provincie Dacie asserto vicario et in eisdem pretensis litteris executori deputato dirigi et destinari contra ipsum oratorem fecit . . . ., dictasque litteras dictus frater Johannes Magnus, postquam ad manus suas pervenerunt, falsificavit, justificationesque omnes in eisdem litteris contentas delevit dictumque fratrem Erlandum vicarium dicte provincie, qui numquam fuit in eis, fecit, quodque deinde comperta veritate per dictum patrem ministrum generalem de innocentia oratoris super diffamationibus huiusmodi contra ipsum oratorem factis compertaque etiam falsitate suarum litterarum per dictum fratrem Johannem Magnum factarum [ɔ: -ta] eundem fratrem Johannem in scriptis sententialiter excommunicavit et excommunicatum publice denuntiavit et denuntiari mandavit executoresque in eis deputavit et fecit, prout in litteris excommunicationis latius continetur. Verum non alias a dicta sententia excommunicationis absoluto [ɔ: -tus] per falsam subgestionem et ob eius importunitatem et illicitos favores [apud] patrem ministrum generalem potius metu et reverentia cuiusdam magni prelati quam benemerito se confirmari in ministrum dicte provincie Dacie, remoto ipso oratore, ut dicitur, obtinuit ipsumque oratorem in officio ministeriatus huiusmodi et in eius pacifica possessione perturbavit et perturbare non cessat. Et ne dictus frater Johannes Magnus de premissis gloriari possit et similia transeant aliis in exemplum, postquam dictus generalis minister metu et reverentia protectoris predicti pro premissis contra ipsum Johannem Magnum fratrem ad ulteriora procedere non curet, dignetur s. v. causas, quas dictus orator eiusdem provincie Dacie minister movet et movere vult contra dictum fratrem Johannem Magnum omnesque alios eius complices, fautores et adherentes et sua interesse putantes et in executione citationis nominandos de diffamationibus, injuriis, falsitate litterarum predictarum ac perturbationibus et molestationibus huiusmodi, aliquibus prelatis in partibus Dacie seu regni Svecie in solidum cum illa clausula *quod si non omnes, duo aut unus,* per breve

[1]) Gz. — Cod. ministratus [2]) Gz. — Cod. sordem

hac supplicatione introclusa cum omnibus dependentiis, emergentiis, annexis et connexis [committere][1]) et cum potestate citandi, qui fuerint citandi, et inhibendi, quibus fuerit inhibendum, totiens, quotiens opus fuerit etc., sub censuris in partibus et extra Romanam curiam [consuetis][1]) .... Concessum de commissione cause in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 12. kal. aug. anno 2.

Suppl. 987, ufol.

3423. **22. Juli 1494.**

Biskop Eggert Durkop faar ny Provision paa Sognekirken i Peyna i Hildesheim Stift.

Alias parrochiali ecclesia in Peyna Hildesemensis diocesis . . . vacante . . ., Egerdus episcopus Slesvicensis . . . illam . . . vigore sue gratie expectative sibi per Innocentium papam VIII concesse et processuum desuper habitorum infra tempus debitum acceptavit et de illa sibi provideri obtinuit, possessione forsitan non subsecuta. Cum autem dubitet acceptationem et provisionem predictas . . . viribus non subsistere, supplicat, quatenus sibi . . . de dicta ecclesia [fructus 10 mr.], sive, ut premittitur, sive ex eo, quod aliqui, qui illam etiam acceptasse dicebantur ac de illa sibi provideri obtinuisse, acceptationes et provisiones suas in Romana curia residendo in locis debitis forte non publicarunt, aut quod aliqui, qui illam acceptaverant et de illa, ut prefertur, sibi provideri obtinuerant, extra eam obierunt, vacet, de novo seu simpliciter aut per viam surrogationis, si neutri [etc.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Et quod littere possint dari de perpetua commenda pro dicto episcopo. Datum Rome 11. kal. aug. anno 2.

Suppl. 987, ufol.

3424. **24. Juli 1494.**

Biskop Eggert Durkop faar Tilladelse til at forene Besiddelsen af Kirken i Peyna med sine øvrige Embeder.

Alias parrochiali in Peyna [*etc. som forrige Brev til* subsistere] et dictam ecclesiam . . . vacare, supplicat dictus Egerdus, quatenus .... predictam ecclesiam ..... eidem creature una cum Slesvicensi, cui preest, ac aliis cathedralibus, etiam metro-

[1]) add. Gz

politanis, aliisque ecclesiis ceterisque beneficiis secularibus et ordinum quorumcunque regularibus . . ., que obtinet et imposterum obtinebit, per eum, quoad vixerit, tenendam . . ., ita quod liceat sibi de fructibus etc. disponere in forma nove provisionis, perinde seu etiam valere vel gratie si alteri commendare seu illam conferre et de illa sibi providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Et in commendam ad vitam cum obtentis et obtinendis aut in titulum, prout opus fuerit. Datum Rome 9. kal. aug. anno 2.

Suppl. 987, ufol.

3425. **24. Juli 1494.**

Eggert Durkop faar ny Provision paa Kanonikat og Præbende i St. Andreas Kirken i Hildesheim, hvorom han havde ført Proces ved Kurien.

Cum nuper, lite et causa inter Egerdum episcopum Slesvicensem . . . et quondam Johannem Schutte assertum clericum adversarium super certis canonicatu et prebenda ecclesie s. Andree Hildesemensis coram certo auditore indecisa pendente, prefatus Johannes apud sedem apostolicam decesserit, supplicat igitur dictus Egerdus, quatenus, ... litem predictam quoad episcopum predictum superstitem collitigantem et Johannem mortuum . . . extinguentes, dictos canonicatum et prebendam [fructus 4 mr.] . . . . eidem Egerdo episcopo, quoad vixerit, per eum una cum Slesvicensi, cui preest, ac aliis . . . ecclesiis ceterisque beneficiis tenendos, . . . ita quod liceat sibi de fructibus . . . disponere . . ., in forma nove provisionis, gratie [etc.], prout eidem episcopo alias utilius fuerit, commendare dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Et quod liceat episcopo, fatendo forte non competere sibi jus, expediri facere litteras in forma gratie si alteri, et possessor possit exprimi, et in commenda ad vitam cum obtentis et obtinendis. Datum Rome 9. kal. aug. anno 2.

Suppl. 987, ufol.

3426. **25. Juli 1494.**

Auditøren Achilles de Grassis faar ny Provision paa Kirken i Peyne i Hildesheim Stift.

Lite et causa in vestro sacro palatio causarum apostolico et coram certo illius auditore seu locumtenente inter Achillem de Grassis, utriusque juris doctorem et dicti palatii causarum auditorem, et quosdam Johannem Schutten et Henricum Weyde-

mans assertos clericos respective adversarios de parrochiali ecclesia in Peyne Hildesemensis diocesis . . . in prima instantia pendente indecisa, dictus Henricus in Romana curia et Johannes Schutten extra eandem curiam dies eorum clauserunt extremos. Et ne dicto Achilli oratori novus adversarius detur et insurgat, supplicat, quatenus, statum litis et cause huiusmodi pro sufficienter expressis habentes, etiam si dicti Henricus et Johannes . . . ad Egerdi episcopi Slesvicensis [instantiam] ad certos actus citati fuissent, ad omne jus, quod dictis Johanni et Henrico ex adverso respective competiit . . ., surrogare sibique de dicta ecclesia [fructus 8 mr.] [providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus.] Datum Rome 8. kal. aug. anno 2.

Suppl. 987, ufol.

3427. **10. Okt. 1494.**

Paven befaler Ærkedegnen i Viborg at overdrage Klerken Burchardus Negemborii fra Hildesheim Stift Ærkedegneembedet i Aarhus.

Archidiacono ecclesie Vibergensis. Dignum etc. Cum itaque, sicut accepimus, archidiaconatus ecclesie Arusiensis ad presens extra Romanam curiam vacare noscatur, nos, volentes Burchardum Negemborii clericum Hildesemensis diocesis, favore prosequi gratioso, discretioni tue mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem eundem Burchardum ad hoc idoneum esse reppereris, archidiaconatum predictum, qui in dicta ecclesia dignitas maior post pontificalem existit [fructus 6 mr.], sive premisso sive alio quovis modo vacet, ipseque archidiaconatus dispositioni apostolice specialiter vel pro eo, quod dignitas maior existit, generaliter reservatus existat, et ad eum consueverit quis per electionem assumi, eique cura immineat animarum, super eo quoque inter aliquos lis . . . pendeat indecisa . . ., eidem Burchardo auctoritate nostra conferas. Nos enim, si dictus Burchardus ad hoc repertus fuerit idoneus, exnunc perinde irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam . . . contigerit attemptari, ac si die date presentium eidem Burchardo ad hoc reperto idoneo de archidiaconatu predicto cum interpositione decreti mandavissemus provideri. Datum Rome 6. id. oct. anno 3.

L. XXX. 10. kal. julii anno 5. Dulcius.
Reg. Lat. 971 fol. 150.

3428. **22. Okt. 1494.**

Paven befaler Biskoppen og Kantoren i Slesvig og Officialen i Lübeck at overdrage Klerken Luderus Brunswick fra Hildesheim Stift et evigt Vikariat i Lübeck.

Episcopo Slesvicensi et cantori ecclesie Slesvicensis ac officiali Lubicensi. Vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque, sicut accepimus, quedam perpetua vicaria in ecclesia Lubicensi, quam Johannes Petri obtinebat, per obitum eiusdem Johannis vacet ad presens, nos, Ludero Brunswick clerico Hildesemensi specialem gratiam facere volentes, discretioni vestre mandamus, quatenus . . . vicariam predictam, que sine cura est [fructus 4 mr.], ... eidem Ludero auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome 11. kal. nov. anno 3.

B. XX. 8. id. martii anno 4. Bagarothus protonotarius.
Reg. Lat. 971 fol. 93.

3429. **22. Nov. 1494.**

Laurens Vesteni faar ny Provision paa Ærkedegneembedet i Aarhus, hvorom han havde ført Proces bl. a. med den nu afdøde Jens Pedersen Hostorp.

Alias Innocentius papa VIII, accepto, quod archidiaconatus ecclesie Arusiensis, qui inibi dignitas maior post pontificalem existit, et cui cura imminet animarum, ex eo, quod quidam Johannes Jacobi illam [ɔ: -lum] obtinens et una cum eo canonicatum et parrochialem ecclesiam s. Oladi(!) eius prebendam sibi canonice collatos pacifice assecutus post et contra constitutionem Johannis pape XXII, que incipit *Execrabilis,* nulla dispensatione suffultus per annum et ultra insimul detinuerat et tunc detinebat, vacabat, de archidiaconatu predicto devoto s. v. oratori Laurentio Vesteni clerico etiam Arusiensi, de nobili genere ex utroque parente procreato, conferri seu de anno 1492 provideri concessit, certis desuper executoribus deputatis; ortaque postmodum inter quondam Johannem Petri et Petrum Nicolai et omnes alios suos [ɔ: -a] interesse putantes de dicto archidiaconatu materia questionis, et causa huiusmodi coram Matheo de Ubaldis, vestri palatii apostolici causarum auditore, introducta et contra Johannem Jacobi et omnes predictos continuata, Johannes Petri cum dicto Johanne, ut creditur, colludens pretensam sententiam dicti archidiaconatus adjudicatoriam cum fructuum et expensarum condemnatione contra Johannem Jacobi et oratorem prefatos et in eius favorem, absente tamen oratore predicto a Romana curia, reportavit, a qua sive per negligentiam sui procuratoris seu ex collusione appellatum non fuit, et propterea in rem judicatam

dicitur transivisse, pretensis litteris executorialibus subsecutis. Cum autem prefatus Johannes Petri post premissa, sicuti domino placuit, ab humanis decesserit, a nonnullisque asseritur neutri seu nulli Johannis Jacobi, oratoris et quondam Johannis Petri ad huiusmodi archidiaconatum jus competere illumque adhuc vacare, idcirco pro parte oratoris predicti supplicatur, quatenus . . . ., ne novus collitigator in huiusmodi causa sibi detur, oratorem prefatum in omni jure, quod prefato Johanni Petri in archidiaconatu quomodolibet competebat, surrogare necnon etiam auditori nunc deputato seu deputando, quod, si per eventum litis huiusmodi sibi constiterit neutri Johannis Jacobi et oratoris predicti in archidiaconatu jus competere illumque adhuc vacare, archidiaconatum predictum [fructus 6 mr.] per si neutri, si nulli [etc.], prout sibi utilius fuerit, conferat sibique provideat de eodem, mandare dignemini . . . . et litem et causam huiusmodi ad se advocare ac illam penitus extinguere. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 10. kal. dec. anno 3.

Suppl. 991 fol. 164.

3430. **24. Nov. 1494.**

Klerken Johannes Wulf fra Lübeck Stift faar ny Provision paa et evigt Vikariat i Domkirken i Slesvig.

Alias perpetua sine cura vicaria ad altare N. situm in ecclesia Slesvicensi per obitum Pauli de Santbech vacante, de illa Johannes Lupi clericus Lubicensis diocesis ordinaria sibi obtinuit auctoritate provideri, possessione tamen minime subsecuta; sed quia dubitet provisionem huiusmodi sibi factam et alia inde secuta viribus non subsistere, supplicat igitur, quatenus sibi de dicta vicaria [fructus 4 mr.] per viam nove vel simplicis provisionis providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Et quod nomen patroni altaris exprimi possit. Datum Rome 8. kal. dec. anno 3.

Suppl. 1003 fol. 281 = 301 v.

3431. **28. Nov. 1494.**

Paven befaler Biskopperne i Ventimiglia og Canea og Officialen i Slesvig at overdrage Klerken Caspar Marschalk fra Strassburg Stift Kanonikat og Præbende i Slesvig.

Ventimiliensi et Agiensi episcopis ac officiali Slesvicensi. Nobilitas generis, vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque, sicut accepimus, canonicatus et prebenda ecclesie Slesvicensis.

quos Johannes Petri obtinebat, per obitum eiusdem Johannis vacent ad presens, nos, Caspari Marschalk clerico Argentinensis diocesis, cui hodie de quadam perpetua vicaria in ecclesia Lubicensi [fructus 3 mr.], per obitum dicti Johannis vacante, concessimus provideri, quique de nobili genere ex utroque parente procreatus et Pauli tituli s. Sixti presbiteri cardinalis familiaris continuus commensalis existit, specialem gratiam facere volentes, discretioni vestre mandamus, quatenus canonicatum et prebendam predictos [fructus 4 mr.], sive . . . dispositioni apostolice specialiter vel ex eo, quod dictus Johannes alias canonicatum et prebendam predictos obtinens prefati Pauli cardinalis familiaris continuus commensalis fuit, generaliter reservati existant, prefato Caspari auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome 4. kal. dec. anno 3.

B. XX. 7. kal. junii anno 3. Bagarothus.
Reg. Lat. 966 fol. 118[1]).

3432. **3. Dec. 1494.**

Mikkel Pedersen (Hostorp) faar Sognekirken i Tyrstrup i Slesvig Stift og to evige Vikariater i Lübeck og Haderslev.

Vacantibus alias parrochiali ecclesia in Testeropp Slevicensis diocesis ac perpetua vicaria in ecclesia cathedrali Lubicensi per obitum Johannis Petri, sacri palatii apostolici causarum notarii, pacifici possessoris, ac perpetua vicaria in ecclesia Hadersleuensi in capella antiqua b. Marie virginis vacante per mortem Dethleui Vulsse, ac capella s. Georgii extra muros Hadersleuenses cum curia s. Georgii Slesvicensis diocesis sibi annexa vacante per mortem Gregorii Johannis, supplicat Michael Petri clericus Slesvicensis diocesis, germanus et frater dicti Johannis Petri occisi et perempti per episcopum Arusiensem, quatenus sibi de dictis ecclesia parrochiali [fructus 4 mr.] et vicariis perpetuis [fructus 4 mr.], sive ut premittitur sive ex eo, quod dictus Johannes Petri bone memorie olim cardinalis Januensis familiaris continuus commensalis fuit, sive alias reservati existunt, providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Et quod littere seorsum et divisim super parrochiali ecclesia separatim vel super perpetuis vicariis sepa-

[1]) Fol. 119 v et tilsvarende Brev med samme Takst og Dato, henvendt til de samme Biskopper og Officialen i Lübeck, om Overdragelsen af et Vikariat i Lübeck [fructus 3 mr.] til Caspar Marschalck efter Jens Pedersen (Hostorp)s Død.

ratim, secundum quod placuerit oratori, expediri possint, vel super omnibus simul in una bulla, si placuerit, et cum necessaria dispensatione ad incompatibilia et duo dissimilia sub eodem tecto, attento quod orator nunc in eadem ecclesia collegiata Hadersleuensi canonicatum et prebendam possidet . . . Datum Rome 3. non. dec. anno 3.

Suppl. 991 fol. 290 v.

3433. **9. Dec. 1494.**

Provincialvikaren for Franciskanerobservanterne i Provinsen Dacia faar indsat Værneherrer til at beskytte dem mod at stævnes udenfor Riget.

Reformatio vicarii provincialis provincie Dacie.

Oratores prefati interdum trahuntur coram conservatoribus et aliis judicibus delegatis a sede apostolica extra regnum Dacie, in quo constituti existunt, et coguntur pro defensione sua vagari aut causas omnes contingentes indefensas relinquere in non modicum eorum prejudicium et gravamen. Dignetur igitur s. v. ad obviandum premissis prefatis oratoribus dicti ordinis et observantie professoribus, qui nunc sunt et pro tempore erunt perpetuis futuris temporibus in domibus dicti ordinis in dicto regno Dacie consistentibus, concedere, quod extra regnum predictum etiam pretextu quarumcunque litterarum apostolicarum, conservatoriarum nuncupatarum, et aliarum quarumcunque concessarum hactenus et imposterum concedendarum cum quibuscunque clausulis etiam derogatoriarum derogatoriis fortioribus et efficacioribus coram aliquibus judicibus et conservatoribus extra regnum predictum nunc et pro tempore consistentibus nullo modo trahi possint, et, si traherentur, minime comparere teneantur, concedere (!) et omnes processus, quos habent, et sententias, etiam censuras et penas in se continentes, etiam litterarum predictarum pretextu quas promulgari contingerit (!) contra eos, postquam littere super hoc conficiende in metropolitana ecclesia dicti regni fuerint solemniter publicate, nullius roboris vel momenti esse decernere et litteras cum concessione et decreto predictis expediri ac conservatoribus prefatis, eis concessis, quod huiusmodi concessionem et decretum una cum aliis privilegiis alias juxta tenorem preinserte supplicationis faciant inviolabiliter observari, contradictores etc., mandare. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Et pro presentibus et futuris perpetuo. Datum Rome 5. id. dec. anno 3.

Suppl. 993 fol. 171.

3434. **15. Dec. 1494.**

Paven befaler Officialen i Lübeck at overdrage Klerken Johan Hertenbreker fra Slesvig Stift et evigt Vikariat i Slesvig.

Officiali Lubicensi. Dignum etc. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Johannis Hortenbreker[1]) clerici Slesvicensis diocesis petitio continebat, quod alias, quadam perpetua vicaria in ecclesia Slesvicensi, quam Paulus de Sanbecke[2]) obtinebat, per obitum ipsius Pauli vacante, tunc prepositus et capitulum[3]), cum ad illius prepositum pro tempore existentem et eosdem capitulum[3]) ipsius vicarie collatio et provisio de antiqua et approbata hactenusque pacifice observata consuetudine pertineat, vicariam predictam eidem Johanni ordinaria auctoritate contulerunt et providerunt etiam de eadem. Cum autem dictus Johannes dubitet collationem et provisionem predictas viribus non subsistere, et dicta vicaria adhuc vacare noscatur, nos discretioni tue mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem eundem Johannem ad hoc idoneum esse reppereris, vicariam predictam, que sine cura est [fructus 4 mr.], eidem Johanni auctoritate nostra conferas. Datum Rome 18. kal. jan. anno 3.

V. XX. 6. id. maji anno 6. de Phano.

Reg. Lat. 976 fol. 111; ogsaa (II) Supplik (Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus) i Suppl. 1003 fol. 192 = 212.

3435. **17. Dec. 1494.**

Mikkel Pedersen (Hostorp) faar Kanonikat og Præbende i Bardewick og et evigt Vikariat i Lüneburg.

Supplicat Michael Petri clericus Slesvicensis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda collegiate ecclesie ss. Petri et Pauli opidi Berdeuicensis ac perpetua vicaria in ecclesia s. Ciriaci extra muros opidi Lunibergensis Verdensis diocesis, quos et quam Johannes Baroni et Johannes Menstadensis respective obtinebant, per obitum eorundem vacantibus, quorum videlicet canonicatus et prebende ac vicarie perpetue supradicte separatim fructus 4 mr. non excedunt, providere dignemini . . . Et quod littere apostolice conjunctim vel divisim, ut oratori opportunum fuerit, expediri possint. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 16. kal. jan. anno 3.

Suppl. 992 fol. 74 v.

[1]) II: Hertenbreker [2]) II: Paulus Santbeke [3]) Cod. capellanum

3436. **17. Dec. 1494.**

Provsten Jens og Munkene i Vestervig Kloster faar tilstaaet Værnebrev.

Supplicant Johannes prepositus et conventus monasterii s. Tocodgari (!) Westermoensis (!) ordinis s. Augustini Burglanensis diocesis, quatenus eis conservatoriam in forma *Militantis ecclesie* in quinterno cancellarie apostolice descripta contra inferentes eis injurias sub [ɔ: super] rebus et bonis ad ipsos et dictum monasterium pertinentibus perpetuo duraturam concedere dignemini, non obstantibus Bonifacii pape VIII de una et concilii generalis de duabus dietis et aliis constitutionibus. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 16. kal. jan. anno 3.

Suppl. 993 fol. 55 v.

3437. **19. Dec. 1494.**

Klerken Henricus Bockholt fra Bremen Stift faar et evigt Vikariat i Hamburg, hvorom han havde ført Proces ved Kurien med Jens Pedersen (Hostorp).

Lite et causa in Romana curia coram Felino de Sandeis, sacri palatii apostolici causarum auditore, inter Henricum Bockholt clericum Bremensis diocesis possessorem et quondam Johannem Petri actorem pretensum de perpetua sine cura vicaria in ecclesia b. Marie Hamburgensi dicte Bremensis diocesis et illius occasione in prima instantia pendente, coram quo inter partes huiusmodi ad nonnullos actus judiciales, citra tamen ipsius cause conclusionem, extitit processum . . . ., idem Johannes, sicut altissimo placuit, lite ut prefertur indecisa pendente, diem vite sue clausit extremum; et, ne eidem Henrico novus subrogetur adversarius, supplicat, quatenus prefato auditori . . . . mandare dignemini, quatenus eundem Henricum in omni jure, quod prefato Johanni tempore sui obitus in dicta vicaria competebat, subroget et nichilominus dictam vicariam [fructus 6 mr.] eidem Henrico conferat. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 14. kal. jan. anno 3.

Suppl. 993 fol. 7.

3438. **22. Dec. 1494.**

Klerken Menso (?) Depholt fra Osnabrück Stift faar Kanonikat og Præbende i Haderslev.

Cum quidam canonicatus et prebenda collegiate ecclesie b. Marie virginis Haderszleuensis Slesvicensis diocesis ex eo, quod quidam Magnus Olaui illos sibi canonice collatos obtinens quandam perpetuam sine cura vicariam ad altare undecim mi-

lium virginum situm in eadem ecclesia, tunc per obitum Johannis Ebbessen vacantem et ordinaria sibi auctoritate collatam, sub uno et eodem tecto pacifice extitit assecutus, vacent ad presens, licet idem Magnus Olaui illos postmodum nullo sibi de novo quesito titulo per plures annos indebite detinuerit, prout detinet, indebite occupatos, supplicat Menso Depholth clericus Osnaburgensis diocesis, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] providere dignemini, non obstante regula seu constitutione s. v. in favorem annalis possessoris edita, quibus [ɔ: cui] quoad omnes partes derogare placeat. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 11. kal. jan. anno 3.

Suppl. 992 fol. 188 v.

3439. **10. Jan. 1495.**

Laurens Vesteni faar ny Provision paa Ærkedegneembedet i Aarhus, hvorom han havde ført Proces ved Kurien med Johan Jepsen (Ravensberg) og Jens Pedersen (Hostorp).

Alias Innocentius papa VIII, accepto, quod archidiaconatus ecclesie Arusiensis certo modo vacabat, de archidiaconatu predicto Laurentio Vesteni clerico dicte diocesis, de nobili genere ex utroque parente procreato, provideri concessit et mandavit, certis desuper executoribus deputatis; ortaque postmodum inter quendam Johannem Petri, Johannem Jacobi et oratorem prefatum de dicto archidiaconatu materia questionis, et causa huiusmodi coram Matheo de Ubaldis, vestri sacri palatii apostolici causarum auditore, introducta et inibi taliter qualiter processo prefatus Johannes Petri pretensam sententiam in eius favorem dicti archidiaconatus adjudicatoriam contra Johannem Jacobi et dictum oratorem reportavit, que, cum nulla fuisset appellatione suspensa, cum dictus orator a Romana curia abesset, in rem transivit judicatam, litteris executorialibus subsecutis. Et quia dictus Johannes Petrus (!) post predicta, sicuti domino placuit, ab humanis decessit, et cum orator prefatus bonum jus in huiusmodi archidiaconatu fovere credatur, ne novus in huiusmodi archidiaconatu detur collitigator, pro parte oratoris predicti supplicatur, quatenus oratorem prefatum ad omne jus, quod prefato Johanni Petri ad archidiaconatum predictum competebat, etiam ad litterarum executorialium predictarum executionem, ac si pro eodem oratore sententia predicta lata et executoriales predicte decrete fuissent, subrogare vel de novo eidem oratori de huius-

modi archidiaconatu, qui inibi dignitas maior post pontificalem, curata et electiva existit [fructus 6 mr.], sive per obitum dicti Johannis Petri aut Magni Henrici aut eo, quo prius vacabat, modo vacet, . . . providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 4. id. jan. anno 3.

Suppl. 993 fol. 128.

3440. **24. Jan. 1495.**

Generalvikaren for Franciskanerobservanterne i Provinsen Dacia faar bevilget en Ændring i Affattelsen af Værnebrevet for Provinsen (jfr. Nr. 3417 og 3433).

Reformatio vicarii provincie Dacie.

Quia in rescriptis circa[1]) predicti et aliorum ordinum professores excidit[2]), que per correctorem litterarum apostolicarum sine signatura alicuius supplicationis poni consuevit clausula illa *seu si dictis fratribus vel dicto ordini a sede apostolica sit concessum, quod persone ipsius ordinis ultra vel extra certa loca ad judicium evocari seu etiam quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem*, profecto, nisi super hoc oratoribus provideatur, indultum predictum eis parum suffragabitur. Ne igitur fratres predicti extra regnum prefatum cogantur inviti peregrinari pretextu commissionum et conservatoriarum seu aliarum litterarum, dignetur s. v. indultum predictum expediri [mandare][3]) cum clausula, quod per predictam et quascunque etiam efficaciores clausulas eidem indulto non censeatur derogatum, nisi, dum et quando littere super hoc conficiende [fuerint][3]), de nomine protectoris ordinis oratoris, qui pro tempore erit, individua mentio fiet. Concessum. Jo. cardinalis Alexandrinus. . . . Datum Rome 9. kal. febr. anno 3.

Suppl. 993 fol. 171.

3441. **24. Jan. 1495.**

Laurens Vesteni, som havde faaet Provstiet i Børglum mod at opgive sit Ærkedegneembede i Viborg (jfr. Nr. 3368), faar nu Dispensation til med Provstiet at forene Besiddelsen af Ærkedegneembederne og Kanonikater og Præbender baade i Viborg og Aarhus.

Nuper s. v. prepossituram ecclesie Burglanensis Premonstratensis ordinis tunc vacantem Laurentio Vesteni archidiacono ec-

[1]) Gz. — Cod. contra [2]) Gz. — Cod. etiam [3]) add. Gz.

clesie Vibergensi per eum usque ad sex menses a die pacifice assecutionis eiusdem computandos tenendam et deinde cum exhibitione habitus et admissione professionis regularis de illa in titulum sibi provideri per suas litteras mandavit, ac inter alia voluit, quod, quamprimum ipse orator in canonicum dicte ecclesie Burglanensis receptus et ordinem ipsum expresse professus vel annus sue probationis lapsus foret aut scienter habitum susciperet et per triduum gestaret professorum aut alias, etiam ante, si constaret ipsum vitam absolute mutare voluisse, archidiaconatum dicte ecclesie Vibergensis, quem etiam tunc obtinebat, et quem s. v. extunc vacare decrevit, dimittere omnino teneretur . . . . . Supplicat igitur dictus orator, qui dictum archidiaconatum, qui inibi dignitas non tamen post pontificalem maior, ac, qui inibi dignitas post pontificalem maior existit, archidiaconatum necnon canonicatum et prebendam ecclesie Arusiensis alias sibi canonice collatos ex dispensatione apostolica obtinet, quatenus . . . . cum ipso oratore, et [ɔ: ut], etiam postquam in canonicum dicte ecclesie Burglanensis receptus fuerit ac professionem huiusmodi admiserit regularem dictamque prepositaram pacifice assecutus fuerit, Vibergensis et Arusiensis ecclesiarum archidiaconatus necnon canonicatum et prebendam predictos [fructus insimul 12 mr.], etiam si singuli archidiaconatus electivi ac tam illi quam canonicatus et prebenda predicti curati existant, sicut prius etiam una cum prepositura, que inibi post pontificalem maior existit, etiam si curata et electiva sit, quoad vixerit, retinere libere valeat, dispensare illosque per professionem et assecutionem predictas minime vacare decernere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 9. kal. febr. anno 3.

Suppl. 993 fol. 189 v.

3442. **28. Jan. 1495.**

Provsten og Munkene i Vestervig Kloster faar bevilget, at de lokale Landprovster ikke maa indblande sig i Jurisdiktionen for de Kirker, der hører under Klostret.

Exponitur pro parte prepositi et conventus monasterii Vesteruicensis ordinis s. Augustini Burglanensis diocesis, quod nonnulli prepositi quarundam prepositurarum in dicta diocesi consistentium rurales, pretendentes se jurisdictionem visitandi parrochiales ecclesias in dicta diocesi consistentes necnon faciendi computum reddituum, decimarum, introituum et aliorum bono-

rum [ecclesiarum] huiusmodi [seu] exigendi semel in anno habere et facere posse, ad [non]nullas ecclesias dicto monasterio subjectas, in dicta diocesi consistentes, seu in quibus preposito dicti monasterii pro tempore existenti jus patronatus et presentandi personam idoneam ad illas seu earum aliquam, cum pro tempore vacant, pertinet, accedentes et computum seu calculum bonorum huiusmodi facere volentes, illas tantum onerant et aggravant seu alia onera imponunt, quod illarum rectores ecclesias huiusmodi et illarum ornamenta restaurare minime possunt, quin immo potius edificia et alia bona huiusmodi ecclesiarum huiusmodi conruunt et destruuntur. Quare prefati oratores, cupientes cultum divinum in dictis ecclesiis celebrari et augeri ac in edificiis et ornamentis ecclesiasticis meliorari, recurrunt ad pedes s. v. supplicando, quatenus preposito dicti monasterii pro tempore existenti seu alicui alteri per ipsum prepositum pro tempore deputandum [ɔ: -do], quod ecclesias huiusmodi visitent et de illarum fructibus, decimis et aliis bonis computa et exactionem libere loco dictorum prepositorum ruralium, ipsis minime requisitis, facere possint, licentiam committere eisdemque prepositis ruralibus, ne de cetero in visitando et computum huiusmodi faciendo seu exigendo ulterius se intromittant, sub excommunicationis et aliis censuris et penis, appellatione postposita, inhibere et mandare dignemini. Concessum de commissione cause in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 5. kal. febr. anno 3.

Suppl. 994 fol. 183 = 203.

3443. **30. Jan. 1495.**

Skriftefaderen Anders Thomsen i Mariager Kloster faar Absolution for den Del, han havde haft i, at en Morderske, som havde arbejdet i Klostret, var bleven brændt, og Dispensation, fordi han havde forladt Klostret for at overvære Dommens Eksekution.

Cum condam mulier in monasterio monialium, Mariagger nuncupato, ordinis s. Brigide Arusiensis diocesis laboratrix quandam puellam virginem jugulasset et de hoc diffamata apud officialem dicti loci et de huiusmodi crimine perpetrato conventa fuisset, dictusque officialis Andream Thome fratrem et confessorem sororum seu monialium dicti monasterii, in quo sorores et fratres eiusdem ordinis, sub separatis tamen et divisis parietibus, commorantur, sepius sepius (!) interrogasset ac apud eum instetisset, ut sibi judicium suum exprimeret, quid de jure sibi

videretur esse cum predicta muliere faciendum, dictus orator toties interrogatus respondit, quod tota illa provincia sciebat eam esse ream mórtis et propterea justitiam faceret, ut rationem reddere posset coram deo et principibus regni eiusdem provincie, et postmodum dicta mulier juxta statuta et jura regni predicti igni adjudicata seu condempnata et secundum huiusmodi condempnationem punita extitit. Cum autem ab aliquibus asseritur dictum oratorem propterea irregularitatem contraxisse, ac etiam ipse orator, quia ad videndum comburi dictam mulierem claustra dicti monasterii [exivit, quamvis] predicti illius fratres seu [ɔ: sui] monasterii claustra huiusmodi exire non possint, nisi per Romanum pontificem pro tempore existentem ad concilium vocati fuerint, aut alias necessitatibus [ɔ: -tas] monasterii predicti id exegerit, licet dictus orator a premissis absolutionem et dispensationem a quodam nuntio apostolico in partibus illis, asserente se super hoc sufficienti facultate suffultum, obtinuerit, dubitat tamen de viribus facultatis predicte cupitque sibi in premissis per s. v. salubriter de novo provideri; supplicat igitur, quatenus eundem oratorem ab excommunicationis et aliis sententiis, censuris et penis, si quas ex eo, quia dictum monasterium exivit, ut prefertur, necnon ab excessu responsionis huiusmodi dicto officiali date de novo absolvere ac secum super irregularitate, si quam ex responsione per eum dicto officiali data, ut prefertur, contraxit, quodque in susceptis per eum ordinibus, etiam in altaris ministerio, ministrare libere valeat, dispensare omnemque inhabilitatis et infamie maculam sive notam per eum premissorum occasione contractam penitus et omnino abolere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 3. kal. febr. anno 3.

Suppl. 993 fol. 238 v.

3444. 8. Febr. 1495.

Klerken Albert Asschen fra Odense Stift faar Sognekirken i Mironack i Freising Stift.

Supplicat Albertus de Aschen clericus Ottoniensis diocesis, quatenus sibi de ecclesia parrochiali in Mironack Frisingensis diocesis, per obitum Petri Eizel vacante [fructus 12 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 6. id. febr. anno 3.

Suppl. 994 fol. 180 = 200 v.

3445. **9. Febr. 1495.**

Laurens Vesteni faar ny Provision paa Provstiet i Børglum, hvis Indtægt af hans Modpart Simon Læsø var opgivet alt for lavt.

Accepto alias per s. v., quod prepositura ecclesie Burglanensis Premonstratensis ordinis vacabat et tanto tempore vacaverat, quod eius collatio juxta Lateranensis statuta concilii erat ad sedem apostolicam legitime devoluta, et quod Laurentius Vesteni archidiaconus ecclesie Vibergensis cupiebat una cum capitulo dicte ecclesie Burglanensis sub regulari habitu virtutum domino famulari, s. v. preposituram predictam, quovis modo vacaret, dicto oratori per eum usque ad sex menses a die adepte possessionis eiusdem computandos etiam cum archidiaconatu dicte ecclesie Vibergensis tenendam commendari et deinde cum exhibitione habitus et admissione professionis regularis in titulum provideri mandavit . . . . Cum autem alias [de] dicta prepositura, per promotionem de persona Nicolai Stigge tunc dicte ecclesie Burglanensis prepositi ad ecclesiam Burglanensem auctoritate apostolica factam et munus consecrationis eidem Nicolao extra Romanam curiam impensum vacante et antea dispositioni apostolice[1]) reservata, cuidam Symoni Lessio, qui se gerit pro clerico, auctoritate litterarum apostolicarum provisum extitisset, [ac][2]) in predictis litteris per ipsum Symonem obtentis seu impetratis [expressum fuisset][2]), quod fructus predicte [prepositure] 40 mr. valorem annuum non excederent, et propterea littere per ipsum Simonem impetrate subreptionis vitio subjaceant, et inde secuta quecunque nullius firmitatis existant, tamen, quia ipse Simon pretextu dictarum litterarum subreptitiarum tempore provisionis seu mandati de commendando et conferendo eidem oratori dictam preposituram per octo annos vel circa detinuerat et tunc detinebat et de hoc in litteris per ipsum oratorem impetratis nulla mentio facta extitit, ab aliquibus asseritur litteras per ipsum oratorem impetratas subreptionis vitio subjacere et obstantibus regulis de annali et triennali possessoribus prefato oratori suffragari non posse, ut huiusmodi preposituram hac vice consequi possit. Cum ergo ab omni equitate alienum sit, ut ipse Simon, qui in tanta summa cameram apostolicam defraudavit (et hec fraus non sine malitia fuit, ut expressione valoris tunc facta et eius vero valore annuo conjecturari potest), commodum ex dictis litteris reportet, supplicat igitur dictus orator, inter quem et pre-

[1]) Cod. dispositioni ecclesie [2]) add. Gz.

fatum Simonem tamquam intrusum super dicta prepositura coram certo causarum palatii apostolici auditore lis pendet indecisa, et in qua ad nonnullos actus processum extitit, quatenus, ne dictarum litterarum frustretur effectu, eidem auditori, ut in causa huiusmodi sibi commissa procedat, perinde ac si in principio in eisdem litteris per ipsum oratorem impetratis de tempore, quo dictus Symon eandem preposituram detinuerit, expressa mentio facta fuisset, dicteque littere sibi decrete extitissent, et nichilominus, constito sibi legitime, quod etiam tempore date litterarum predictarum per ipsum Symonem impetratarum fructus predicti 40 mr. valorem annuum excedebant, litteras per ipsum Simonem huiusmodi impetratas surreptionis vitio subjacere et illarum pretextu dicto Simoni factas collationem et provisionem de prepositura huiusmodi ac inde secuta quecunque nullius roboris vel momenti esse declaret, prout de jure fuerit faciendum, ac dictam preposituram, que inibi dignitas post pontificalem maior existit [fructus 100 mr.], eidem oratori per eum tenendam usque ad dictos sex menses commendet et deinde in titulum provideat in forma subrogationis, gratie [etc.], alias juxta tenorem litterarum apostolicarum predictarum dicto oratori concessarum, mandare dignemini, non obstantibus de annali, ac quod impetratum beneficium per alium annum pacifice possessum [ɔ: quod in impetrato beneficio . . . possesso], et quod certo modo vacare pretendit, nisi de nomine et cognomine possessoris ac temporis, per quod possedit, in litteris desuper confectis mentio facta fuerit, impetratio et quecunque inde secuta nullius sint roboris vel momenti, nec alius quam tunc expresse vacationis modus ea vice suffragari possit, ut beneficium ipsum ea vice consequi possit, illudque nullatenus inantea litigiosum censeatur, quibus, quatenus opus sit, hac vice dumtaxat derogare placeat, aliisque constitutionibus apostolicis. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. . . . . Et cum derogatione regularum predictarum, attento quod in tam notabili summa cameram apostolicam defraudavit, ut prefertur. Datum Rome 5. id. febr. anno 3.

Suppl. 994 fol. 138 v.

3446. **9. Febr. 1495.**

Eggert Vesteni (til Østergaard) og hans Hustru Eline (Jensdatter) fra Aarhus Stift faar Tilladelse til at have Rejsealter og lade holde Messe før Daggry, ogsaa under Interdikt.

Supplicat Egidius Vesteni de regno Dacie, laicus Arusiensis diocesis, de nobili baronum genere ex utroque parente procreatus, quatenus sibi et Cleria (!) eius uxori, ut liceat habere altare portatile cum debitis reverentia et honore, super quo in locis ad hoc congruentibus et honestis sine juris alterius prejudicio per proprium vel alium sacerdotem idoneum missas et alia divina officia in sua ac familiarium suorum presentia domesticorum etiam tempore interdicti ordinaria auctoritate appositi celebrari facere libere possi[n]t, indulgere dignemini. Concessum in forma in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Et cum clausula ante diem et tempore interdicti ut supra. Datum Rome 5. id. febr. anno 3.

Suppl. 994 fol. 168 v.

3447. **12. Febr. 1495.**

Ridderen Niels Pedersen Høg til Eskjær fra Børglum Stift, hans Hustru Kathrine (Stensdatter Gøye) og hans Broder Erik (Høg til Ørndrup) faar samme Tilladelse.

Supplicat Nicolaus Ligo, miles de nobili barronum genere ex utroque parente procreatus, Burglanensis diocesis, quatenus sibi et Catherine eius uxori ac Erico eius fratri germano, ut liceat habere altare portatile [*etc. som Nr. 3446 indtil*] Datum Rome pridie id. febr. anno 3.

Suppl. 994 fol. 261 = 281.

3448. **13. Febr. 1495.**

Jens Andersen (Beldenak), der er evig Vikar i Aarhus, faar ny Provision paa Kanonikat og Præbende i Lund, efter at den tidligere Indehaver Jakob Burre har faaet et større Præbende sammesteds.

Nuper canonicatu et prebenda *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome id. febr. anno 3.

Suppl. 994 fol. 175 = 195.

3449. **14. Febr. 1495.**

Laurens Vesteni faar Brevet om Ærkedegneembedet i Aarhus (Nr. 3439) udstedt med en Ændring.

Reformatio Laurentii Vestini.

Dignetur s. v. litteras apostolicas super preinserta supplicatione conficiendas cum decreto, quod ipse Laurentius orator admittatur ad executionem dicte sententie pro ipso Johanne Petri late quoad possessionem eiusdem archidiaconatus assequendam, ac si sententia predicta pro eo lata et ipse littere executoriales

pro eo decrete fuissent, alias juxta eiusdem supplicationis tenorem, expediri mandare. Concessum. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 16. kal. martii anno 3.

Suppl. 994 fol. 42 v.

3450. **14. Febr. 1495.**

Paven overdrager Laurens Vesteni Ærkedegneembedet i Aarhus, hvorom han havde ført Proces med Jens Pedersen (Hostorp) og Johan Jepsen (Ravensberg).

Laurentio Vesteni archidiacono ecclesie Arusiensis. Nobilitas generis, vite ac morum honestas [etc.]. Dudum siquidem omnes dignitates in cathedralibus ecclesiis post pontificales maiores dispositioni nostre reservavimus. Cum itaque postmodum archidiaconatus ecclesie Arusiensis, qui inibi dignitas post pontificalem maior existit, per obitum Johannis Petri, cui de dicto archidiaconatu tunc vacante apostolica auctoritate provisum fuit, quique coram magistro Matheo de Ubaldis, capellano nostro et causarum palatii apostolici auditore, contra te et Johannem Jacobi, qui se gerit pro clerico, litigando diffinitivam pro se et contra te et prefatum Johannem Jacobi sententiam, que nulla provocatione suspensa in rem transivit judicatam, reportavit, litteris [que] executorialibus desuper in forma solita decretis et possessione dicti archidiaconatus per eum non habita extra dictam curiam diem clausit extremum, vacet ad presens, nullusque de illo preter nos hac vice disponere possit, reservatione obsistente supradicta, nos tibi, qui de nobili genere ex utroque parente procreatus existis, quique tempore dicte sententie contra te, ut prefertur, late ab ista curia absens existebas, specialem gratiam facere volentes . . . ., archidiaconatum predictum, ad quem consuevit quis per electionem assumi, et cui cura imminet animarum [fructus 6 mr.], sive premisso sive alio quovis modo seu adhuc per obitum Magni Erici aut per liberam resignationem dicti Johannis Petri . . . vacet, . . . tibi conferimus et de illo etiam providemus, decernentes te ad executionem dicte sententie quoad possessionem dicti archidiaconatus tibi tradendam dumtaxat, perinde ac si sententia pro te lata ac littere executoriales huiusmodi pro te decrete fuissent, admittendum fore . . . . Datum Rome 16. kal. martii anno 3.

Simili modo archiepiscopo Ragusino et Ripensi ac Slesvicensi episcopis.

F. XX. X. 6. id. martii anno 3. Ponzectus.
Reg. Lat. 966 fol. 32.

3451. **18. Febr. 1495.**

Biskop Eggert Durkop, som havde forladt Rom og begivet sig til sit Stift, men ligesom andre Kurialer inden 6 Maaneder skulde vende tilbage, faar denne Frist forlænget med andre 6 Maaneder.

Cum Egerdus episcopus Slesvicensis, unius ex palatii apostolici causarum auditoribus locum tenens, nuper sexto de mense julii ultimo preteriti metu pestis in Urbe Romana domino disponente tunc vigentis alicamdiu Urbe recesserit et usque ad eius ecclesiam et episcopatum Slesvicensem in partibus ultramontanis se personaliter contulerit, spereturque, quod ipsa creatura infra breve tempus ad eandem Urbem existat regressurus, sed cum de mense augusti etiam preteriti s. v. omnes suos ac Romane curie officiales in partibus ultramontanis existentes, quatenus sub excommunicationis et anathematis ac officiorum et beneficiorum suorum privationis aliisque gravissimis et forsan gravioribus sententiis, censuris et penis, quas ipsos ipso facto incurrisse dicitur voluisse, si [non] fecerint, quod mandabatur eis, infra sex menses extunc immediate sequentes ad dictam Romanam curiam redire et ibidem permanere ac eorum officia ibidem ordinaliter exercere deberent, cum executorum deputatione per quasdam litteras sive constitutiones apostolicas solempniter publicatas monuerit, timetur, quod Egerdus creatura prefata infra finem jam instantem sex mensium predictorum nondum effluxorum ad eandem curiam juxta monitionem predictam non redeat, et quod propterea, si e. s. v. de remedio sibi [non] provideat oportuno, periculum forsan incurrat. Pro parte igitur episcopi prefati e. s. v. supplicatur, quatenus sibi, quod usque ad alios sex menses a fine priorum sex mensium predictorum computandos in partibus ultramontanis aut alibi extra Romanam curiam absque metu vel incursu sententiarum, censurarum et penarum predictarum residere libere valeat, concedere dictosque priores sex menses ad alios sex menses huiusmodi a fine eorundem sex priorum mensium predictorum computandos prorogare dignemini . . . . Fiat. R. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Datum Rome 12. kal. martii anno 3.

Suppl. 995 fol. 125.

3452. **19. Febr. 1495.**

Jens Andersen (Beldenak), evig Vikar i Aarhus, faar ny Provision paa et evigt Vikariat i Lunde Domkirke, ledigt ved Niels Chencks Resignation.

Nuper perpetua vicaria *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 11. kal. martii anno 3.

Suppl. 995 fol. 95.

3453. 19. Febr. 1495.

Jens Andersen (Beldenak), Kannik i Lund, faar et evigt Vikariat i Aarhus Domkirke.

Nuper perpetua vicaria altaris b. Marie virginis, Jherusalem nuncupata, in ecclesia cathedrali Arusiensi sita ex eo, quod Martinus Olaui dicte vicarie immediatus possessor canonicatum et prebendam in eadem ecclesia Arusiensi extitit assecutus, vacante, Johannes Andree ecclesie metropolitane Lundensis canonicus auctoritate ordinaria [de ea][1]) sibi provideri obtinuit, possessione forsan subsecuta. Cum autem dubitet huiusmodi provisionem et inde secuta viribus non subsistere, supplicat, quatenus sibi de dicta vicaria [fructus 4 mr.] de novo providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 11. kal. martii anno 3.

Suppl. 995 fol. 95 v.

3454. 19. Febr. 1495.

Præsten Anders Mus fra Børglum Stift faar Sognekirken i Bodum i samme Stift.

Nuper ecclesia parrochiali, Boyn nuncupata, cum suis duabus annexis Burglanensis diocesis per obitum Benechini Petri vacante, Andreas Wrke (!) dicte Burglanensis diocesis presbiter auctoritate ordinaria sibi provideri obtinuit, possessione forsan subsecuta. Cum autem dubitet huiusmodi provisionem cum inde secutis viribus non subsistere, supplicat, quatenus sibi de dicta parrochiali cum eius annexis [fructus insimul 4 mr.] de novo providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 11. kal. martii anno 3.

Suppl. 995 fol. 95 v.

3455. 21. Febr. 1495.

Generalvikaren for Franciskanerobservanterne i Provinsen Dacia faar udstedt Værnebrevet (jfr. Nr. 3417, 3433, 3440) med en Ændring.

Reformatio vicarii provincialis provincie Dacie ordinis fratrum Minorum.

Littere conservatorie in forma *Militanti,* de quibus supra,

[1]) add. Gz.

habent narrativam huiusmodi tenoris, videlicet: Sane prepositi et conventus monasterii sedi apostolice immediate subjecti ordinis N. N. diocesis conquestione percepimus, quod archiepiscopi [*etc. som Nr. 849 til* occupata] seu ea obtinentibus prestant auxilium, consilium et favorem, nonnulli etiam curati diocesium et partium predictarum, qui nomen domini in vanum recipere non formidant, eisdem preposito et conventui super predictis castris, villis et locis et aliis terris, domibus, possessionibus, juribus et jurisdictionibus, fructibus eorundem et quibuscunque aliis bonis mobilibus et immobilibus spiritualibus et temporalibus ac aliis rebus ad eosdem prepositum et conventum ac monasterium pertinentibus multiplices molestias et injurias inferunt et jacturas; quare dicti prepositus et conventus nobis suplicarunt, ut, cum eisdem valde reddatur difficile pro singulis querelis ad apostolicam sedem habere recursum, providere ipsis super hoc paterna diligentia curaremus. Cum autem narrativa predicta non conveniat oratoribus dicti ordinis et observantie illius professoribus, dignetur s. v. litteras super supplicatione, cuius copia preinseritur, cum narrativa, quod nonnulli etc. occuparunt et occupari fecerunt fructus ac bona mobilia et immobilia ad licitos [usus eorum][1]) usquequaque deputata in Romane ecclesie dominio[2]) ad eorum commodum consistentia et super illis etc., alias juxta formam predictam includenda [3])cum eis trahendis eis[3]) pro tempore contra indultum extra dictum regnum, expediri mandare. Concessum. Jo. cardinalis Alexandrinus. Et obmissa narrativa quoad ea, que oratoribus non conveniunt . . . Et quia huiusmodi littere consueverunt ascultari, ut concordent cum forma cancellarie, et predicte non possint concordare in narrativa, dummodo cum reliquis non discordent, expediantur in cancellaria sine solita subscriptione, quod concordent cum forma quinterni vel saltem cum subscriptione, quod concordent cum reliquis, preterquam impetratur [ɔ: in prefata] narrativa. Concessum. Jo. cardinalis Alexandrinus. . . . Datum Rome 9. kal. martii annno 3.

Suppl. 995 fol. 232.

3456. 21. Febr. 1495.


Paven indsætter Biskopperne i Odense og Slesvig og Provsten i Roskilde til Værneherrer for Franciskanerobservanterne i Provinsen Dacia.

---

[1]) add. Gz. [2]) Gz. — Cod. in Roma dummodo ad [3—3]) Teksten korrupt.

Ottoniensi et Slesvicensi episcopis ac preposito ecclesie Roskildensis. Militanti ecclesie etc. Sane vicarii provincialis et fratrum provincie Dacie ordinis fratrum Minorum, de observantia nuncupatorum, secundum morem dicti ordinis conquestione percepimus, quod communia civitatum et universitates opidorum ac nonnulli clerici et ecclesiastici tam religiose quam seculares et alie singulares persone civitatum et diocesium ac aliarum partium predictarum[1]), qui nomen Domini in vanum[2]) recipere non formidant, eosdem vicarium provincialem et fratres contra privilegia eis et eorum ordini per sedem apostolicam concessa diversimode molestare ac eos coram diversis conservatoribus et aliis judicibus a sede apostolica deputatis extra regnum Dacie, in quo constituti existunt, preter et contra privilegia huiusmodi trahere et alias eisdem vicario et fratribus super premissis multiplices injurias et jacturas inferre presumunt; quare vicarius et fratres predicti nobis supplicarunt, ut, cum eis valde reddatur difficile pro singulis querelis ad predictam sedem habere recursum, providere ipsis super hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur, adversus occupatores, presumptores, molestatores et injuriatores huiusmodi illo volentes eisdem vicario et fratribus remedio subvenire, per quod eorundem molestatorum compescatur temeritas et aliis aditus committendi similia precludatur, huiusmodi supplicationibus inclinati, prefatis vicario et fratribus dicti ordinis, de observantia nuncupatis, qui nunc sunt et pro tempore perpetuis futuris temporibus in domibus dicti ordinis in regno predicto consistentibus erunt, quod extra regnum predictum etiam pretextu quarumcunque litterarum apostolicarum, conservatoriarum nuncupatarum, et aliarum quarumcunque concessarum hactenus et in posterum concedendarum etiam cum quibuscunque clausulis etiam derogatoriarum derogatoriis, fortioribus, efficacioribus et insolitis coram aliquibus judicibus seu conservatoribus extra dictum regnum tunc et pro tempore existentibus nullo modo trahi possint, et, si traherentur, comparere minime teneantur, tenore presentium concedimus; et processus quoscunque, etiam sententias, censuras et penas in se continentes, quos etiam litterarum

[1]) H tilføjer: occuparunt bona mobilia ad licitos usus eorum deputata et in Romane ecclesie dominio ad eorum commodum consistentia et ea detinent indebite occupata seu ea detinentibus prestant auxilium, consilium et favorem, nonnulli etiam. [2]) Gz. — Cod. vacuum.



predictarum pretextu contra eosdem vicarium et fratres huiusmodi promulgari contigerit, postquam presentes littere in metropolitana ecclesia dicti regni solemniter publicate fuerint, nullius roboris vel momenti esse et predicte concessioni ac presentibus litteris per quascunque litteras apostolicas, quasvis, etiam illam, que in rescriptis apostolicis contra predicti et aliorum ordinum professores poni consuevit, videlicet »*seu si dictis fratribus vel eorum ordini a sede apostolica sit concessum, quod persone ipsius ordinis ultra vel extra certa loca ad judicium evocari, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem*« aut alias etiam efficaciores clausulas in se continentes minime censeretur derogatum, nisi dum et quotiens de nomine protectoris dicti ordinis in Romana curia, qui pro tempore erit, specialis et individua mentio fieret, eodem tenore presentium decernimus. Discretioni vestre [igitur] mandamus, quatenus . . . ., etiam si sint extra loca, in quibus deputati estis conservatores et judices, prefatis vicario et fratribus tunc et pro tempore in dicto regno degentibus efficacis defensionis presidio assistentes, non permittatis eosdem per quoscunque contra privilegia, concessiones et indulta eis et eorum ordini huiusmodi per sedem predictam in genere vel in specie concessa et imposterum concedenda quomodocunque ac super predictis et quibuslibet aliis bonis ad eorum licitos usus deputatis ab eisdem vel quibuslibet aliis indebite molestari vel eis gravamina seu damna vel injurias contra privilegia predicta irrogari aut eos contra tenorem presentium litterarum extra regnum predictum coram quibusvis conservatoribus et judicibus trahi, facturi dictis vicario et fratribus, cum ab eis vel procuratoribus suis fueritis requisiti, de predictis et aliis personis quibuslibet super restitutione huiusmodi bonorum mobilium necnon de quibuslibet molestiis eis contra privilegia predicta et presentes litteras illatis, injuriis atque damnis presentibus et futuris, in illis videlicet, qui judicialem requirunt indaginem, summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura judicii, in aliis vero, prout qualitates eorum exegerint, justitie complementum, occupatores seu detemptores, presumptores et molestatores et injuriatores huiusmodi necnon contradictores quoslibet et rebelles, cuiuscunque status extiterint, quomodocunque et quotienscunque expedierit, auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam etc., invocato ad hoc,

si opus fuerit, auxilio bracchii secularis[1]). Datum Rome 9. kal. martii anno 3.

A. LXXXX. Vives.

Reg. Lat. 973 fol. 104 v. (II) Afskrift i [Nic. Jordanus' Kopibog; og derefter i] Bartholin D. 4 og i L. Dipl.

3457. 2. Marts 1495.

Klerken Otto Weynerdes fra Slesvig Stift faar Tilladelse til at lade sig indvie til de højere gejstlige Grader i Rom.

Supplicat Otto Weynerdes clericus Slesvicensis diocesis, in vicesimo sue etatis anno [constitutus][2]) ac mire [ɔ: Dominici] Grimani s. Nicolai inter imagines diaconi cardinalis familiaris continuus commensalis, vicarius perpetuus ad altare s. Katherine in ecclesia parrochiali Jacobi Settonensis situm [fructus 3 mr.], quatenus [sibi, qui] ratione huiusmodi vicarie ad tres sacros maiores ordines se facere promoveri artatus existit, ut a quocunque catholico antistite in Romana curia residente, quem duxerit eligendum, aliquibus dominicis sive festivis diebus, etiam extra tempora ad hoc a jure statuta, ad tres sacros, videlicet subdiaconatus, diaconatus et presbiteratus, ordines se facere examinari et promoveri, et, postquam in illis promotus fuerit, in dicto altari s. Katherine et aliis altaribus, ubicunque venerit, officium divinum celebrare libere possit, eidem antistiti prefatos examen et ordines conferendi et oratori suscipiendi licentiam

[1]) II tilføjer: non obstantibus tam Bonifacii pape VIII, qua cavetur, ne quis extra suam civitatem et diocesim ad judicium evocetur, seu ne judices et conservatores a sede deputati predicta extra civitatem et diocesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere seu aliis vices suas committere aut aliquos extra unam dietam a fine diocesis eorundem trahere presumant, et de duabus dietis in concilio generali editis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate presentium non trahatur, ... quam aliis constitutionibus apostolicis . . . . Ceterum volumus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico prepeditus, quodque a data presentium sit vobis in premissis omnibus, ceptis et non ceptis, presentibus et futuris, perpetua potestas et jurisdictio attributa, ut eo vigore eaque firmitate possitis in premissis omnibus, ceptis et non ceptis, presentibus et futuris, et pro premissis omnibus . . . . et pro predictis procedere, ac si supradicta omnia coram vobis cepta fuissent ac jurisdictio vestra in premissis omnibus per citationem vel modum alium perpetuata legitime extitisset, constitutione predicta super conservatoribus et alia qualibet in contrarium edita non obstantibus, presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis.

[2]) add. Gz.

concedere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Et quod examinetur in camera apostolica. Datum Rome 6. non. martii anno 3.

Suppl. 995 fol. 231.

3458. **4. Marts 1495.**

Klerken Mikkel Pedersen (Hostorp) fra Slesvig Stift faar indsat pavelige Dommere »in partibus« mod nogle Gejstlige fra Lübeck, Slesvig, Odense og Upsala Stifter, som har tilføjet ham forskellige Krænkelser.

Dignetur s. v. causas, quas Michael Petri clericus Slesvicensis diocesis habet habereque vult contra quosdam Hermannum Huge officialem generalem Lubicensem et Jasperum Wessel prebiterum Lubicensis civitatis necnon Henricum Hermani et Magnum Alani presbiteros Slesvicensis et Ypsalensis (!) diocesium ac Nicolaum Petri clericum eiusdem Slesvicensis diocesis et Mathiam Nicolai presbiterum Ottoniensis diocesis assertos clericos adversarios omnesque alios sua interesse putantes et in executione citationis presentium vigore decernende nominandos, Hermannum Hugo et Jasperum Wissel presbiteros Lubicensis civitatis de spoliis reddituum alicuius vicarie ecclesie Lubicensis de quatuor annis restantium ex parte Johannis Petri eiusdem vicarie ultimi possessoris, cuius vicarie fructibus quattuor annorum germanum et heredem dicti Johannis Petri spoliaverunt et de facto spoliant ex eo, quod licentiam episcopi Lubicensis testandi in extremis non habuit, et forsan hoc in effectum complacendi dicto episcopo, non attendentes, quod curialis fuit et in diocesi dicti episcopi non obiit nec residebat et testamentum in extremis bonum coram notario et testibus edidit et fecit, necnon Henricum Hermani et Magnum Olaui presbiteros Slesvicensis [et Upsalensis] diocesium de perpetua vicaria b. Marie virginis et bb. Johannis baptiste et Michaelis archangeli, cappella antiqua nominata, per mortem Ditheni Wulff vacante, ac Mathiam Nicolai, alias Sunnibo, de cappella s. Georgii cum cura annexa extra muros Hadersleuenses necnon super perpetua vicaria b. Magdalene per mortem Gregorii Johannis et Georgii Wakemestere vacante, ac Nicolaum Petri presbiterum Slesvicensis diocesis de spolio testamenti Nicolai in Opby, cuius testamentarios omnibus bonis dicti Nicolai et dispositionibus testamenti spoliavit et de facto spoliat, rebusque aliis in actis cause huiusmodi latius deductis et illorum occasione, alicui ex vestri sacri palatii apostolici causarum auditoribus mandare

audiendas, cognoscendas fineque debito terminandas cum omnibus suis incidentiis, dependentiis, emergentiis, annexis et connexis et cum potestate dictos adversarios omnesque alios supradictos in Romana curia et extra eam et in partibus toties, quoties opus fuerit, citandi ipsisque et aliis, quibus videbitur, inhibendi, constitutionibus apostolicis, quodque cause huiusmodi non sint forsan ad dictam curiam Romanam legitime devolute neque in ea de sui juris necessitate tractande et finiende . . ., non obstantibus. Concessum, quod committatur in partibus, in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 4. non. martii anno 3.

Suppl. 995 fol. 70 = 270.

3459. **4. Marts 1495.**

Mikkel Pedersen (Hostorp) faar Provstiet i Jellingsyssel.

Vacante alias prepositura rurali ecclesie cathedralis b. Marie virginis Ripensis in Jellinghsussel per obitum Johannis Petri, supplicat Michael Petri clericus Slesvicensis diocesis, quatenus sibi de dicta prepositura rurali [fructus 4 mr.], sive premisso sive alias quovis modo vacet vel ex eo, quod dictus Johannes illam obtinens cardinalis Januensis familiaris continuus commensalis fuit, providere dignemini, etiam non obstante dicto oratori, quod prefatus Johannes Petri morte preventus rem judicatam in rota super dicta prepositura habuit, possessione non adepta. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 4. non. martii anno 3.

Suppl. 996 fol. 203 = 223 v.

3460. **9. Marts 1495.**

Provsten og Munkene i Vestervig Kloster faar pavelig Bekræftelse paa de under Klostret inkorporerede Sognekirker.

Dudum preposito et conventui monasterii Vesteruicensis ordinis s. Augustini Burglanensis diocesis seu eorum monasterio predicto tam per reges Dacie quam etiam per locorum ordinarios nonnulle ecclesie rurales, etiam parrochiales, in perpetuum donate fuerunt, quas extunc per longa tempora possederunt, prout possident de presenti, pacifice et quiete. Cum autem a nonnullis de viribus donationum predictarum hesitetur, supplicant prefati prepositus et conventus, quatenus . . . . donationes predictas ac, prout illas concernunt, omnia in instrumentis publicis desuper confectis . . . . contenta et inde secuta quecun-

que confirmare . . . . dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 7. id. martii anno 3.

Suppl. 996 fol. 126 v.

3461. **19. Marts 1495.**

Mikkel Pedersen (Hostorp) faar ny Provision paa Kanonikat og Præbende samt Kantoriet i Slesvig, hvorom han havde ført Proces ved Kurien.

Lite in vestro sacro palatio coram diversis illius auditoribus inter Michaelem Petri clericum Slesvicensis diocesis et quosdam Wilhelmum Scroder et Theodericum Tetens ac Philippum Vordembroke assertos clericos et respective adversarios de certis cantoria et canonicatu et prebenda ecclesie Slesvicensis rebusque aliis in prima instantia indecisa pendente, a nonnullis asseritur nulli dictorum collitigantium jus in dicta cantoria [ac] canonicatu et prebenda competere. Supplicat igitur orator prefatus, quatenus prenominatis auditoribus aut in eorum forsan locum surrogatis seu surrogandis mandare dignemini, quod, si per eventum litis et cause huiusmodi eis constiterit nulli dictorum collitigantium jus in dictis cantoria ac canonicatu et prebenda competere, cantoriam necnon canonicatum et prebendam predictos [fructus insimul 80 fl. auri de camera], sive premisso sive adhuc per obitum sive resignationem Theoderici Stanman (!) aut alias quovis modo vacent, prenominato oratori in forma si nulli [etc.] . . . . aut alias, ut melius visum fuerit eidem oratori, conferant et provideant de eisdem. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 14. kal. aprilis anno 3.

Suppl. 996 fol. 133.

3462. **24. Marts 1495.**

Kong Hans, Provinsialprioren for Johanniterne i Provinsen Dacia og Johanniterklostret i Ribe faar pavelig Bekræftelse paa den tidligere af Kong Christiern foretagne og af Pave Sixtus IV bekræftede Indlemmelse af St. Nicolai Nonnekloster udenfor Ribe i det før nævnte Kloster (jfr. Nr. 2778).

Dudum Cristiernus rex Dacie, provide considerans monasterium monialium s. Nicolai ordinis s. Benedicti, extra muros civitatis Ripensis situm et per suos progenitores sumptuose[1]) dotatum, non solum in temporalibus bonis, redditibus et juribus suis, verum etiam in regularis vite observantia et divini cultus observatione non modicum declinasse, sed illius bona, redditus

---

[1]) Gz. — Cod. sumptuose esse

et jura huiusmodi per incuriam monialium in dicto monasterio pro tempore degentium, vitam ab observantia regulari penitus alienam ducentium, deperdi et alienari, nec horas canonicas, missas et alia divina officia in eodem monasterio, prout ex illius primeva institutione et fundatione cotidie fieri debuit, decantantium, cuius administratio plenaria in temporalibus ad eundem et suos pro tempore existentes successores reges Dacie ex illius primeva fundatione inconcusse et inviolabiliter a tanto tempore, de cuius initio memoria hominum non existit, observata et legitime prescripta pertinere dignoscitur, dicti monasterii indempnitatibus consulere volens, Petro Ripensi episcopo monasterium predictum, quatenus illius [ɔ: illud] juxta primevam fundationem et constitutionem reformaret[1]), divinum cultum, missas videlicet [ac] horas canonicas debite observari et decantari et illius fructus, bona et jura predicta conservare deperditaque recuperare faceret, commendavit; qui quidem episcopus negligenter agens dicto monasterio pro premissis juxta intentionem regiam adimplendis quendam Walheldum canonicum Ripensem nepotem suum pro sindico deputando monasterium ipsum minime reformare curavit; cumque dictus Crastiernus (!) rex predicta intellexisset vidensque, quod moniales eiusdem monasterii, que vix tres erant, se juxta regularis vite decentiam minime reformari facere curassent, idem rex jus suum regium, videlicet administrationem omnimodam rerum, bonorum et jurium dicti monasterii, ad eundem et successores reges ex dicti monasterii fundatione pertinens [ɔ: -tem][2]), preceptori et fratribus domus s. Johannis Ripensis hospitalis eiusdem s. Johannis Jerosolomitani perpetuo donavit; et deinde [hoc] Sixto pape IIII pro parte dicti Cristierni regis exposito, idem Sixtus predecessor dicto episcopo dedit in mandatis, quatenus se debite de predictis informaret et, quatenus per informationem huiusmodi predicta fore vera reperiret, donationem predictam per prefatum Cristiernum regem sic factam auctoritate apostolica confirmaret regulamque et ordinem s. Benedicti in monasterio s. Nicolai predicto supprimeret et eo suppresso monasterium, res, bona et jura [et] fructus hospitali et domui predictorum [ɔ: -tis] perpetuo incorporaret, ita quod liceret preceptori et fratribus dicte domus monasterii, rerum, bonorum et jurium eiusdem possessionem propria auctoritate apprehendere illaque tenere et percipere ac in suis [ɔ: suam][2]) et dicti monasterii

[1]) Cod. deformaret [2]) add. Gz.

utilitatem convertere, proviso tribus monialibus, que tunc dumtaxat supererant in dicto monasterio, et quas ad aliud monasterium s. Benedicti sive alterius ordinis, ubi commode vivere possent, transferri voluit, de portione debita bonorum dicti monasterii, ex qua sustentari possent; et quia tam Cristiernus rex quam Petrus episcopus ac preceptor hospitalis predicti, antequam littere huiusmodi debite executioni demandate extitissent, sicut altissimo placuit, nature solverunt debita, ac Johanne dicti Cristierni in regno Dacie successore in rege[m] assumpto, dicti monasterii considerata desolatione ac voluntati progenitoris sui satisfacere cupiens ac divini cultus augmentum, quatenus in eo foret, temporibus suis augmentare cupiens, jus regium predictum, videlicet administrationem temporalium dicti monasterii s. Nicolai, ad effectum predictum, ut videlicet monasterium s. Nicolai predicto ordini s. Johannis Jerusolomitani tunc perpetuo incorporaretur, perpetuo donavit ac concessit; et demum, premissis s. v. pro parte dicti Johannis regis expositis, e. v. s. Hartuigo episcopo Ripensi per suas litteras dedit in mandatis, quatenus de premissis se plene informaret et, si per informationem debitam premissa fore vera reperiret, donationem et concessionem predictas sic successive factas auctoritate apostolica confirmaret ac regulam et ordinem s. Benedicti in eodem monasterio s. Nicolai supprimeret necnon monasterium huiusmodi s. Nicolai, bona, res et jura ipsius dicte domui s. Johannis perpetuo incorporaret, ita quod liceret preceptori et fratribus predictis dicti monasterii s. Nicolai juriumque, bonorum et rerum eiusdem possessionem propria auctoritate apprehendere et perpetuo retinere ac in suos usus et dicte domus utilitatem convertere, proviso tamen monialibus, que solum tres erant, dicti monasterii ac illis assignata de redditibus ipsius monasterii portione predicta; quarum quidem litterarum vigore dictus Hartuichus episcopus executor, cum aliis arduis prepeditus foret, Cristerno abbati monasterii Tutevallis ordinis Cisterciensis Ripensis diocesis vices suas committendo eundem subdelegavit; qui quidem Cristiernus abbas, in causa huiusmodi perperam procedens et ad dictum monasterium se personaliter conferens ac singula in dictis litteris contenta vera comperiens, donationem et concessionem regias predictas auctoritate apostolica confirmavit regulamque et ordinem s. Benedicti predictos in dicto monasterio suppressit ipsumque monasterium s. Nicolai ipsiusque res et jura ac bona quecunque domui et hospitali s. Johan-

nis perpetuo incorporavit, necnon dictas tres moniales, que in eodem monasterio s. Nicolai supervixerant, cum ex causis legitimis ad alia monasteria commode transferri non poterant,[1]) ad certum tempus in eodem monasterio s. Nicolai, et quousque de illis [ac] de illarum translatione diligentius provideri posset, remanere debere ordinavit ac illis de portione congrua reddituum prefati monasterii, unde congrue vite necessaria habere possent, per fratres dicti hospitalis s. Johannis annis singulis solvenda [providit ac][2]) assignavit, prout hec et alia in litteris s. v. et Sixti predecessoris, Cristierni et Johannis regum ac processibus per dictum abbatem executorem desuper habitis plenius continetur; quarum quidem litterarum apostolicarum et processuum sic desuper habitorum vigore preceptor et fratres dicte domus s. Johannis prefati monasterii s. Nicolai ac rerum, bonorum et jurium eiusdem corporaliter, realiter et actualiter possessionem assecuti fuerunt et in eodem monasterio plures fratres dicti hospitalis s. Johannis pro horis canonicis ac missis et aliis divinis officiis singulis diebus dominicis temporibus et horis congruis decantandis et celebrandis instituti sunt. Ut autem premissa omnia maiorem roboris obtineant firmitatem, quo s. v. munimine fuerunt [ɔ: -rint] roborata, supplicant tam dictus Johannes rex Dacie quam prior generalis dicti regni et fratres ordinis et monasterii predictorum oratores, quatenus premissa omnia per prefatum abbatem executorem gesta, habita et facta ac, prout illa concernunt, omnia in litteris sive processibus desuper confectis contenta ac inde secuta quecunque confirmare dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Et quod omnium premissorum, et an dictum monasterium s. Nicolai jura parrochialia seu parrochiam habeat, maior et verior specificatio fieri possit in litteris. Et in forma gratiosa quacunque clausula non obstante, et presertim de unionibus committendis ad partes. Et valorem exprimendo tum quoad omnes partes derogare placeát, attento, quod est facta jam unio, et cum concessione, quod gaudeant omnibus privilegiis et indultis, quibus gaudent quomodolibet et gaudere poterunt etiam alie domus dicti hospitalis in omnibus, et quod possit exprimi, an fuerit in eodem monasterio inductus ordo dicti hospitalis. Datum Rome 9. kal. aprilis anno 3.

Suppl. 996 fol. 257 v.

[1]) Cod. poterant. ac [2]) add. Gz.

3463. **31. Marts 1495.**

Kong Hans faar Tilladelse til at udjage Konventualerne og i Stedet indføre Observanterne i Franciskanerklostret i Helsingør.

Pro parte Johannis Dacie, Norvegie, Gottorum etc. regis exponitur, quod, cum in eodem regno Dacie prope et extra opidum Helsyngorense Roskildensis diocesis a suis predecessoribus ante paucos annos fuisset inchoata quedam parva capella nondum ceteris necessariis officinis consummatis, et eorundem predecessorum fuisset intentio, ut pro pacifica et felici eiusdem regni Dacie et aliorum suorum regnorum gubernatione et statu idem locus et capella usui et habitationi fratrum Minorum, de observantia nuncupatorum et secundum regularia instituta domino famulantium, pro tempore applicarentur, si apostolice sedis interveniret assensus, nihilominus succedente tempore nonnulli sub habitu dicti ordinis eundem locellum inhabitare coeperunt et inibi conventualiter seu collegialiter sub unius eorum gardiani obedientia vivere et seculum fugientes ad habitum regularem et professionem per fratres dicti ordinis emitti solitam recipere absque concessione et licentia prefate sedis et contra apostolicam constitutionem presumpserunt, latam in dicti ordinis professores novas domos ad inhabitandum sine dicte sedis licentia recipientes excommunicationis sententiam incurrendo. Cum autem idem fratres in eadem domo vitam inhonestam et a regulari exorbitantem ducant in scandalum plurimorum et eandem absque dicte sedis licentia, ut predicitur, et contra intentionem prefatorum predecessorum [et][1]) fundatorum inhabitent, supplicat prefatus orator, quatenus, saluti animarum earundem(!), qui talia presumpserunt, consulendo et nihilominus votis et intentioni eorundem fundatorum annuendo, episcopo ac decano prefate ecclesie Roskildensis necnon decano ecclesie collegiate b. virginis Haffnensis eiusdem diocesis cum clausula *quatenus vos aut duo aut unus etc.* mandare, ut, vocatis in eadem domo degentibus gardiano et fratribus predictis, de premissis diligenter inquirant veritatem, et, si ita esse reppererint, eisdem fratribus, si petierint, de absolutionis beneficio ab excommunicationis sententia predicta provideant et super irregularitate, si quam illa ligati missas et alia divina officia celebrando incurrerint, dispensent aboleantque omnem inhabilitatis et infamie maculam inde provenientem ac dictam domum cum suis oportunis officinis et

[1]) add. Gz.

limitibus, si voluerint in ea degentes fratres predicti, cure, directioni et obedientie vicariorum generalis ultramontani ac provincialis provincie Dacie Minorum fratrum, de observantia nuncupatorum, secundum morem dicti ordinis eorumque pro tempore successoribus appellatione postposita subjiciant demumque ipsam eisdem vicariis pro perpetuis usu et habitatione fratrum dicti ordinis, de observantia nuncupatorum, concedant, expulsis et omnino rejectis exinde fratribus in ea degentibus, qui dictorum vicariorum cure et obedientie subjici recusaverint, ac ad alias domos eiusdem ordinis, in quibus benivolos invenerint receptores, translatis, contradictores etc., invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio bracchii secularis, et insuper, quod eisdem domui et gardiano ac fratribus predictis de observantia, qui illam inhabitabunt pro tempore, ut omnibus privilegiis . . . domibus dicti ordinis et illarum fratribus in genere concessis et concedendis, et quibus gaudent, . . . gaudere libere valeant, concedere dignemini, non obstante Bonifacii pape VIII prohibente religiosis [ɔ: -os] mendicantibus [ɔ: -tes] nova loca recipere etc. absque sedis apostolice licentia speciali . . . Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome apud s. Petrum pridie kal. aprilis anno 3.

Suppl. 996 fol. 277.

3464. **3. April 1495.**

Jens Andersen (Beldenak) faar ny Provision paa Ærkedegneembedet i Viborg, hvorom han havde ført flere Processer ved Kurien.

Dudum archidiaconatu cathedralis ecclesie Vibergensis per obitum Ketilli Crabbe vacante, Petrus Boetii clericus Burglanensis diocesis archidiaconatum huiusmodi sic vacantem gratie sue expectative sibi per Innocentium papam VIII gratiose concesse ac processuum desuper habitorum vigore infra tempus debitum ac alias legitime acceptavit ac sibi provideri obtinuit de eodem, possessione subsecuta. Verum cum quidam Laurentius Vesteni assertus clericus adversarius, licet falso, pretendisset dictum archidiaconatum certo modo vacare et quendam Andream Glob, qui se etiam gerit pro clerico, in eodem archidiaconatu, ut dicebat, intrusum, eundem Andream de dicto archidiaconatu coram Achille de Grassis, vestri sacri palatii apostolici causarum auditore, in causam traxit et contra eundem Andream Glob pretensam sententiam, litteris executorialibus desuper decretis, taliter qualiter reportavit, pretextu quarum litterarum

executorialium huiusmodi dictum Petrum Boetii plurium annorum possessorem archidiaconatu huiusmodi et illius possessione spoliavit et in dictum archidiaconatum se intrusit; atque postmodum inter Johannem Andree clericum Vibergensis diocesis, in artibus magistrum, et Laurentium adversarium de archidiaconatu huiusmodi coram Hieronimo de Porcariis, dicti palatii apostolici causarum auditore, [orta] materia questionis, dictus Petrus Boetii causam de spolio dicti archidiaconatus contra prefatum Laurentium intrusum committi et se ad causam huiusmodi pro suo interesse admitti et in causa ipsa ad nonnullos actus et terminos, citra tamen ipsius conclusionem, procedi obtinuit. Et quia idem Petrus Boetii omni juri sibi ad dictum archidiaconatum quomodolibet competenti in manibus s. v. renuntiat, supplicat dictus Johannes Andree, quatenus [causam huiusmodi] ad e. s. v. harum serie advocantes ac litem nunc inter Petrum Boetii et Johannem Andree oratores prefatos penitus extinguentes, ne[1]) sibi novus adversarius detur, ipsum Johannem oratorem in omni jure, quod eidem Petro Boetii ante renuntiationem huiusmodi ad archidiaconatum predictum quomodolibet competebat, etiam quoad possessionem dicti archidiaconatus exnunc surrogare ac prefato Hieronimo auditori mandare [dignemini][2]), ut eundem Johannem Andree oratorem in omni jure huiusmodi necnon ad cause et litis huiusmodi prosecutionem ac dicti archidiaconatus possessionem surroget et admittat sibique de archidiaconatu huiusmodi, qui in dicta ecclesia Vibergensi dignitas non tamen maior post pontificalem, sed curata et electiva existit [fructus 4 mr.], provideat ac etiam eidem conferat. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. . . . Et quod littere in forma surrogationis et *si nulli* aut alia oratori utiliori etiam mixtim expediri possint, et quo titulo pretendebat se jus habere, si opus sit, exprimi possit. Datum Rome 3. non. aprilis anno 3.

Suppl. 997 fol. 144 = 164.

Vibergensis. Joannes Andree. Nova provisio archidiaconatus.

Uddrag i Indice 339 efter Reg. Lat. Alex. VI anno 3 lib. 27 (tabt) fol. 168.

3465. 7. April 1495.

Laurens Vesteni faar ny Provision paa Provstiet i Børglum, hvorom han havde ført Proces ved Kurien.

---

[1]) Gz. — Cod. et, ne [2]) add. Gz.

Alias s. v. prepositurам ecclesie Burglanensis Premonstratensis ordinis tunc vacantem Laurentio Vesteni archidiacono ecclesie Vibergensis usque ad sex menses tenendam commendari et deinde de illa cum exhibitione habitus et admissione professionis regularis provideri mandavit . . . Cum autem tempore date litterarum predictarum quidam Simon Lessius, qui se gerit pro clerico, eandem prepositurам per octo annos vel circa absque aliquo titulo seu juris adminiculo sibi desuper suffragante, sed temeritate propria et de facto detinuisset et tunc detineret indebite occupatam, de quo in eisdem litteris nulla mentio facta extitit, et propterea ab aliquibus asseratur litteras predictas surreptionis vitio subjacere et eidem oratori propterea minus utiles existere, supplicat dictus orator, inter quem et prefatum Simonem intrusum et occupatorem super dicta prepositura coram Felino de Sandeis, causarum palatii apostolici auditore, lis pendet indecisa, quatenus . . . . eidem auditori, ut, causa huiusmodi, quatenus opus sit, in statu debito resumpta, in illa, alias juxta commissionem sibi desuper factam, procedat in omnibus, perinde ac si in litteris predictis de detentione predicta mentio facta fuisset, et nichilominus prepositurам eandem, que inibi dignitas post pontificalem maior existit [fructus 100 mr.], tenendam commendet et deinde de illa provideat, alias juxta tenorem litterarum predictarum, mandare dignemini, non obstante regula s. v. de annali possessore, qua inter cetera disponitur, quod impetranti beneficium ecclesiasticum, et quod tunc vacare pretenderet, alius quam tunc expressus vacationis modus etiam per litteras gratie [etc.] suffragari [non][1]) possit, ut ea vice beneficium predictum consequi possit, illudque inantea nullatenus litigiosum censeatur, cui quoad omnes eius partes hac vice dumtaxat placeat derogare . . . . Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 7. id. aprilis anno 3.

Suppl. 997 fol. 183 v.

3466. **7. April 1495.**

Laurens Vesteni faar Sognekirkerne i Lyngaa og Skjød i Aarhus Stift.

Cum parrochialis ecclesia Lyongho cum eius annexa de Sbrod Arusiensis diocesis per obitum Suenonis vacet ad presens, supplicat Laurentius Vesteni clericus dicte diocesis, de nobili

[1]) add. Gz.

genere ex utroque parente procreatus, quatenus sibi de ecclesia predicta cum eius annexa [fructus insimul 4 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 7. id. aprilis anno 3.

Suppl. 997 fol. 59.

3467. **7. April 1495.**

Laurens Vesteni faar Provstiet i Sallingsyssel.

Cum prepositura ruralis, Salingossel(!) nuncupata, Vibergensis diocesis tanto tempore vacaverit, quod eius collatio juxta Lateranensis statuta concilii est ad sedem apostolicam legitime devoluta, idcirco supplicat Laurentius Vesteni clericus Arusiensis diocesis, quatenus sibi de prepositura predicta [fructus 10 mr.], quomodocunque vacet, providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 7. id. aprilis anno 3.

Suppl. 997 fol. 134 v.

3468. **7. April 1495.**

Klerken Anders Mus fra Viborg Stift faar ny Provision paa Provstiet i Viborg, hvorom han havde ført Proces ved Kurien.

Alias prepositura cathedralis ecclesie Vibergensis vacante, Andreas Mus clericus Vibergensis per Johannem Crist[i]erni Dacie regem modernum, ad quem pro tempore ad huiusmodi preposituram presentatio dicitur pertinere, episcopo et ipsius canonicis et capitulo extitit presentatus, institutione et possessione secutis et per tres annos vel circa continuatis; ortaque postmodum inter [oratorem et] quendam Gottfridum Scuffut pro clerico et familiari pape Sixti se gerentem materia questionis, et lite et causa super dicta prepositura coram certo vestri [sacri] palatii apostolici causarum auditore introducta, prefatus Gotfridus . . . extra Romanam curiam diem vite sue clausit extremum. Ne autem dicto oratori novus detur collitigator, idcirco pro parte oratoris predicti supplicatur, quatenus litem et causam huiusmodi ad se advocantes ac illam penitus extinguentes eundem oratorem in omni jure, quod prefato Gotfrido quomodolibet competere poterat, surrogare seu de prepositura predicta [fructus 6 mr.] eidem oratori providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 7. id. aprilis anno 3.

Suppl. 997 fol. 213.

3469. **7. April 1495.**

Præsten Jens Olufsen fra Viborg Stift faar Kanonikat og Præbende i Aarhus.

Cum canonicatus et prebenda in ecclesia Arusiensi, quibus cura imminet animarum, vacent et tanto tempore vacaverint, quod eius (!) collatio juxta Lateranensis statuta concilii est ad sedem apostolicam legitime devoluta, ex eo, quod quidam Martinus Olaui clericus Arusiensis diocesis, duas aut tres parrochiales ecclesias, quibus [preest], simpliciter etiam invicem [incompatibiles][1]) tunc certo modo vacantes canonice sibi successive collatas [ɔ: -tos] [assecutus], illos omnes canonicatus et prebendas ac ecclesias parrochiales predictas nulla per eum super hoc canonica dispensatione obtenta insimul et post constitutionem *Execrabilis* per plures annos detinuit, prout detinet de presenti, indebite occupatos, etiam ob non paritionem, quod peius est, ad sacros ordines infra terminum a jure statutum, supplicat igitur Johannes Olaui presbiter Vabrensis [ɔ: Vibergensis] diocesis, utriusque juris doctor, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 7. id. aprilis anno 3.

Suppl. 997 fol. 78.

3470. **8. April 1495.**

Præsten Jens Olufsen fra Viborg faar Sognekirken i Tamdrup.

Cum parrochialis ecclesia in Tandrup Arusiensis diocesis vacet et tanto tempore vacaverit, quod eius collatio juxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta existit, ex eo, quod quidam Seuerinus Michaelis clericus Arusiensis diocesis [eam] sibi alias canonice conferri obtinuit et cum ea alias parrochiales ecclesias in Coste et Wade opidi N., [ubi] se divinis officiis celebrantium immiscuit pluries, prout de presenti immiscet, quibus cura imminet animarum, tunc vacantes assecutus, quamquam alias, nulla super hoc dispensatione obtenta, per plures annos detinuit, prout detinet de presenti, indebite occupatas, ac etiam injectione manuum violentarum in presbiterum absolutione obtenta vacare noscatur, [supplicat] igitur Johannes Olaui clericus Vibergensis diocesis, utriusque juris doctor, quatenus sibi de dicta parrochiali ecclesia opidi Terndrup (!) [fructus

[1]) add. Gz.

4 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 6. id. aprilis anno 3.

Suppl. 999 fol. 33.

3471. **15. April 1495.**

Klerken Henricus Bockholt fra Lübeck faar to evige Vikariater i Grambow og Flensborg.

Cum alias perpetua sine cura vicaria sita in ecclesia parrochiali ville Grambow Raceburgensis diocesis alias (!) per obitum Bartoldi Wijdenrades vacaverit et vacet ad presens . . . ., supplicat igitur Henricus Backhalt clericus Lubicensis, in Romana curia presens, quatenus sibi de dicta vicaria et quadam alia perpetua sine cura vicaria sita in ecclesia parrochiali s. Nicolai opidi Flensborch Slesvicensis diocesis, per obitum Karstrani Leuen vacante [fructus cuiuslibet 4 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Et quod littere super premissis seorsum vel divisim expediri possint. Datum Rome 17. kal. maji anno 3.

Suppl. 997 fol. 316.

3472. **24. April 1495.**

Paven befaler sin Kapellan og Auditør Matheus de Ubaldis at overdrage Klerken Henricus Boden fra Hildesheim Stift Provstiet i Ejdersted, hvorom han havde ført Proces ved Kurien med den nu afdøde Christian Leven.

Magistro Matheo de Ubaldis capellano nostro et causarum apostolici palatii auditori. Vite ac morum honestas [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Hinrici Boden clerici Hildesemensis diocesis petitio continebat, quod, orta dudum inter eum et quondam Christianum Lernen (!) pro clerico se gerentem super prepositura in Eyerstede in ecclesia Slesvicensi, in qua forsan . . . prefato Hinrico nullum jus competebat, [et quam Hinricus] ordinaria sibi auctoritate collatam et de eadem sibi provisum fuisse ipsumque Christianum collationi et provisioni predictis se contra justitiam opposuisse et tunc opponere et impedivisse et impedire . . . ., quominus collatio et provisio predicte consecute fuissent et consequerentur effectum, ac ipsum Hinricum[1]) in eadem prepositura se intrusisse et nunc[2]) intru-

---

[1]) *I Margen tilføjes:* Die 5. nov. 1502 cassatum fuit huiusmodi et positum *Christianum* de mandato . . . pape, referente Hadriano secretario.

[2]) *I Margen tilføjes:* Dicta die deletum fuit *nunc* et positum *tunc* de mandato etc.

sum fore, Christianus vero prefati e contra dictam preposituram ad se de jure spectare asserebant, prout idem Hinricus adhuc asserit, materia questionis, nos causam huiusmodi, non obstante quod ad Romanam curiam legitime devoluta ac apud eam de juris necessitate tractanda et finienda non esset, tibi ad instantiam dicti Hinrici audiendam commisimus et fine debito terminandam, tuque in illa ad omnium terminorum substantialium observationem, citra tamen conclusionem, diceris processisse. Cum autem prefatus Christianus, lite huiusmodi sic coram te indecisa pendente, fuerit vita functus, nos, volentes eidem Hinrico, cui hodie de certis canonicatu et prebenda eiusdem ecclesie tamquam tunc vacantibus [fructus 4 mr.] concessimus provideri, gratiam facere specialem, discretioni tue mandamus, quatenus dictum Hinricum, etiam forsan jus in eadem prepositura non habentem, dummodo in dicta prepositura intrusus non fuerit, in omni jure, quod eidem Christiano tempore sui obitus huiusmodi quomodolibet competebat, auctoritate nostra surroges dictumque jus sibi conferas et provideas etiam de eodem, et nichilominus preposituram predictam, que in dicta ecclesia dignitas non tamen post pontificalem maior existit [fructus 4 mr.], eidem Hinrico eadem auctoritate nostra conferas. Datum Rome 8. kal. maji anno 3.

XXV.

Reg. Vat. 850 fol. 116 v.

3473. **25. April 1495.**

Viborgprovsten Anders Mus faar Dispensation til med Provstiet at forbinde to andre ellers dermed uforenelige Embeder.

Supplicat Andreas Mows prepositus ecclesie Vibergensis, quatenus ad effectum, quod juxta sue dignitatis statum se decentius valeat substentare, ipsum apostolicis favoribus prosequentes, [secum], ut cum dicta prepositura, que curata est, [unum] et sine illa quecunque duo curata seu alias invicem incompatibilia beneficia . . . . recipere et insimul, quoad vixerit, retinere . . . . illaque . . ., quotiens sibi placuerit, dimittere et alia similiter recipere . . . . libere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. . . . Datum Rome 7. kal. maji anno 3.

Suppl. 995 fol. 242.

3474. **3. Juni 1495.**

Jens Andersen (Beldenak) faar Brevet om Ærkedegneembedet i Viborg (Nr. 3464) udfærdiget med nogle Tilføjelser.

Reformatio Johannis Andree.

Prefatus Johannes Andree habens dumtaxat certam signaturam super dicto archidiaconatu Vibergensi a s. v. obtentam, qua uti non intendit, cum sibi nullum jus tribuat, quin imo, quatenus opus sit, dicte concessioni in manibus s. v. sponte cedit, quam cessionem s. v. admittere dignetur, litteris desuper alias non expeditis, fecit causam contra dictum Laurentium super dicto archidiaconatu committi; et deinde prefatus Petrus super dicto spolio obtinuit etiam causam contra dictum Laurentium committi et pro suo interesse admitti. Ideo, cum de premissis nulla mentio facta fuerit, dignetur s. v. litteras apostolicas super dicta supplicatione conficiendas expediri mandare cum expressione huiusmodi, et quod prefatus Petrus liti et cause ac omni juri etc. cedit, et de surrogatione etc., cum omnibus clausulis in similibus consuetis etiam quoad prosecutionem dicti spolii et admissionem in eventum ad possessionem etc., prout dictus Petrus posset, si non cederet, [admitti], et, si magis expediens fuerit, quia forsan lis non pendet super titulo beneficii de resignatione dicti archidiaconatus per dictum Petrum facienda, provisione[1]) simpliciter pro oratore omissa in dicta supplicatione expressa pro parte vel in totum, prout expediens et necesse ac visum fuerit, et, quatenus forsan dictus Laurentius esset annalis possessor sive detentor, cum expressione dicte possessionis sive detentionis ac qualitatum suarum, et habendo, si videbitur, etiam omnes qualitates dicti Laurentii pro expressis, et similiter detentionis tempus dicendo sine canonico titulo, et habendo etiam specificam causam, propter quam jus sibi non competat, pro expressis, cum derogatione regule de annali possessore quoad omnes illius partes. Concessum. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Urbeveteri 3. non. junii anno 3.

Suppl. 1000 fol. 208.

3475. **9. Juni 1495.**

Klerken Johan Wulf faar Kanonikat og Præbende i Slesvig.

Supplicat Johannes Lupi clericus N. diocesis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Slesvicensis, per obitum Johannis Ouerhoff vacantibus [fructus 2 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Perusii 5. id. junii anno 3.

Suppl. 1001 fol. 32 v.

---

[1]) Cod. et provisione

3476. **13. Juni 1495.**

Klerken Johan Hertenbreker fra Slesvig Stift faar et evigt Vikariat i Lübeck.

Supplicat Johannes Hertenberken clericus Slesvicensis diocesis, quatenus sibi de perpetua sine cura vicaria ad altare gloriose virginis Marie et b. Andree apostoli situm in ecclesia s. Egidii Lubicensi [fructus 3 mr.], per obitum Johannis Denen vacante, providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Perusii id. junii anno 3.

Suppl. 1003 fol. 195 = 215 v.

3477. **24. Juni 1495.**

Præsten Hinricus Bode fra Hildesheim Stift faar Kanonikat og Præbende i Slesvig og en Sognekirke i Slesvig Stift.

Supplicat Hinricus Bode presbiter Hildesemensis diocesis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Slesvicensis ac parrochiali ecclesia ville N. dicte diocesis, per obitum Johannis Ouerhoff vacantibus [fructus insimul 6 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Et quod premissorum omnium et circa ea necessariorum, beneficiorum omnium predictorum, et cuiuslibet ipsarum ecclesiarum patronorum, nominum diocesium et quarumcunque aliarum qualitatum necnon valoris maior[is] aut minor[is] usque ad similes 6 mr. expressio et specificatio fieri possit in litteris. Et quod littere conjunctim aut separatim cum expressione valoris cuiuslibet absque mentione alterius expediri possint . . . . Et cum derogatione regule, quod, si plura beneficia ultra tria in una supplicatione impetrarentur, reliqua non censeantur impetrasse, cui pro hac vice derogare placeat. Datum Viterbii 8. kal. julii anno 3.

Suppl. 1001 fol. 17.

3478. **27. Juni 1495.**

Laurens Vesteni faar ny Provision paa Provstiet i Salling Syssel.

Alias s. v. de prepositura rurali, Salingsosel nuncupata, Vibergensis diocesis tunc vacante Laurentio Vesteni clerico Arusiensis diocesis, de nobili genere ex utroque parente procreato, provideri mandavit, prout in litteris s. v. desuper confectis plenius continetur. Cum autem tempore date dictarum litterarum Nicolaus Slob (!) episcopus Vibergensis modernus preposituram predictam per tres annos et ultra vel circa absque aliquo titulo sive juris adminiculo sibi desuper suffragante, sed auctoritate propria et de facto, detinuisset et tunc detineret indebite occu-

patam, de quo in eisdem litteris nulla mentio facta extitit, et propterea ab aliquibus asseratur litteras predictas surreptionis vitio subjacere et eidem oratori propterea minus utiles existere, supplicat dictus orator, inter quem et prefatum Nicolaum episcopum super dicta prepositura coram electo Andrensi . . . . lis pendet indecisa, quatenus . . . eidem locumtenenti, ut, causa huiusmodi, quatenus opus sit, in debito statu resumpta, in illa, alias juxta commissionem sibi desuper factam, procedat in omnibus, perinde ac si in litteris predictis de detentione predicta mentio facta fuisset, et nihilominus preposituram predictam [fructus 10 mr.] eidem oratori, etiam per *si neutri* . . . . et quo utilius oratori fuerit modo, conferat sibique provideat de eadem, mandare dignemini, non obstantibus regula s. v. de annali possessore, qua inter cetera disponitur, quod impetranti beneficium, et quod certo modo vacare pretenderet, alius quam tunc expressus vacationis modus etiam per litteras gratie si neutri vel si nulli aut alias suffragari [non][1]) possit, ut ea vice beneficium predictum consequi possit, illudque inantea nullatenus litigiosum censeatur, cui quoad omnes eius partes hac vice dumtaxat placeat derogare, et aliis constitutionibus. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 5. kal. julii anno 3.

Suppl. 1000 fol. 288.

3479. **30. Juni 1495.**

Klerken Herman Wachmester fra Slesvig Stift faar et evigt Vikariat i Hamburg.

Supplicat Hermannus Wachmester clericus Slesvicensis diocesis, quatenus sibi de perpetua sine cura vicaria in ecclesia b. Marie Hamburgensi Bremensis diocesis [fructus 4 mr.], per obitum Nicolai Elenghusen vacante, providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome pridie kal. julii anno 3.

Suppl. 1003 fol. 116 = 137 v.

3480. **3. Juli 1495.**

Klerken Peder Poulsen fra Børglum Stift faar ny Provision paa Kanonikat og Præbende i Viborg.

Alias canonicatu et prebenda ecclesie Vibergensis[2]) per liberam resignationem illorum tunc ultimi possessoris vacantibus,

---

[1]) add. Gz. [2]) Gz. — Cod. Vibergensis de quibus per

Petrus Pauli clericus Burglanensis diocesis auctoritate ordinaria sibi provideri de illis tunc obtinuit, possessione secuta . . . . Cum autem dubitet provisionem predictam viribus non subsistere, pro parte illius supplicatur, quatenus de canonicatu et prebenda predictis [fructus 4 mr.] eidem oratori providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 5. non. julii anno 3.

Suppl. 1001 fol. 85 v.

3481. **7. Juli 1495.**

Klerken Anders Mus fra Viborg Stift faar ny Provision paa Provstiet i Viborg.

Alias prepositura cathedralis ecclesie Vibergensis vacante, [*etc. som Nr. 3468 til* dignemini]. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome non. julii anno 3.

Suppl. 1001 fol. 242.

3482. **18. Juli 1495.**

Klerken Johan Hertenbreker fra Slesvig Stift faar en Sognekirke i Bremen Stift og et evigt Vikariat i Stade (?).

Supplicat Johannes Heremborfer (!) clericus Slesvicensis, quatenus sibi de parrochiali ecclesia in Aldelfrehaj (!) Bremensis diocesis [fructus 3 mr.] et de vicaria perpetua sita in parrochiali ecclesia vel monasterio seu capella intra vel extra opidum Sterde dicte diocesis [fructus etiam 3 mr.], per obitum Johannis Ouerhoff vacantibus, providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Et quod littere super premissis simul vel seorsum expediri possint. Datum Rome 15. kal. aug. anno 3.

Suppl. 1003 fol. 116 = 137.

3483. **11. Sept. 1495.**

Klerken Tilemannus fra Lübeck faar et evigt Vikariat udenfor Lübeck.

Cum Nicolaus Gornow clericus Lubicensis diocesis, cui nuper s. v., sub data videlicet 3. id. aug. anno 3, de perpetua vicaria in ecclesia, alias cappella, s. Georgii extra muros Lubicenses, quam Theodericus Pyel obtinebat, per obitum eiusdem Theoderici vacante, concessit provideri, concessioni huiusmodi ac omni juri sibi in dicta vicaria competenti in manibus s. v. sponte cedit, supplicat igitur Tilemannus de Lubeke clericus Lubicensis, quatenus, cessionem . . . . huiusmodi admittentes, sibi de vicaria predicta [fructus 4 mr.] sive premisso modo sive

adhuc per obitum dicti Theoderici Pyel vel Theoderici Stoneman aut Johannis Petri extra eandem curiam defunctorum aut liberam resignationem eorundem de illa vacet, providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 3. id. sept. anno 4.

Suppl. 1004 fol. 178 = 198 v.

3484. **12. Sept. 1495.**

Klerken Vibrandus de Obaghe fra Hildesheim Stift faar Kanonikat og Præbende i Lund og et Vikariat i Aarhus.

Supplicat Vibrandus de Obaghe clericus Hildesemensis diocesis, ex utroque parente de nobili genere procreatus, quatenus sibi de canonicatu et prebenda in ecclesia Londonensi [ɔ: Lundensi] ac vicaria in ecclesia Arusiensi [fructus 12 mr.], per obitum Johannis Andree vacantibus, providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Et cum derogatione regule de idiomate intelligibiliter loquendo pro hac vice. Datum Rome pridie id. sept. anno 4.

Suppl. 1004 fol. 98 v.

3485. **14. Sept. 1495.**

N. N. faar et evigt Vikariat i Lund, ledigt ved Jens Andersens Død.

Supplicat . . . .[1]) genitus, et cum quo super defectu natalium . . . .[1]) apostolica auctoritate dispensatum, quique dispensationis huiusmodi vigore . . . .[1]) promotus extitit, quatenus sibi de vicaria ad altare s. Erasmi situm [in] ecclesia Londonensi [ɔ: Lundensi] [fructus 2 mr.], per obitum Johannis Andree vacante, providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 18. kal. oct. anno 4.

Suppl. 1004 fol. 57 v.

3486. **27. Sept. 1495.**

Laurens Vesteni faar ny Provision paa Ærkedegneembedet i Viborg.

Cum inter quosdam Petrum Boetii primo ac postmodum Johannem Andree etiam ex pretenso jure dicti Petri Boetii respective et successive agentes ex una et Laurentium Vesteni clericum Arusiensis diocesis, de nobili baronum genere ex utroque parente procreatum, conventum [partibus ex altera] de archi-

---

[1]) Ødelagt af Fugtighed.

diaconatu ecclesie Vibergensis materia questionis exorta, et causa huiusmodi coram tunc Hieronimo de Porcariis vestri sacri palatii apostolici causarum auditore, nunc electo Andriensi, introducta et fere instructa fuisset, prefatus Johannes Andree lite sic indecisa pendente . . . ab humanis decessit. Cum autem non congruat oratori prefato novum parare collitigatorem, idcirco pro parte oratoris predicti supplicatur, quatenus . . . . causam huiusmodi ad se advocantes litemque ipsam penitus extinguentes eundem oratorem in omni jure, quod dicto condam Johanni Andree competebat, surrogare seu de archidiaconatu predicto [fructus 4 mr.] eidem oratori per modum surrogationis vel simplicis provisionis, prout utilius fuerit, providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 5. kal. oct. anno 4.

Suppl. 1005 fol. 109 = 89.

3487. 30. Sept. 1495.

Biskop Eggert Durkop faar Ærkedegneembede, Kanonikat og Præbende i Hildesheim, et evigt Vikariat i Moritzberg udenfor og St. Lamberts Sognekirke i Hildesheim.

Supplicat Egerdus episcopus Slesvicensis, unius ex palatii apostolici causarum auditoribus locum tenens, quatenus sibi, ut commodius sustentari valeat, de alicuius subventionis auxilio providentes, canonicatum et prebendam ac archidiaconatum Indenstorp in ecclesia Hildesemensi, [per obitum] Johannis Maniholte, ac vicariam perpetuam ad altare s. Martini, situm in collegiata ecclesia Montis s. Mauricii prope et extra muros, per obitum Hinrici Armensul, ac parrochialem ecclesiam s. Lamberti intra muros Hildesemenses, per obitum Reymari N. vacantes [fructus cuiusque 4 mr.], eidem Egerdo per eum, quoad vixerit, etiam una cum ecclesia Slesvicensi, cui preest, ac omnibus beneficiis, cum cura et sine cura, secularibus et ordinum quorumcunque regularibus, que in titulum et comendam obtinet et imposterum obtinebit, gubernandos, ita quod liceat sibi de fructibus eiusdem vicarie disponere, comendare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Et maior specificatio premissorum et etiam maioris valoris fieri possit in litteris, quatenus opus fuerit, regula non obstante. Datum Rome pridie kal. oct. anno 4.

Suppl. 1005 fol. 183 v.

3488. **12. Okt. 1495.**

Klerken Albert Asschen fra Odense Stift faar et evigt Vikariat i Lübeck og Sognekirken i Genin i Lübeck Stift.

Vacante alias perpetua sine cura vicaria s. Petri Lubicensi, Albertus Asschem clericus Ottoniensis diocesis illam auctoritate apostolica assecutus fuit possessione subsecuta ac fructus percepit. Cum autem dubitat huiusmodi assecutionem seu collationem ac possessionem cum inde secutis viribus non subsistere, supplicat, quatenus sibi de dicta vicaria, in cuius fundatione caveri dicitur, quod ipsam habens seu obtinens actu debe[a]t esse in sacerdotio constitutus et apud eam debeat personaliter residere, necnon de ecclesia parrochiali in Gemyn Lubicensis diocesis, per obitum Wulfardi Iebem [fructus insimul 8 mr.] [vacante], de novo ac simpliciter respective providere dignemini, consuetudinibus dicte ecclesie Lubicensis, quibus caveri dicitur, quod canonicus sive beneficiatus in ecclesia Lubicensi non possit aliud beneficium in civitate Lubicensi obtinere, quibus omnibus pro hac vice placeat derogare, non obstantibus. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Et quod littere super premissis seorsum vel divisim possint expediri in forma nove vel simplicis provisionis. Datum Rome 4. id. oct. anno 4.

Suppl. 1005 fol. 198 v.

3489. **16. Okt. 1495.**

Klerken Eggert Haynck fra Slesvig Stift faar et evigt Vikariat i St. Nicolai Kirke i Flensborg.

Supplicat Eggardus Hanynck clericus Slesvicensis diocesis, quatenus sibi de perpetua vicaria s. Trinitatis sita in parrochiali ecclesia s. Nicolai in Flensebirch dicte Slesvicensis diocesis, que de jure patronatus cuiusdam Petri Passow etiam presbiteri Slesvicensis diocesis existere dicitur [fructus 4 mr.], ex eo vacante, quod dictus Petrus Passeno (!) ipsam vicariam ac parrochialem ecclesiam predictam insimul per plures annos detinuit, prout de presenti detinet, fructus ex utrisque percipiendo forsitan de facto, eidem oratori Egerdo providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Et cum derogatione juris patronatus latius extendenda in litteris, in quantum opus fuerit, [pro] medietate. Datum Rome 17. kal. nov. anno 4.

Suppl. 1005 fol. 259 v.

3490. **16. Okt. 1495.**

Klerken Jens Gamer i Viborg faar Provstiet i Skallerup (Vendsyssel).

Supplicat Johannes Gamer decretorum doctor, clericus Vibergensis, quatenus sibi de prepositura rurali in Schrlamp (!) cum suis annexis Burglanensis diocesis, cui cura animarum et jurisdictio est annexa, per obitum Nicolai Friis vacante [fructus 4 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Et quod maior et verior specificatio omnium premissorum et necessariorum fieri dicteque prepositure qualitates et verius nomen et annuus valor usque ad 4 mr. consimiles ascendendo augeri et exprimi possint toties quoties in litterarum confectione. Datum Rome 17. kal. nov. anno 4.

Suppl. 1006 fol. 61 v.

3491. **20. Okt. 1495.**

Generalvikaren for Franciskanerprovinsen Britannia faar bevilget et Privilegiebrev efter Provinsen Dacias Mønster.

Reformatio vicarii generalis provincie Dacie.

Vicarius provincialis et fratres provincie Britanie, que communiter Anglia nominatur, ordinis fratrum Minorum, de observantia nuncupati, supplicant, quatenus s. v. dignetur eis litteras in forma consimili concedere cum omnibus clausulis in premissis concessis. Concessum. A. cardinalis s. Anastasie. Et cum omnibus clausulis prepetitis mutatis mutandis. Datum Rome 13. kal. nov. anno 4.

Suppl. 1006 fol. 71 v.

3492. **29. Okt. 1495.**

Klerken Eggert Haynck fra Slesvig Stift faar et evigt Vikariat i Flensborg.

Cum nuper perpetua sine cura vicaria sita in parrochiali ecclesia s. Nicolai in Flenssbarch Slesvicensis diocesis vacaverit et vacet ad presens, licet quidam Petrus Parsouw rector dicte parrochialis ecclesie eandem vicariam sine aliquo titulo sive juris adminiculo per certum tempus detinuerit, prout detinet, indebite occupatam, supplicat Eggerdus Haynck clericus dicte diocesis, quatenus . . . sibi de dicta vicaria [fructus 4 mr.], etiam si per obitum eiusdem Petri vacet, providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Et quod ultime vacationis modus, etiam si per decennium et ultra possederit, pro expresso habeatur. Datum Rome 4. kal. nov. anno 4.

Suppl. 1008 fol. 102 = 122.

3493. **29. Okt. 1495.**

Klerken Vincens Madsen fra Odense Stift faar Kanonikat og større Præbende i Haderslev.

Cum Petrus Pertzeult canonicus ecclesie b. Marie virginis Hadersleuensis Slesvicensis diocesis dictos (!) canonicatum et prebendam maiorem resignat, supplicat Vincentius Mathie clericus Ottoniensis diocesis, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda ex maioribus [fructus 4 mr.], sive ut premittitur aut per obitum dicti Petri extra curiam forte defuncti vacent, eidem oratori cum derogatione statutorum de optando de minori ad maiorem prebendas dicte ecclesie providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 4. kal. nov. anno 4.

Suppl. 1006 fol. 161 v.

Slesvicensis. Vincentius Mathie. Canonicatus per resignationem.

Uddrag i Indice 340 efter Reg. Lat. Alex. VI anno 4 lib. 12 (tabt) fol. 120.

3494. **3. Nov. 1495.**

Kong Hans faar Brevet om Franciskanerklostret i Helsingør (Nr. 3463) udstedt med flere Tilføjelser.

Reformatio Johannis Dacie, Norvegie, Gottorum regis.

Dignetur s. v. litteras super supplicatione, cuius copia preinseritur, [expediri mandare][1]) cum concessione licentie domum ipsam ampliandi cum ecclesia, campanili humili, campana, dormitorio, refectorio, claustro, ortis, ortaliciis et aliis necessariis officinis, non obstantibus Bonifacii pape VIII, prohibente, ne predicti et aliorum ordinum mendicantium fratres ad inhabitandum nova loca recipere presumant sine sedis apostolice licentia etc., privilegiis quoque ac litteris apostolicis aliorum pontificum, presertim Pauli II et Sixti IV et aliorum predecessorum vestrorum, fratribus prefatis, tam de observantia quam conventualibus nuncupatis, sub quibusvis verborum formis et expressionibus concessis, et absque clausula absolutionis guardiani et fratrum in ea degentium et dispensandi super dicta irregularitate, quia forsan fratres predicti non curabant illam habere vel petere. Fiat. R. Datum Rome 3. non. nov. anno 4.

Suppl. 1006 fol. 132.

[1]) add. Gz.

3495. 3. Nov. 1495.

Paven befaler Biskoppen og Dekanerne i Roskilde og København efter Kong Hans's Ønske at udjage Franciskanerkonventualerne af Klostret ved Helsingør og i Stedet indføre Observanterne.

Episcopo Roskildensi et Roskildensis ac b. Marie virginis Haffnensis ecclesiarum decanis. Ad sacram Petri sedem divina dispositione vocatos ad ea nos convenit intendere, per que divinus cultus et regularis observantia continuum suscipiat incrementum, presertim dum id catholicorum regum exposcit devotio et id in domino conspicimus salubriter expedire. Inter cetera namque salutis opera, quibus Johannes Dacie et Norvegie regnorum rex intentus existit, illud preclarum et exauditione dignum existimari debet, quod in reformandis religionum ordinibus erigendisque ac fundandis religiosis domibus eius in dies zelus animusque versatur. Sane pro parte dicti regis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod, cum in eodem regno Dacie prope et extra opidum Helsyngorense Roskildensis diocesis a suis predecessoribus ante paucos annos fuisset inchouata (!) quedam parva capella, nondum ceteris necessariis officinis consumatis, et eorundem predecessorum fuisset intentio, ut pro pacifica et felici eiusdem regni Dacie et aliorum suorum regnorum gubernatione ac statu eadem capella et locellus, in quo sita est, usui et habitationi fratrum Minorum sub regulari observantia secundum regularia eiusdem ordinis instituta viventium, domino famulantium pro tempore applicarentur, si apostolice sedis interveniret assensus, nichilominus succedente tempore nonnulli sub habitu dicti ordinis eundem locellum ceperunt inhabitare et inibi conventualiter seu collegialiter sub unius eorum guardiani obedientia vivere et seculum fugientes ad habitum regularem et professionem per fratres dicti ordinis emitti solitam recipere absque concessione et licentia prefate sedis et contra apostolicas constitutiones presumpserunt, latam in dicti ordinis professiones [ɔ: -sores] novas domos ad inhabitandum sine dicte sedis licentia recipientes excommunicationis sententiam incurrendo. Cum autem . . . ipsi fratres in eadem domo, ut predicitur, habitantes, vitam satis inhonestam et a tramite regularis observantie exorbitantem ducant in sue salutis periculum, religionis dedecus et scandalum plurimorum et eandem absque dicte sedis licentia, ut predicitur, et contra intentionem prefatorum predecessorum et fundatorum inhabitent, cupiatque dictus rex pro pace et quiete suorum regnorum eundem locel-

lum usui et habitationi fratrum dicti ordinis, de observantia nuncupatorum, concedi et assignari, pro parte sua nobis fuit supplicatum, quatinus votis et intentioni eorundem fundatorum annuere domumque prefatam cum suis oportunis edificiis et limitibus cure ac obedientie vicariorum generalis ultramontani ac provincialis provincie Dacie fratrum Minorum, de observantia nuncupatorum, secundum morem dicti ordinis eorumque successoribus pro tempore subjici [mandare][1]) dictisque vicariis et fratribus de observantia illam pro eorum perpetuis usu et habitatione recipiendi et perpetuo inhabitandi licentiam concedere . . . dignaremur. Nos igitur, qui religionis ac divini cultus diligimus ubilibet incrementum, eiusdem regis pium et laudabile propositum plurimis in domino laudibus extolentes et nichilominus de premissis certam notitiam non habentes, discretioni vestre mandamus, quatenus . . ., vocatis in eadem domo degentibus guardiano et fratribus predictis et aliis, qui fuerint evocandi, de premissis auctoritate nostra veritatem diligentius inquiratis, et, si per inquisitionem huiusmodi ita esse reppereritis, domum prefatam cum suis oportunis officinis ac limitibus et illos ex dictis guardiano et fratribus in ea nunc degentibus, qui voluerint, cure ac obedientie vicariorum generalis ultramontani ac provincialis provincie Dacie fratrum, de observantia nuncupatorum, secundum morem dicti ordinis eorumque pro tempore successoribus appellatione postposita subjiciatis eamque eisdem vicariis pro perpetuis usu et habitatione fratrum dicti ordinis, de observantia nuncupatorum, dicta auctoritate concedatis eisque eam cum ecclesia, campanili humili, campana, dormitorio, refectorio, claustro, ortis, ortalitiis et aliis necessariis officinis ampliandi et pro eorum perpetua habitatione recipiendi et perpetuo inhabitandi licentiam prefata auctoritate largi[a]mini, guardiano et fratribus in ea degentibus, qui dictorum vicariorum cure et obedientie subjici recusaverint, inde amotis et ad domos eiusdem ordinis translatis, jure parrochialis ecclesie et cuiuslibet alterius semper salvo, contradictores per censuram ecclesiasticam etc., invocato etiam, si ad hoc opus fuerit, auxilio bracchii secularis, non obstante Bonifacii pape VIII, prohibente, ne predicti et aliorum ordinum mendicantium fratres in aliqua civitate, villa vel castro aut alio quovis loco ad inhabitandum nova loca recipere aut hactenus recepta mutare presumant absque dicte sedis

[1]) add. Gz.

licentia speciali . . . . Nos enim, si submissionem, concessionem, licentiam et, que predicta sunt, per vos fieri contigerit, eisdem guardiano et fratribus ordinis et observantie predictorum, qui ipsam domum inhabitabunt pro tempore, ut omnibus privilegiis domibus dicti ordinis et illarum fratribus in genere concessis et concedendis, et quibus illi gaudent ac gaudere poterunt quomodolibet in futurum, gaudere libere valeant, concedimus. Datum Rome 3. non. nov. anno 4.

B. XXX. Bagarothus protonotarius.
Reg. Lat. 978 fol. 154.

3496. **4. Nov. 1495.**

Hinrik Klet faar Sognekirken i Borsem i Hildesheim Stift, ledig ved Eggert Durkops Resignation.

Nuper parrochiali ecclesia in Barsem [ɔ: Borsen Hildesemensis diocesis] . . . vacante, Hinrico Kalote [Klet][1]) decretorum doctori . . . fuit . . . de illa provisum, possessione subsecuta; et quia dubitat collationem . . . huiusmodi . . . viribus non subsistere, supplicat igitur, quatenus sibi de dicta parrochiali ecclesia [fructus 4 mr.], sive ut premittitur . . . sive per liberam resignationem Johannis [Alten] aut cuiusdam Danielis Berneriis aut renuntiationem juris Egerdi episcopi Slesvicensis vacat, de novo providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome pridie non. nov. anno 4.

Suppl. 1007 fol. 26.

3497. **10. Nov. 1495.**

Paven befaler Abbeden i Ryd Kloster og Provsten og Officialen i Slesvig, at de, efter Andragende af Kong Hans og Provincialministeren Jens Mogensen, skal overdrage Franciskanerklostret i Flensborg til Observanterne.

Abbati monasterii in Rurisregii Slesvicensis diocesis et preposito ecclesie Slesvicensis ac officiali Slesvicensi. Piis supplicum votis, illis presertim, ex quibus divini cultus augumentum (!) cum animarum salute provenire speratur, libenter annuimus, et ut optatum sortiantur effectum, presertim cum id catholicorum regum exposcit devotio et [id] in domino conspicimus salubriter expedire, opem et operam impendimus efficaces. Sane pro parte consulum et universorum incolarum opidi Flensburgensis Sles-

[1]) De ændrede Navne fra et efterfølgende Brev, der ikke vedrører Danmark.

vicensis diocesis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod, etsi Johannes Magni, ordinis fratrum Minorum professor et fratrum dicti ordinis, conventualium nuncupatorum, provincie Dacie secundum morem eiusdem ordinis minister provincialis et Francisci Sansonis fratrum eiusdem ordinis generalis ministri in dicta provincia commissarius ac locumtenens, ex honestis et rationabilibus causis ipsum moventibus ac de consilio et assensu multorum fratrum dicti ordinis, conventualium nuncupatorum, necnon etiam ad Johannis Dacie et Norvegie regis, consulum et incolarum eorundem instantiam sponte prestiterit assensum, quod domus dicti opidi fratrum eiusdem [ordinis][1], conventualium nuncupatorum, de cetero per fratres dicti ordinis, de observantia nuncupatos, pro eorum perpetuis usu et habitatione reciperetur et juxta regularia instituta ordinis predicti sub vicarii fratrum dicte provincie, de observantia nuncupatorum, obedientia et directione perpetuis tunc futuris temporibus regeretur et inhabitaretur, ac licentiam concesserit fratribus dicti ordinis, conventualibus nuncupatis, qui in domo predicta inhabitabant, si vellent, ad obedientiam dicti vicarii se transferendi et se ipsos juxta regularia instituta, ritus et mores predictorum fratrum, de observantia nuncupatorum, reformandi, et illis ex eis, qui ad dicti vicarii obedientiam se transferre nollent, obtulerit eos collocare in aliis domibus fratrum predictorum, conventualium nuncupatorum, in dicta provincia consistentibus, vicarius vero prefatus fratrum predictorum, de observantia nuncupatorum, ad regis, consulum et incolarum predictorum preces miserit ad dictam domum sex fratres dicti ordinis, de observantia nuncupatos, sub eius obedientia degentes, nichilominus fratres ipsi sic missi domum ipsam recipere pro eorum perpetua habitatione sine sedis apostolice licentia penitus recusarunt, et, antequam domum ipsam intrarent, solemniter protestati fuerunt, quod inibi tamquam hospites et advene sub dicti eorum vicarii obedientia stare et in divinorum celebratione et in hiis, que eis mandaret custos sive guardianus dicte domus, qui nunc erat de numero eorundem fratrum conventualium, ei suffragari et in nullo Pauli pape II litteris super concordatis inter conventuales et de observantia nuncupatos fratres dicti ordinis contravenire intendebant, prout in quibusdam publicis instrumentis desuper confectis ple-

[1]) add. Gz.

nius dicitur contineri. Quare pro parte consulum et incolarum, cupientium, ut asseritur, pro salubri directione dicte domus illam dictis vicario et fratribus, de observantia nuncupatis, pro eorum perpetuis usu et habitatione concedi et per eos inhabitari, confidentes [ɔ: -tium] eorum exemplari vita, predicationibus verbi dei, assidua et devota divinorum celebratione, consiliis et exhortationibus ad laudabiliter vivendum uberius [se] consequi posse suarum salutem animarum, necnon custodis et fratrum predictorum conventualium in dicta domo degentium nobis fuit supplicatum, ut domum predictam dictis vicario et fratribus, de observantia nuncupatis, pro eorum perpetuis usibus et habitatione concedere et eis illam recipiendi et perpetuo inhabitandi licentiam largiri . . . dignaremur. Nos igitur, qui ad commoda et profectum salutarem fratrum dicti ordinis, de observantia nuncupatorum, eorum exigentibus meritis, et salutem animarum libenter intendimus . . . ., discretioni vestre mandamus, quatenus, si et postquam, vocatis ministro provinciali ac commissario et locumtenente necnon custode et fratribus conventualibus predictis in dicta domo degentibus, de premissis vobis legitime constiterit, domum predictam dictis vicario et fratribus, de observantia nuncupatis, pro eo[rum] perpetuis usu et habitatione auctoritate nostra concedatis eisque illam recipiendi et perpetuo inhabitandi licentiam largi[a]mini, jure tamen parrochialis ecclesie et cuiuslibet alterius in omnibus semper salvo et sine cuiusquam prejudicio . . . ., non obstantibus Bonifacii pape VIII, qua cavetur, ne predicti [*etc. som Nr. 3495 til* speciali], necnon eiusdem Pauli predecessoris litteris predictis, per quas inhibetur dictis fratribus, de observantia nuncupatis, ne domus eorundem fratrum, conventualium nuncupatorum, pro eorum habitatione recipere presumant sub censuris et penis inibi expressis, eo ipso per eos, si contrafecerint, incurrendis[1]) . . . . Nos enim [*etc. som Nr. 3495 til* concedimus]. Datum Rome 4. id. nov. anno 4.

B. XXX. Bagarothus protonotarius.

Reg. Lat. 978 fol. 151 v; ogsaa (II) Supplik (Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie) i Suppl. 1006 fol. 247.

[1]) II tilføjer: necnon Sixti pape IV super concordia inter dicti ordinis fratres conventuales et de observantia, quibus et contentis in eis clausulis derogatoriarum derogatoriis placeat derogare . . . . Et quod super hiis deputentur executores cum clausula, *quatenus vos vel duo etc.* et cum censuris etc.

3498. **17. Nov. 1495.**

Kanniken Mogens Olufsen i Haderslev faar Dispensation til at besidde to ellers uforenelige og to ellers forenelige Embeder.

Supplicat Magnus Olaui canonicus collegiate ecclesie Hadersleuensis Slesvicensis diocesis, quatenus secum, ut quecunque duo beneficia curata seu alias invicem incompatibilia . . . . necnon duo beneficia compatibilia sub uno et eodem tecto consistentia . . . ., etiam si aliquod ipsorum obtineat . . . ., recipere et, quoad vixerit, retinere et illa, quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia recipere possit, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome 15. kal. dec. anno 4.

Suppl. 1007 fol. 17.

3499. **18. Nov. 1495.**

Klerken Eggert Hayneck fra Slesvig Stift faar et evigt Vikariat i Flensborg.

[Cum] nuper perpetua vicaria sita in parrochiali ecclesia s. Nicolai in Flonsbarch Slesvicensis diocesis vacaverit et vacet ad presens, licet quidam Nicolaus rector parrochialis ecclesie Rapserde dicte Slesvicensis diocesis eandem vicariam sine aliquo titulo seu juris adminiculo per certum tempus, citra tamen triennium, detinuerit, prout detinet de presenti, indebite occupatam, supplicat Egguedus Hayngk clericus dicte diocesis, quatenus . . . . sibi de dicta vicaria [fructus 4 mr.], etiam si per obitum eiusdem Nicolai vacet, providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Et quot annis beneficium huiusmodi possederit, ad hoc, ut regule de annali edite satisfiat, verior specificatio fieri possit in litterarum confectione. Datum Rome 14. kal. dec. anno 4.

Suppl. 1007 fol. 106.

3500. **30. Nov. 1495.**

Klerken Johan Hertenbreker fra Slesvig Stift faar Sognekirkerne i Gram og Nustrup.

Supplicat Johannes Hertenbeker clericus Slesvicensis diocesis, quatenus sibi de parrochiali ecclesia in Graue cum eius filia annexa in Musterp Ripensis diocesis, per obitum Lago[nis] Johannis [vacantibus], [cuius et annexe filie fructus 4 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome pridie kal. dec. anno 4.

Suppl. 1007 fol. 158 v.

3501. **1. Dec. 1495.**

Johan Hertenbreker faar Kanonikat og Præbende i Slesvig.

Supplicat Johannes Hertembrech clericus Slesvicensis diocesis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Ripensis, per obitum Lagonis Johannis vacantibus [fructus 4 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Datum Rome kal. dec. anno 4.

Suppl. 1013 fol. 239.

3502. **2. Dec. 1495.**

Klostret i Reinfeld i Lübeck Stift faar motu proprio bevilget, at det ikke maa bortgives som Kommende, men at Abbeden skal vælges kanonisk.

Cum, sicut accepimus, monasterium b. Marie virginis in Reynevelde Cisterciensis ordinis Lubicensis diocesis illiusque bona immobilia in terris maritimis et palidinosis ac in dominiis regis Dacie et ducis Olfacie (!) et diversorum aliorum dominorum temporalium sita sint, ac abbas pro tempore existens et conventus dicti monasterii ad tenendum et serviendum hospitalitatem tam pro rege et duce ac dominis predictis, dum ad ipsum monasterium accedunt, quam aliis personis ad illud confluentibus ac tam personis quam eorum equis de alimentis necessariis providendum sint astricti, dubiteturque, ne imposterum ipsius monasterii occurrente vacatione illud alicui in commendam concedatur, quod si fieret, profecto formidandum esset, ne illius bona, prout frequenter in monasteriis comendatis accidere solet, dissipentur, distrahantur, alienentur et depredantur [ɔ: -dentur], unde necesse foret, ut hospitalitas huiusmodi cessaret nec amplius inibi observari posset, monachi quoque illius, qui in numero quinquaginta et amplius existunt, quorum quadraginta in presbiteratus et decem vel duodecim in aliis inferioribus sacris ordinibus constituti sunt, sustentari nequirent, et per consequens opus esset, ut divinus cultus ibidem passim diminueretur, nos, premissis, prout ex pastoralis officii debito nobis incumbit, paterna solicitudine providere volentes, ac attendentes, quod Innocentius papa VIII . . . . ordinavit, quod monasteria, prioratus, beneficia et loca dicti ordinis cuicunque persone, cuiuscunque status foret, etiam per quascunque litteras et dispensationes ipsius predecessoris vel sedis apostolice, etiam motu proprio et ex certa scientia . . . ., comendari non possent, nec religiosi ipsius ordinis talibus comendandis et litteris, etiam quascunque sententias, censuras et penas continentibus, parere tenerentur, ipsius

predecessoris inherentes vestigiis motu et scientia similibus, etiam contemplatione dicti regis, tenore presentium statuimus, quod deinceps perpetuis [futuris] temporibus monasterium predictum, quoties illud vacare contigerit, quibusvis personis, cuiuscunque status fuerint . . . ., pretextu quarumvis litterarum apostolicarum comendari non possit, sed, illius occurrente toties quoties imposterum etiam apud sedem apostolicam vacatione, prefati conventus abbatem juxta canonicas sanctiones ipsiusque ordinis regularia instituta ac privilegia illi ab eadem sede concessa libere eligere possint, qui sic electus monasterium ipsum in spiritualibus et temporalibus gubernare illiusque ac bonorum eiusdem administrationem gerere libere valeat, decernentes quascunque reservationes et comendas de dicto monasterio factas et fiendas necnon litteras apostolicas desuper confectas et conficiendas nullius fore roboris vel momenti et per eas nullum jus cuiquam acquisitum fore. Fiat. R. Et in forma gratiosa ad perpetuam rei memoriam. Datum Rome 4. non. dec. anno 4.

Suppl. 1008 fol. 53 v.

3503. **13. Dec. 1495.**

Biskop Eggert Durkop faar Provstiet i Ramesloh i Bremen Stift samt Kanonikat og Præbende i Bremen.

Supplicat Egerdus episcopus Slesvicensis, unius ex palatii apostolici causarum auditoribus locumtenens, quatenus sibi, ut commodius sustentari valeat, de alicuius subventionis auxilio providentes, preposituram collegiate ecclesie in Ramaslo Bremensis diocesis, que in metropolitana dignitas non tamen maior post pontificalem et in collegiata principalis, curata et electiva forsan esse dignoscitur, ac canonicatum et prebendam in ecclesia Bremensi, quam quondam Conradus de Horn obtinebat, per obitum dicti Conradi vacantibus [fructus cuiusque 4 mr.] per eum, quoad vixerit, etiam cum una [ɔ: unacum] ecclesia Slesvicensi, cui preest, ac omnibus beneficiis . . . ., que in titulum et commendam obtinet, gubernandos, ita quod liceat sibi de fructibus etc. eiusdem prepositure disponere, commendare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Anastasie. Et verior specificatio premissorum et etiam maioris valoris fieri possit in confectione litterarum. Datum Rome id. dec. anno 4.

Suppl. 1008 fol. 175.

3504. **30. Dec. 1495.**

Hertug Frederiks Kansler, Kanniken Helmold Alverding i Slesvig, Sognepræst i Hatsted og Skovby, faar Dispensation til i tre Aar ikke at lade sig indvie til de højere Grader, naar han blot inden eet Aar var bleven indviet til Subdiakon.

Cum Helmoldus Aluerdingk canonicus Slesvicensis ac rector parrochialis ecclesie in Hatstede Slesvicensis diocesis, cum quo alias, ut ratione dicte ecclesie et ei annexe filie in Schowbull ad unum annum a fine primi anni, in quo tunc adhuc existebat, computandum ad aliquem ex sacris, etiam subdiaconatus, ordinibus se promoveri facere minime teneretur, dispensatum extitit per breve s. v., non confidit infra annum huiusmodi, in quo adhuc existit, se ad dictos sacros, etiam presbiteratus, ordines huiusmodi promoveri facere, attento, quod dictus orator obsequiis Federici regni Norvegie heredis, ducis Slesvicensis ac Holtsazie, Stornacie (!) etc. ducis etc. ut cancellarius continue insistere habet, nec aliquis episcopus in diocesi Slesvicensi resideat, qui ordines conferre possit, supplicat igitur, quatenus sibi, ut ratione dicte parrochialis ecclesie et filie ei annexe, que [ɔ: quas] obtinet, ad triennium a fine dicti anni per s. v. prorogati ad aliquem ex sacris ordinibus se promoveri facere minime teneatur, concedere et prorogare dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. . . . . Et cum dispensatione et prorogatione prepetitis ad triennium, dummodo infra annum sit subdiaconus, ut prefertur. Et per breve s. v. Datum Rome 3. kal. jan. anno 4.

Suppl. 1009 fol. 1 v.

3505. **1. Jan. 1496.**

Helmold Alverding faar Dispensation til med Sognekirken i Hatsted at forene et andet ellers dermed uforeneligt Embede.

Supplicat Helmoldus Aluerdinck ecclesie Slesvicensis canonicus et rector parrochialis ecclesie in Hatstede eiusdem Slesvicensis diocesis, quatenus sibi, ut una cum parrochiali ecclesia prefata et filia ei annexa in Schowbal quodcunque aliud seu illa dimissa quecunque duo alia curata seu alias invicem incompatibilia beneficia . . . ., si sibi alias canonice conferantur, etiam si sint simul sub uno et eodem tecto, dummodo non sint canonicatus et prebende, dignitates vel officia, recipere et insimul, quoad vixerit, retinere libere valeat, cum potestate . . . illa . . . toties quoties dimittendi . . ., dispensare dignemini. Con-

cessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome kal. jan. anno 4.

Suppl. 1009 foi. 21 v.

3506. **13. Jan. 1496.**

Klerken Johannes Lunden fra Halberstadt Stift faar et evigt Vikariat i Hamburg, hvortil Hertugerne af Holsten har Patronatsret, og hvorom han havde ført Proces ved Kurien.

Lite et causa coram Egerdo episcopo Slesvicensi, unius ex vestri sacri palatii apostolici causarum auditoribus locumtenente, inter devotum v. s. oratorem Johannem Lunden clericum Halberstadensis diocesis actorem et quendam Wilhelmum Scroder assertum clericum et intrusum adversarium de perpetua vicaria ad altare s. Stephani situm in collegiata ecclesia b. Marie Hamburgensi, que de jure patronatus ducis Holtzacie existit, et quam olim quidam Gerardus de Czersen . . . resignare proposuisset, et v. s. preposito ecclesie s. Crucis Hildesemensis, ut resignationem huiusmodi a dicto Berhardo (!) admitteret illaque admissa de ea prefato oratori de consensu eiusdem ducis Holtzatie provideret, commisi[sse]t, [et de qua][1]) dictus prepositus, constito sibi de consensu Johannis regis Dacie et ducis Holtzacie, eidem oratori providit, et in qua eo non obstante dictus Wilhelmus, pretendens se dudum antea[2]) ad eandem vicariam per eundem Johannem regem et Holtzatie ducem necnon Fredericum eiusdem ducis germanum etiam Holtzatie ducem presentatum et institutum [esse], se intruserat etc., . . . reum et conventum in prima instantia pendente, a nonnullis asseritur neutri ipsorum collitigantium in dicta vicaria jus competere, sed illam adhuc vacare. Supplicat igitur idem Johannes Lunden orator, quatenus . . . . eidem sive in eius locum surrogato vel surrogando auditori mandare dignemini, quatenus, si per eventum litis huiusmodi sibi constiterit neutri collitigantium predictorum in dicta vicaria jus competere, sed illam adhuc vacare, perpetuam vicariam predictam eidem oratori, attento quod ducum predictorum consensum habet, conferat sibique . . . provideat de eadem. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Et quod liceat oratori nullum jus sibi competere ex premissa causa et tunc in forma si alteri et exprimere valorem usque ad 10 mr. Datum Rome id. jan. anno 4.

Suppl. 1009 fol. 169.

---

[1]) add. Gz. [2]) Gz. — Cod. postea

3507. 14. Jan. 1496.

Eggert Haynek faar Dispensation til at besidde to indbyrdes forenelige Embeder i samme Kirke.

Supplicat Egerdus Hynk presbiter Slesvicensis diocesis, quatenus secum, ut in quibuscunque cathedralibus, etiam metropolitanis, vel collegiatis aut parrochialibus aut aliis ecclesiis quecunque duo beneficia, [etiam] sub singulis tectis consistentia, se invicem compatientia etiam similis qualitatis . . . . cum clausula permutandi toties quoties recipere et retinere libere possit, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 19. kal. febr. anno 4.

Suppl. 1009 fol. 112.

3508. 15. Jan. 1496.

Klerken Erik Valkendorf fra Roskilde Stift faar Sognekirkerne i Næsby og Tyvelse.

Nuper parrochiali ecclesia Nesbuy et Tuissuillsse (!) eius annexa Roskildensis diocesis per obitum Nicolai Andree vacantibus, Ericus Walkendorp clericus dicte diocesis, de nobili genere ex utroque parente procreatus, de dicta ecclesia cum eius annexa auctoritate ordinaria sibi provideri obtinuit, possessione subsecuta. Cum autem dubitet collationem et provisionem predictas viribus non subsistere, dictaque ecclesia adhuc a nonnullis asseritur vacare, eapropter supplicat prefatus Ericus, quatenus sibi de dicta ecclesia Nesbuy cum illius annexa predicta [quorum fructus 4 mr.] in forma simplicis aut nove provisionis providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 18. kal. febr. anno 4.

Suppl. 1009 fol. 213 v.

3509. 15. Jan. 1496.

Præsten Eggert Haynck fra Slesvig Stift faar Appellationsfristen i en Sag, han har ført for Eggert Durkop som Dommer, forlænget med eet Aar.

Lite et causa [pendente] inter Egerdum Hymk presbiterum Slesvicensis diocesis et quendam Detleuum de Croysk assertum laicum adversarium de emptione nonnullarum rerum et bonorum et rebus aliis in actis cause huiusmodi latius deductis . . . coram Egerdo episcopo Slesvicensi loci ordinario seu eius officiali in partibus illis, prefatus episcopus taliter qualiter procedens unam pro Decteleuo (!) et contra oratorem tulit et promulgavit sententiam diffinitivam; a qua pro parte dicti Egerdi Hymk ad s. v. sanctamque sedem apostolicam appellato, e. s. v.

causam appellationis huiusmodi certis judicibus in partibus illis vigore rescripti apostolici commisit . . . . . Cum autem prefatus Egerdus Hymk dubitet infra annum ad prosequendum appellationem a jure statutum dictam causam prosequi et terminare non posse, supplicat, quatenus dictum primum annum, infra quem adhuc dictus Egerdus Hymk orator existit, ab eius fine ad alium annum eum immediate sequentem prorogare dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Datum Rome 18. kal. febr. anno 4.

Suppl. 1009 fol. 112.

3510. **15. Jan. 1496.**

Roskildekanniken Erik Valkendorf faar Dispensation til for eet Aar ikke at lade sig indvie til de højere Grader.

Supplicat Ericus Walkadorp canonicus ecclesie Roskildensis, de nobili genere ex utroque parente procreatus, quatenus sibi, ut ratione dictorum canonicatus et prebende, quos obtinet, seu quorumcunque beneficiorum sacros ordines requirentium, que forsan nunc obtinet seu pro tempore obtinebit, in Romana curia residendo seu aliquo generali studio, ubi illud vigeat, insistendo, ad aliquem ex sacris ordinibus hinc ad annum a data presentium computandum se promoveri facere minime teneatur nec . . . propterea eisdem canonicatu et prebenda privari aut amoveri possit, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Datum Rome 18. kal. febr. anno 4.

Suppl. 1009 fol. 231.

3511. **19. Jan. 1496.**

Eggert Durkop faar Tilladelse til at hente Relikvier fra Klostret Tre Fontane udenfor Rom.

Supplicat Egerdus episcopus Slesvicensis . . . ., quatenus sibi, quod de reliquiis sanctorum decemmilium martirum sub capella b. Marie de Scala intra septa monasterii s. Anastasii, Triumfontium nuncupati, extra muros Urbis siti existenti de licentia cardinalis s. Georgii dicti monasterii perpetui comendatarii seu eius vicarii ex eodem monasterio pro tempore habitis aut quorumcunque aliorum sanctorum vel sanctarum reliquias, si quas habere potuerit, in Urbe [vel] extra eandem Urbem, quocunque sibi placuerit, cum reverentia tamen et honore defferre libere possit, concedere dignemini, non obstantibus quibusvis

censuris et penis contra exportantes ab Urbe sanctorum reliquias a summis pontificibus latis et fulminatis. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Datum Rome 14. kal. febr. anno 4.

Suppl. 1009 fol. 180 v.

3512. **28. Jan. 1496.**

Klerken Benedikt Pogwisch fra Slesvig Stift faar Kanonikat og Præbende i Hildesheim.

Cum nuper, lite et causa coram certo palatii causarum auditore inter Danielem Berner canonicum Hildesemensem actorem et certum suum adversarium intrusum de certis canonicatu et prebenda ecclesie Hildesemensis . . . . . . in prima instantia indecisa pendente, prefatus Daniel certos alios canonicatum et prebendam eiusdem ecclesie in illa fuerit pacifice assecutus . . . ., et propterea jus, quod prefato Danieli in ipsis litigiosis canonicatu et prebenda competebat, per assecutionem huiusmodi vacet ad presens aut de proximo vacare speretur . . . ., supplicat Benedictus Pogewisch clericus Slesvicensis diocesis, quatenus . . . . prefato auditori mandare dignemini . . . ., ut assecutione predicta facta prefatum Benedictum oratorem in omni jure . . . ., quod eidem Danieli in litigiosis canonicatu et prebenda predictis . . . . competebat, surroget dictumque jus sibi conferat et provideat etiam de eodem ac ipsum Benedictum ad huiusmodi jus eiusque ac litis et cause predictarum prosecutionem et defensionem in eodem statu admitti faciat et nichilominus litigiosos canonicatum et prebendam predictos [fructus 4 mr.] eidem Benedicto oratori conferat et provideat etiam de eisdem. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Et in forma surrogationis, si neutri, si nulli [etc.]. Datum Rome 5. kal. febr. anno 4.

Suppl. 1013 fol. 147.

3513. **1. Febr. 1496.**

Daniel Berner faar Dekanatet i Hildesheim, som bl. a. Eggert Durkop resignerer.

Cum, lite et causa coram certo palatii apostolici causarum auditore inter Johannem Copis canonicum Leodiensem actorem et Theodericum episcopum Lubicensem intrusum de decanatu ecclesie Hildesemensis . . . . in prima vertente instantia . . . ., prefatus Johannes . . . omni juri in dicto decanatu sibi compe-

tenti . . . . cedat, supplicat Daniel Berner canonicus Hildesemensis legum doctor, quatenus cessionem huiusmodi admittentes . . . . prefato auditori committere dignemini . . ., ut prefatum Danielem in omni jure, quod eidem Johanni in dicto decanatu competebat, surroget . . . . et nichilominus decanatum predictum, qui inibi maior post pontificalem ac in s. Johannis prope et extra muros Hildesemenses ac in b. Marie Magdalene aule episcopalis Hildesemensis collegiatis ecclesiis principalis dignitas existit, quique in eisdem s. Johannis et b. Marie Magdalene ecclesiis collegiatis huiusmodi principalem preheminentiam habere dinoscitur, et ad quem consuevit quis per electionem assumi, eique cura animarum ac jurisdictionalis imminet [fructus 15 mr.], etiamsi per resignationem Johannis Copis . . . aut ex eo, quod lite et causa predicta pendente prefatus Theodericus et Egerdus episcopus Slesvicensis, in minoribus tunc constituti, in dicto decanatu jus sibi competere pretendentes, Lubicensi et Slesvicensi ecclesiis tunc pastoribus carentibus in illarum episcopos apostolica auctoritate respective prefecti et apud sedem predictam consecrati extiterunt, . . . vacet, ac ex eo, quod . . . Johannes Copis litterarum apostolicarum sollicitator et Egerdus prefati palatii apostolici causarum auditor et e. s. v. existunt familiares, generaliter reservatus existat, eidem Danieli oratori conferat et provideat de eodem. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome kal. febr. anno 4.

Suppl. 1013 fol. 146 v.

3514. **1. Febr. 1496.**

Eggert Durkop faar det overdraget til en Auditør ved Kurien at give ham ny Provision paa Provstiet i Hildesheim, hvorom han havde ført Proces i Rom.

Alias Egerdus episcopus Slesvicensis . . ., accepto per eum, quod prepositura ecclesie Hildesemensis, que inibi dignitas et, ut a nonnullis asseritur, post pontificalem maior existit, vacaret, preposituram predictam tamquam tunc vacantem, licet forsan non vacaret, pretextu certe sue expectative gratie sibi per Innocentium papam VIII concesse, licet ipsa prepositura, etiam si vere vacaret, sub dicta gratia forsitan non comprehenderetur, et idem episcopus extra legitimum tempus, infra quod illum opportuisset eandem acceptasse, existeret, acceptavit et de illa sibi provideri obtinuit, licet, ut prefertur, ac alias nulliter et de facto; et postmodum idem Egerdus episcopus causas, quas habebat et habere volebat contra quendam Henricum de Swartzeburch as-

sertum clericum adversarium intrusum de dicta prepositura rebusque aliis etc., certo palatii apostolici causarum auditori committi et commissionis huiusmodi vigore citationem per edictum publicum contra prefatum Henricum adversarium in Romana curia et extra eam per edictum publicum expediri demandatum decerni et forsan ad omnium vel aliquorum terminorum substantialium observationem, citra conclusionem, procedi obtinuit. Cum autem a nonnullis asseratur etiam dicto Henrico, qui adhuc intrusus est in dicta prepositura, jus non competere, supplicat dictus Egerdus episcopus, quatenus, ... gradum et nobilitatem dicti Henrici . . . pro expressis habentes, prefato auditori cause mandare dignemini, ut, si per eventum litis huiusmodi sibi constiterit etiam dicto Henrico in dicta prepositura jus non competere, preposituram predictam [fructus 30 mr.] . . . eidem Egerdo episcopo per eum, quoad vixerit, etiam una cum ecclesia Slesvicensi, cui preest, ac cum omnibus aliis beneficiis . . . ., que in titulum et commendam obtinet . . . ., ac annuis pensionibus, quas super quibusvis fructibus etc. ecclesiasticis percipit, tenendam, ita quod liceat [sibi] de dicte prepositure fructibus disponere, commendet, premissis ac regula cancellarie, de annali possessore nuncupata, que incipit *Ut improbus* etc., cui ad omnes eius partes derogare placeat, non obstantibus. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Et in forma surrogationis, gratie [etc.]. Datum Rome kal. febr. anno 4.

Suppl. 1011 fol. 83.

3515. **5. Febr. 1496.**

Klerken Jakob Krumpen fra Aarhus Stift faar Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Nuper vacantibus canonicatu et prebenda ecclesie Roskildensis per obitum Nicolai Andree, Jacobus Crumpen [clericus] Arusiensis diocesis, de nobili genere ex utroque parente procreatus, de illis auctoritate ordinaria sibi provideri obtinuit, possessione subsecuta. Cum autem dubitet collationem et provisionem predictas viribus non subsistere dictosque canonicatum et prebendam adhuc vacare, supplicat, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 7 mr.] in forma simplicis aut nove provisionis . . . . providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome non. febr. anno 4.

Suppl. 1010 fol. 241.

3516. **6. Febr. 1496.**

Sognepræsten Erik Valkendorf i Næsby faar Dispensation til dermed at forene Besiddelsen af et andet ellers dermed uforeneligt Embede.

Supplicat Ericus • Valkendorp rector parrochialis ecclesie Nesbay et eius annexe Roskildensis diocesis, de nobili genere ex utroque parente procreatus et in artibus magister, quatenus secum, ut una cum dicta ecclesia quodcunque aliud et illa per eum dimissa quecunque alia duo curata seu alias invicem incompatibilia beneficia . . . . recipere et insimul, quoad vixerit, cum clausula permutandi toties quoties etc. retinere libere possit, dispensare dignemini. Fiat. R. Datum Rome 8. id. febr. anno 4.

Suppl. 1010 fol. 241.

3517. **9. Febr. 1496.**

Sognepræsten Eggert Haynck i Adelby i Slesvig Stift faar Dispensation til ogsaa at besidde et andet ellers med Sognekirken uforeneligt Embede og Fritagelse for at residere samt Ret til at ombytte Embederne med andre.

Supplicat Egidius (!) Haynck rector parrochialis ecclesie in Adelbit Slesvicensis diocesis, quatenus secum, ut una cum dicta parrochiali, quam inter cetera obtinet, unum aliud et absque illa quecunque duo curata seu alias invicem incompatibilia beneficia . . . . recipere et insimul, etiam cum clausula permutandi toties quoties etc., retinere ac etiam, ut, quoad vixerit, in Romana curia vel altero suorum beneficiorum residendo aut litterarum studio in loco, ubi illud vigeat generale, insistendo fructus omnium beneficiorum . . . distributionibus quotidianis dumtaxat exceptis libere percipere valeat . . . . et ad residendum in eisdem minime teneatur . . . ., dispensare, quodque [sibi][1]), ut omnia beneficia, que obtinet . . ., etiam que non sint dignitates maiores vel principales . . . ., extra dictam curiam in ordinariorum locorum seu personarum in ecclesiastica dignitate constitutarum aut canonicorum cathedralium, etiam metropolitanarum, ecclesiarum per eum eligendorum manibus . . . resignare, et eisdem ordinariis aut personis in ecclesiastica dignitate constitutis, etiam canonicorum, etiam compermutantium, personis, [ut] resignationem huiusmodi admittere . . . . possint, plenam et liberam facultatem concedere dignemini, non obstantibus etiam, si in eisdem primam non fecerit residentiam, ac Bonifacii pape VIII, per quam huiusmodi concessiones sine prefinitione temporis fieri

[1]) add. Gz.

prohibetur, et aliis constitutionibus apostolicis. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 5. id. febr. anno 4.

Suppl. 1010 fol. 270 v.

3518. **20. Febr. 1496.**

Præsten Johannes Koch fra Mainz Stift faar Kanonikat og Præbende i Slesvig.

Canonicatu et prebenda ecclesie Slesvicensis per liberam resignationem sive permutationis causa Conradi Milembach vacantibus, prepositus, canonici et capitulum dicte ecclesie Slesvicensis Johannem Coci presbiterum Maguntine diocesis in canonicum receperunt eidemque possessionem realem et actualem tradiderunt ac locum in choro et capitulo assignarunt; verum orator prefatus dubitat receptionem ac possessionem huiusmodi predictas et inde secuta forsan viribus non subsistere, sed eosdem adhuc vacare. Supplicat igitur . . ., quatenus sibi de canonicatu et prebenda predictis [fructus 4 mr.] in forma nove aut simplicis provisionis . . . providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 11. kal. martii anno 4.

Suppl. 1011 fol. 168 v.

3519. **21. Febr. 1496.**

Kong Hans' Notar, Sognepræsten Erik Valkendorf i Næsby og Tyvelse faar Dispensation til ikke at lade sig indvie til de højere gejstlige Grader i de første 7 Aar, naar han blot inden eet Aar bliver Subdiakon.

Supplicat Ericus Valkendropp rector parrochialis ecclesie Nesby et Tuielsse eius anexe Roskildensis diocesis, de nobili genere ex utroque parente procreatus ac regis Dacie notarius et familiaris, quatenus secum, ut ratione dicte ecclesie et annexe huiusmodi, quam obtinet, seu alterius beneficii per eum pro tempore obtinendi [ɔ: obtenti] ad aliquem ex sacris ordinibus in studio generali, ubi illud viget, studiis litterarum incumbendo hinc ad septennium a data presentium incipiendum se promoveri facere minime teneatur, nec . . . propterea dicta ecclesia aut eius fructibus privari possit, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Et dummodo infra annum sit subdiaconus. Datum Rome 10. kal. martii anno 4.

Suppl. 1011 fol. 75 v.

3520. 21. Febr. 1496.

Klerken Hemmingus Luncho fra Minden Stift faar et evigt Vikariat i Verden mod at betale Pension til Klerken Albert Asschen fra Odense.

Perpetua vicaria ad altare, cuius patronorum nomina in litteris exprimi possint, in ecclesia Verdensi per promotionem Egerdi Durcap ad ecclesiam Slesvicensem . . . ., ut sperabatur, vacatura aut vacante, fuit de illa Alberto Asschen clerico Ottoniensis diocesis auctoritate apostolica concessum provideri . . . . Et deinde, orta lite etiam in Romana curia coram certo . . . . auditore . . . . inter Egerdum episcopum et Albertum oratorem de vicaria huiusmodi ac rebus aliis, in eadem causa aliqualiter processum fuit; verum Egerdus episcopus ac Albertus prefati dictam perpetuam vicariam ac omne jus sibi in eadem competens in manibus s. v. aut alterius cuiuscunque potestatem cessionem et resignationem huiusmodi admittere habentis sponte resignant . . . . Supplicat igitur Hemmingus Luncko clericus Mindensis diocesis, quatenus, resignationem huiusmodi admittentes . . . ., causam huiusmodi ad se advocantes litemque extinguentes, de perpetua vicaria predicta [fructus 6 mr.] eidem Hemmingo oratori providere, et, ne dictus Albertus ex resignatione huiusmodi nimium dispendium patiatur, eidem pensionem annuam 8 fl. renensium, quoad vixerit, super dicte vicarie fructibus per dictum Hemmingum et eiusdem in dicta vicaria successores annis singulis in locis et terminis in litteris deputandis et exprimendis et sub censuris et penis consuetis solvendam reservare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 10. kal. martii anno 4.

Suppl. 1011 fol. 49.

3521. 27. Febr. 1496.

Paven tilstaar Biskop Eggert Durkop en aarlig Pension af Oblegiet Eddensem i Hildesheim.

Egerdo episcopo Slesvicensi. Personam tuam [etc.]. Cum itaque hodie tu[1]), qui canonicatum et prebendam ecclesie Hildesemensis ac perpetuum oblegium Eddensem[2]) nuncupatum in eadem ecclesia ex concessione et dispensatione apostolica inter cetera obtines, oblegium predictum, quod per canonicos eiusdem ecclesie dumtaxat obtineri consuevit, in manibus nostris sponte resignaveris, nosque resignationem huiusmodi admittentes de

[1]) H tilføjer: Innocentii pape VIII capellanus [2]) H: Eddesem

dicto oblegio apud sedem apostolicam tunc vacante et antea dispositioni apostolice reservato Danieli Berner[1]) canonico eiusdem ecclesie per alias nostras litteras provideri mandaverimus . . ., nos tibi, qui etiam locum unius ex palatii apostolici causarum auditoribus de mandato nostro tenes, ne ex resignatione huiusmodi nimium dispendium patiaris . . . ., de alicuius subventionis auxilio providere . . . . volentes . . . ., pensionem annuam 4 mr. super fructibus[2]) dicti oblegii tibi, quoad vixeris, vel procuratori tuo . . . per eundem Danielem, cuius ad hoc expressus accedit assensus, pro una videlicet in b. Johannis baptiste et alia medietatibus pensionis eiusdem in domini nostri Jesu Christi nativitatum festivitatibus annis singulis integre persolvendam et per te, quoad vixeris, etiam una cum dicta ecclesia Slesvicensi, cui preesse dinosceris, percipiendam tenore presentium reservamus, decernentes eundem Danielem ad integram solutionem pensionis huiusmodi . . . fore obligatum, ac volentes . . ., quod, si dictus Daniel in dictis festivitatibus vel saltem infra triginta dies illarum singulas immediate sequentes pensionem huiusmodi non persolverit, . . . sententiam excommunicationis incurrat . . ., ac tibi, quod, dicto Daniele cedente vel decedente seu alias oblegium ipsum quomodolibet dimittente, liceat tibi ad dictum oblegium liberum habere regressum, . . . indulgemus. Et nichilominus Alexandrino et Pennensi episcopis ac officiali Mindensi mandamus, quatenus . . . faciant auctoritate nostra pensionem predictam tibi, quoad vixeris, . . . integre persolvi. Datum Rome 4. kal. martii anno 4.

Gratis de mandato pape.

Reg. Vat. 818 fol. 204; ogsaa (II) Supplik (Fiat. R.) i Suppl. 1013 fol. 126.

3522. 28. Marts 1496.

Dr. Jakob Jakobsen Bonn, Kannik i Lund, og Åbokanniken Laurentius Johannis, der begge er tilstede i Rom, faar Tilladelse til at besøge det hellige Land.

Cum Jacobus Jacobi *(Dipl. dioc. Lund. V).* Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat, attento, quod oratores [sunt] in Romana curia presentes. Datum Rome 5. kal. aprilis anno 4.

Suppl. 1013 fol. 37 v.

[1]) II tilføjer: prefati Egerdi episcopi nepoti [2]) II tilføjer: fructus 10 mr.

3523. **6. April 1496.**

Klerken Johan Hertenbreker fra Slesvig faar et evigt Vikariat i Kiel.

Cum nuper perpetua sine cura vicaria sita in ecclesia s. Nicolai opidi Kyle Bremensis diocesis per obitum Hermanni Desmendes vacaverit et vacet ad presens, licet quidam N. assertus clericum (!) eandem vicariam sine aliquo titulo sive juris adminiculo per certum tempus, citra tamen spatium unius anni, detinu[er]it indebite, prout detinet, occupatam, supplicat igitur Johannes Heuerbrich clericus Slesvicensis, quatenus sibi de dicta vicaria, que de jure patronatus laicorum existit [fructus 4 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 8. id. aprilis anno 4.

Suppl. 1014 fol. 273 v.

3524. **6. April 1496.**

Johan Hertenbreker faar et andet Vikariat i Kiel.

Cum nuper perpetua sine cura vicaria sita ad altare decem millium militum in cappella b. Marie virginis oppidi Kile Bremensis diocesis per obitum Johannis Donen vacaverit et vacet ad presens, licet quidam Johannes Hestman assertus clericus sine aliquo titulo sive juris adminiculo et contra tenorem beneficii illius fundationis per certum tempus, citra tamen anni spatium, detinuerit, prout detinet, indebite occupatam, supplicat igitur Johannes Hertenbreker clericus Slesvicensis diocesis, quatenus sibi de dicta vicaria, que de jure patronatus laicorum existit [fructus 4 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 8. id. aprilis anno 4.

Suppl. 1014 fol. 15 v.

3525. **25. April 1496.**

Eggert Durkop faar Provstiet og Kustodiet i Minden, hvorom han havde ført Proces ved Kurien.

Alias lite et causa de prepositura ac, que inibi simplex officium existit, custodia ecclesie Mindensis cuidam commissario in Romana curia residenti primo et successive certo . . . . auditori ad instantiam Egerdi episcopi Slesvicensis contra quendam Henricum Meyer assertum clericum adversarium intrusum commissa, dictus commissarius diffinitivam adjudicatoriam cum fructuum condempnatione pro dicta creatura . . . promulgavit sententiam, a qua pro parte dicti adversarii appellato, causa eadem alteri auditori . . commissa et in illa ad aliquorum et forsan omnium terminorum substantialium observationem, citra tamen

conclusionem, processum extitit. Cum autem a nonnullis asseratur neutri . . . in prepositura et custodia predictis jus competere, supplicat dictus episcopus, quatenus . . . prefato posteriori auditori mandare dignemini, ut, si . . . sibi constiterit neutri predictorum . . . in prepositura et custodia predictis jus competere[1]), preposituram, que in dicta ecclesia dignitas . . . post pontificalem maior existit [fructus 20 mr.], necnon custodiam predictam [fructus 8 mr.] eidem Egerdo episcopo per eum, quoad vixerit, etiam una cum ecclesia Slesvicensi ac omnibus aliis beneficiis . . . imposterum tenendas, ita quod liceat sibi de fructibus prepositure et custodie predictarum disponere, commendet. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 7. kal. maji anno 4.

Suppl. 1015 fol. 92 v.

3526. **1. Maj 1496.**

Klerken Johannes de Alten fra Münster Stift faar Sognekirken i Diekholzen i Hildesheim Stift, hvorom han havde ført Proces med Eggert Durkop.

Cum alias s. v., accepto per eam, quod parrochialis ecclesia in Diderckholtesen Hildesemensis diocesis certo modo vacans fuisset Jacobo Questenberch apostolica auctoritate collata, et quod Johannes de Alten clericus Monasteriensis diocesis . . . eandem ecclesiam occupasset et in illa se intrusisset . . ., licet ipse Johannes orator illam non suo, sed Egerdi episcopi Slesvicensis nomine possideret, per apostolicas litteras expeditas sub plumbo eundem Johannem oratorem sub excommunicationis maioris . . . et aliis penis . . . monuisset, quatenus[2]) [ɔ: quas] infra certum tunc expressum et jam dudum effluxum terminum incurrisset, quatenus possessione eiusdem ecclesie vacavisset et alia quamplura fecisset ac officialem Hildesemensem inter alios earundem litterarum executorem deputasset, ipseque et (!) predicte littere contra prefatum Johannem executioni fuissent demandate[2]), dictus Egerdus episcopus . . . . causam super dicta ecclesia Achilli de Grassis, palatii apostolici causarum auditori, committi ac commissionis [huiusmodi] vigore prefatum Jacobum ad judicium evocari et in illa ad aliquos paucos actus . . . procedi obtinuit. Cum autem Jacobus et Egerdus episcopus prefati liti et cause huiusmodi ac omni juri sibi in dicta ecclesia competenti in manibus s. v. sponte cedere proponant, . . . supplicat dictus Johannes de Alten orator, quatenus cessionem admittentes huius-

1) Gz. — Cod. jus non competere 2-2) Teksten her korrupt.

modi . . . sibi de dicta ecclesia [fructus 4 mr.], sive ut premittitur sive alias quovismodo aut ex eo, quod prefatus Egerdus episcopus illius rector apud sedem apostolicam existens ecclesie Slesvicensi pastoris solatio destitute in illius episcopum prefectus extitit ac munus consecrationis episcopalis apud sedem eandem suscepit et ipsius ecclesie Slesvicensis regiminisque ac bonorum illius [possessionem] pacifice dudum assecutus fuit, aut ex eo, quod Egerdus episcopus illam obtinens Innocentii pape VIII cappellanus ac palatii causarum huiusmodi auditor fuit, et Jacobus prefati eiusdem Innocentii similiter fuit ac e. s. v. existit familiaris continuus commensalis, ac alias generaliter reservata existit, eidem Johanni oratori providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Et in forma simplicis aut nove provisionis, surrogationis, gratie [etc.]. Datum Rome kal. maji anno 4.

Suppl. 1014 fol. 233 v.

3527. **3. Maj 1496.**

Præsterne Frederik Assens, Claus Minriksen (Minici) og Morten Scherler fra Slesvig Stift faar Tilladelse til at besøge det hellige Land.

Supplicant Fridericus Asense et Nicolaus Minici et Martinus Scherler presbiteri Slesvicensis diocesis, qui pia devotione ducti cupiunt sepulchrum domini nostri Jesu Christi et pia loca sacra civitatis et diocesis Hierosolimitane in ultramarinis partibus consistentia visitare, quatenus . . . . eis proficiscendi ad partes illas et loca ipsa ultramarina visitandi et in eis, quantum eis placuerit, permanendi licentiam concedere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis . . . Et sola signatura sufficiat sine aliquarum litterarum expeditione, ut moris est. Datum Rome 5. non. maji anno 4.

Suppl. 1014 fol. 295 v.

3528. **9. Maj 1496.**

Paven befaler Biskop Antonius (Ursus) af Kanea at overdrage Eggert Durkop Provstiet i Hildesheim, hvorom han havde ført lange Processer ved Kurien.

Antonio episcopo Agiensi in Romana curia residenti. Personam Egerdi episcopi Slesvicensis [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dicti Egerdi episcopi petitio continebat, quod alias, postquam Innocentius papa VIII inter alia per quandam suam constitutionem statuerat, quod, quicunque beneficium per annum immediate precedentem pacifice possessum, et quod certo modo vacare pretenderet, continuo deinceps impetraret,

gradum et nobilitatem possessoris eiusdem et annos, quibus ipse possedisset[1]), ac specificam et determinatam, ex qua clare constare posset, quod nullum ipsi possessori in dicto beneficio jus competeret, causam in huiusmodi impetratione exprimere et infra sex menses ipsum possessorem ad judicium evocari facere causamque motam desuper infra annum usque ad sententiam diffinitivam inclusive prosequi teneretur, alioquin impetratio predicta et quecunque inde secuta nullius existerent firmitatis et eidem [ɔ: idem] impetrans de damnis et interesse possessorem predictum propterea contingentibus satisfacere, et, si possessorem ipsum injuste, frivole ac indebite molestasse repertus fuerit, 50 fl. auri persolvere camere apostolice esset astrictus, nec alius quam premisse vacationis modus etiam per litteras si neutri aut surrogationis vel alias, sibi quoad hoc, ut beneficium ipsum ea vice consequi vel obtinere valeret, quomodolibet suffragaretur illudque nullatenus inantea litigiosum propterea censeretur, accepto per eundem predecessorem, quod prepositura ecclesie Hildesemensis vacabat tunc, licet Henricus ex comitibus de Suarzeburch, qui se gerebat pro clerico, preposituram ipsam, nullo sibi in ea suffragante titulo vel juris adminiculo, sed temeritate propria et de facto, per tres et ultra, citra tamen sex, annos, detinuisset tunc [et] detineret, indebite occupatam, et dictus predecessor, sub data videlicet 13. kal. junii anno 3, voluerat certis judicibus dari in mandatis, ut, si, vocatis dicto Henrico et aliis evocandis, preposituram predictam quovis modo vacare repperirent, illam eidem Egerdo episcopo, tunc in minoribus constituto, canonico Hildesemensi, eiusdem predecessoris capellano et causarum palatii apostolici auditori, conferrent, et postmodum de persona dicti Egerdi episcopi ecclesie Slesvicensi tunc vacanti providerat ac litteris apostolicis super concessione huiusmodi non confectis rebus ab humanis exemptus fuerat; et nos ad apicem summi apostolatus assumpti episcopo Milopotamensi, eius nomine non expresso, ac certis aliis suis in ea parte collegis dedimus in mandatis, ut, vocatis dicto Henrico et aliis evocandis, preposituram predictam, si dicta die 13. kal. junii vacabat et tunc non erat in ea alicui specialiter jus quesitum, eidem Egerdo episcopo asserenti, quod prefatus Innocentius predecessor tempore provisionis predicte cum eo, ut una cum ecclesia Slesvicensi, donec regiminis ac bonorum illius posses-

[1]) Cod. et annis illud ipse possedisset

sionem vel quasi provisionis eiusdem vigore foret pacifice assecutus, dumtaxat preposituram Mindensis ac canonicatum et prebendam b. Marie ad gradus Coloniensis ecclesiarum nonnullaque alia beneficia tunc expressa, que dictus Egerdus episcopus tunc obtinebat, ac etiam, postquam munus consecrationis suscepisset et possessionem vel quasi regiminis ac bonorum vel maioris partis eorundem pacifice assecutus foret, etiam una cum eadem ecclesia Slesvicensi, quamdiu illi preesset, omnia alia beneficia . . . ., que dictus Egerdus episcopus etiam ex quibusvis apostolicis dispensationibus obtinebat, ac in quibus jus sibi competebat . . . ., sicut prius retinere necnon jus sibi competens prosequi et defendere ac sub gratia expectativa per eundem Innocentium sibi concessa comprehensa beneficia acceptare et de illis sibi provideri facere, et illa, in quibus jus sibi[1]) competebat, et super quibus litigabat, beneficia huiusmodi, si illa evinceret et assequeretur, similiter retinere libere valeret, apostolica auctoritate dispensaverat, eadem auctoritate conferrent juxta voluntatem et concessionem dicti Innocentii predecessoris; dictis litteris Georgio episcopo Milopotamensi in Romana curia residenti tunc aliter non presentatis, orta inter eum et dictum Henricum super dicta prepositura, de qua, ut prefertur, vacante Egerdus episcopus sibi provideri mandatum dictumque Henricum mandato huiusmodi contra justitiam se opponere et impedire, quominus mandatum predictum executioni[2]) debite demandaretur, Henricus vero prefati preposituram ipsam ad se de jure spectare asserebant, prout asserunt, materia questionis, nos causam huiusmodi, non obstante quod ad dictam curiam legitime devoluta et apud eam de juris necessitate tractanda et finienda non esset, eidem Georgio episcopo primo et deinde magistro Petro de Accoltis, capellano nostro et causarum dicti palatii auditori, ad eiusdem Egerdi episcopi instantiam audiendam commisimus et fine debito terminandam; et cum ipse Petrus auditor in causa huiusmodi ad omnium terminorum su[b]stantialium observationem, citra tamen conclusionem, processisset, nos eidem Georgio episcopo, qui eundem Petrum in jurisdictione huiusmodi ratione presentationis prioris commissionis sibi facte prevenerat, per specialem commissionem, quam idem Egerdus episcopus a nobis desuper impetravit, dedimus in mandatis, ut causam ipsam ulterius curaret et fine debito terminaret; ipseque Georgius episcopus in causa

[1]) Gz. — Cod. illa ac in quibus jus competebat [2]) Gz. — Cod. assecutioni

huiusmodi procedens diffinitivam, per quam preposituram predictam dicto Egerdo episcopo adjudicavit et super illa prefato Henrico perpetuum silentium imposuit, ac fructuum et expensarum condemnatoriam sententiam promulgavit; a qua pro parte dicti Henrici fuit ad sedem predictam appellatum, nosque causam appellationis huiusmodi tibi audiendam commisimus et fine debito terminandam, tuque in causa appellationis huiusmodi ad nonnullos actus, citra tamen conclusionem, diceris processisse. Cum autem . . . dictus Egerdus episcopus ordinationi Innocentii predecessoris huiusmodi non satisfecerit, et littere super dicta dispensatione tempore incepte litis huiusmodi nondum essent neque adhuc sint expedite, et propterea ac alias ipse Egerdus episcopus dubitet litteras nostras predictas super huiusmodi concessione confectas cum inde secutis sibi minus utiles existere ad [hoc, ut] illarum vigore eandem preposituram assequi possit, et etiam ab aliquibus asseratur dicto Henrico [in] dicta prepositura jus non competere, nos dicto Egerdo episcopo, qui locum unius ex dicti palatii causarum huiusmodi auditoribus de mandato nostro tenet . . . ., de alicuius subventionis auxilio providere volentes, . . . fraternitati tue mandamus, quatenus, si per eventum litis huiusmodi tibi constiterit etiam dicto Henrico in prepositura ecclesie Hildesemensis huiusmodi jus non competere, preposituram ipsam . . . ., que inibi dignitas post pontificalem maior existit [fructus 90 mr.], eidem Egerdo episcopo per eum, quoad vixerit, etiam una cum ecclesia Slesvicensi, cui preest, ac omnibus aliis beneficiis . . . secularibus et ordinum quorumvis[1]) regularibus, que obtinet et imposterum obtinebit, ac annuis pensionibus, quas super quibusvis fructibus ecclesiasticis percipit et percipiet, imposterum tenendam, ita quod, debitis et consuetis ipsius prepositure ecclesie[2]) Hildesemensis supportatis oneribus, liceat eidem Egerdo episcopo de residuis illius fructibus disponere, sicuti illam in titulum pro tempore obtinentes de illis disponere potuerunt seu etiam debuerunt, alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium et pretiosorum mobilium dicte prepositure ecclesie Hildesemensis eidem Egerdo episcopo penitus interdicta, auctoritate nostra commendare procures. Datum Rome 7. id. maji anno 4.

B. Gratis de mandato. Bagarothus protonotarius.
Reg. Lat. 987 fol. 254.

[1]) Cod. eorundem [2]) Gz. — Cod. ecclesiasticis

3529. **10. Maj 1496.**

Slesvigklerken Johan Arnestsøn faar ny Provision paa Abbedværdigheden i Løgum Kloster.

Alias vacante abbatia monasterii b. Marie virginis in Loco Dei Ripensis diocesis per obitum Johannis Broder, Johannes Clare (!) clericus Slesvicensis diocesis per capitulum eiusdem monasterii in abbatem canonice electus provisione sui superioris ordinis eiusdem de eadem abbatia sibi provideri obtinuit, [qui] curam dicti monasterii eidem oratori in spiritualibus et temporalibus plenarie commisit, possessione etiam desuper subsecuta. Verum etiam [ɔ: tamen] idem Johannes orator dubitat huiusmodi provisionem, curam, possessionem et omnia inde secuta viribus non subsistere; supplicat igitur, quatenus sibi de dicta abbatia [fructus 8 mr.] de novo providere dignemini, dicti monasterii ordinis s. Bernardi statutis non obstantibus. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 6. id. maji anno 4.

Suppl. 1015 fol. 206 v.

3530. **16. Maj (10. Juni) 1496.**

Klerken Niels Gundesen (Lange) fra Ribe Stift faar Dekanatet i Ribe og Dispensation til dermed at forene et andet ellers dermed uforeneligt Embede.

Cum Thomas Linge[1]) canonicus Ripensis[2]) decanatum dicte ecclesie Ripensis, qui dignitas eiusdem existit, quem obtinet, in manibus s. v. seu alterius ad hoc potestatem habentis libere resignet de presenti, supplicat igitur magister Nicolaus Gannesen[3]) baccalaureus, decretorum doctor, de militari genere[4]) ex utroque parente procreatus, clericus dicte Ripensis diocesis, quatenus resignationem huiusmodi admittentes sibi de huiusmodi decanatu [fructus 4 mr.] providere dignemini. Etiam orator prefatus supplicat, quatenus secum, ut quodcunque aliud beneficium curatum sive electivum, cui cura imminet animarum, una cum dicto decanatu invicem incompatibile . . . ., si sibi alias canonice conferatur, recipere et insimul cum dicto decanatu, quoad vixerit, retinere illudque una cum dicto decanatu . . . ., quotiens sibi placuerit, dimittere vel alterum illorum et loco dimissorum alia beneficia duo dumtaxat recipere et retinere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 17. kal. junii[5]) anno 4.

Suppl. 1016 fol. 33 v og (II) 1017 fol. 108 v.

---

[1]) II: Lunge [2]) II: canonicus et decanus ecclesie R. [3]) II: Gummesen
[4]) II: de nobili genere [5]) II: 4. id. junii

3531. **16. Maj 1496.**

Iver Munk faar Kanonikat og Præbende i Ribe og Sognekirkerne i Nustrup og Gram.

Vacantibus dudum canonicatu et prebenda ecclesie Ripensis ac ecclesia parrochiali Nustropp cum sua capella annexa Gramby dicte Ripensis diocesis per obitum Lagonis Nigranie, Iuarius Munke, de militari genere ex utroque parente procreatus, bacalarius in decretis, de illis auctoritate ordinaria sibi obtinuit provideri, possessione subsecuta .... Verum dubitat provisionem huiusmodi viribus non subsistere. Supplicat idcirco, quatenus dictam provisionem et quecunque inde subsecuta [confirmantes] sibi de eisdem canonicatu et prebenda ac ecclesia cum sua capella annexa predictis [fructus separatim 4 mr.] de novo providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 17. kal. junii anno 4.

Suppl. 1016 fol. 19 v.

3532. **4. Juni 1496.**

Klerken Caspar Custodis fra Brandenburg Stift faar Fristen for de Processer, han fører ved Kurien om Kanonikat og Præbende i Slesvig og evige Vikariater i Ratzeburg, Rostock og Greifswald, forlænget med eet Aar.

Cum s. v., vacantibus alias canonicatu et prebenda Slesvicensibus ac perpetuis sine cura vicariis in ecclesiis cathedrali Razeburgensi et b. Marie Rostockensi Swerinensis ac in capella Gripeswaldensi Caminensis diocesis per obitum Theoderici Stoueman[1]), de illis Gaspari Custodis clerico Brandeburgensi s. v. familiari gratiose concesserit provideri, et quidam asserti clerici se in canonicatu et prebenda ac vicariis huiusmodi annis tribus fere decursis se respective intruserint, intrusionem huiusmodi abinde citra pacifice continuando, supplicat Gaspar orator, s. v. familiaris continuus commensalis, qui nuper causas, quas super dictis canonicatu et prebenda et vicariis contra certos tunc licet er[r]onee expressos et generaliter etiam contra omnes in eisdem canonicatu et prebenda [ac vicariis][2]) intrusos et intrudendos Francisco Breuio, [vestri] sacri palatii apostolici causarum auditori, committi et per auditorem ipsum citationem ad partes decerni obtinuit, cuius executio, an facta sit an ne, dubitat, quatenus

[1]) Af Supplik af 20. Juni 1496 (Suppl. 1018 fol. 164) ses det, at et evigt Vikariat i Mølln i Ratzeburg Stift efter Didrik Stovemans Død bortgives til Klerken Johannes Weydeman fra Mainz Stift. [2]) add. Gz.

sibi, ne lapsum triennii, cuius finis a dictis intrusionibus computandus instat, ex regula cancellarie s. v. de triennali pacifico possessore non molestando sibi prejudicium afferat, providentes, triennium huiusmodi, cuius finis, ut prefertur, instat, ad unum annum exnunc proxime et immediate sequentem . . . prorogare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Et quod presentis supplicationis sola sufficiat signatura absque litterarum desuper expeditione. Datum Rome pridie non. junii anno 4.

Suppl. 1017 fol. 48 = 68 v.

3533. **5. Juni 1496.**

Paven befaler Abbederne i St. Michaels og St. Gothards Klostre i Hildesheim at reformere Klostret i Reinbeck i Holsten (Bremen Stift).

S. Michaelis et s. Godehardi Hildensemensis monasteriorum ordinis s. Benedicti abbatibus. Intelleximus nuper non absque gravi mentis[1]) displicentia in diocesi Bremensi et ducatu nobilis viri Friderici ducis Slesvicensis monasterium monialium Reynbeke esse, quod maxima reformatione et censura[2]) indigere noscitur, et, nisi provideatur, de totali illius desolatione brevi verisimiliter esse formidandum. Quare cupientes statui et indemnitati monasterii huiusmodi, prout ex debito pastoralis officii tenemur, oportune consuli, et singularem de vestra probitate et exemplaritate vite fiduciam in domino obtinentes, vobis in virtute sancte obedientie per presentes mandamus, ut, ad monasterium huiusmodi personaliter accedentes et solum deum pre oculis habentes, illud visitetis ac in capite et in membris reformetis, prout opus fuerit ac secundum deum et canonicas sanctiones regulariaque dicti monasterii instituta pro religione ac loci huiusmodi honestate vos noveritis expedire, dantes vobis in premissis plenam ordinandi et disponendi facultatem, contradictores per censuras ecclesiasticas ac alia juris oportuna remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio bracchii secularis. Nos enim ratum et gratum habituri sumus, quicquid, ut premittitur, a vobis factum fuerit, ac faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum [Rome] 5. junii 1496 etc.

Afskrift i Barth. C., 653 efter Kopi i »Archivum Slesvicense«. I en gammel Fortegnelse over Gemeinschaftl. Archiv findes som VI, 46 opført: »Alex-

[1]) Cod. etiam [2]) Gz. — Cod. clausura

andri pape VI breve ad Fridericum ducem Holsatie de reformatione cenobii Reinbeck anno 1496.« Formentlig er dette det ovenfor anførte Brev. Originalen er forlængst forsvundet.[1])

3534. 8. Juni 1496.

Klerken Jens Kaas fra Ribe Stift faar Kanonikat og Præbende i Ribe og Dispensation til dermed at forene to andre ellers dermed uforenelige Embeder.

Cum Nicolaus Erici ecclesie Haffnensis Roskildensis diocesis canonicus ecclesie Ripensis canonicatum et prebendam in dicta ecclesia Ripensi, quos obtinet, in manibus s. v. libere et simpliciter resignet, supplicat igitur Johannes Kaass clericus Ripensis diocesis, de militari genere ex utroque parente procreatus, quatenus resignationem huiusmodi admittentes sibi de canonicatu et prebenda predictis [fructus 4 mr.] providere dignemini ac sibi, [ut], cum in vigesimo sue etatis anno existit, defectu etatis huiusmodi non obstante, etiam quecunque duo beneficia curata incompatibilia . . . ., si sibi alias canonice conferantur. . . ., quoad vixerit, libere recipere et retinere illaque in posterum . . . . dimittere et loco dimissorum alia beneficia recipere et retinere possit, dispensare. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 4. id. junii anno 4.

Suppl. 1017 fol. 109.

3535. 9. Juni 1496.

Klerken Hermannus Koch fra Hildesheim Stift faar det overdraget til Auditøren Franciscus Brevius at give ham Provision paa Kanonikat og Præbende samt Provstiet i Slesvig, hvorom han havde ført Proces med Enwald Søvenbroder.

Cum, lite et causa coram Francisco auditore inter Hermannum Cok clericum Hildesemensem decretorum doctorem actorem et quendam Ewaldum Seuenbroder assertum clericum tunc in humanis agentem reum et possessorem de certis canonicatu et prebenda, et que in ecclesia Slesvicensi dignitas post pontificalem maior existit, prepositura eiusdem ecclesie indecisa pendente, et in illa ad nonnullorum terminorum substantialium et aliorum actuum judicialium observationem, prout exprimetur, citra conclusionem processo, prefatus Ewaldus fuerit vita functus,

[1]) Bartholin tilføjer: Habetur quoque littera Johannis s. Michaelis et Henningi s. Godehardi Hildensemensis abbatum ad Annam Ratlow priorissam et conventum monialium cenobii Reynebeke, data anno sequenti, ubi plurimos abusus, qui in earum monasterio occurrebant, enumerant, quos reformari et corrigi jubent. Ea littera Germanice scripta est.

supplicat dictus Hermannus Cock, quatenus prefato Francisco auditori mandare dignemini, ut eundem Hermannum in omni jure, si quod eidem Ewaldo tempore obitus sui huiusmodi in canonicatu et prebenda ac prepositura predictis quomodolibet forsan competebat, ac ad possessionem canonicatus et prebende predictorum, in qua dictus Ewaldus tempore sui obitus existebat, surroget dictumque jus sibi conferat et nichilominus canonicatum et prebendam [fructus 4 mr.] et preposituram predictam [fructus etiam 4 mr.], sive premisso modo, aut ex eo, quod prefatus Ewaldus sedis predicte notarius extitit, generaliter reservati existant, ... eidem Hermanno oratori in forma surrogationis ac gratie si neutri, si nulli vel, fatendo forsitan eidem oratori . . . . nullum jus in predictis competere, in forma gratie si alteri . . . . conferat, regula cancellarie de annali possessore, que incipit *Ut improbus*, cui quoad omnes eius partes hic necessarias in litteris exprimendas derogare placeat, non obstante. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Et quod littere super singulis eorum possint seorsum expediri . . . . Et quatenus canonicatus et prebenda ac prepositura predicti de jure patronatus laicorum, etiam principum, exprimendorum existant, cum derogatione dicti juris patronatus pro hac vice attenta lite etc. Et quatenus oratori utile videatur, littere possint etiam expediri cum advocatione cause et extinctione litis. Datum Rome 5. id. junii anno 4.

Suppl. 1017 fol. 4).

10. Juni 1496.

Se Supplik af 16. Maj 1496 (Nr. 3530).

3536. **22. Juni 1496.**

Paven befaler Ærkebiskoppen i Upsala og Biskoppen i Åbo at give dem, der fra Sverige og Lifland gør Tog mod de kætterske Russere, Plenaraflad.

Archiepiscopo Upsalensi et episcopo Aboensi. Ex relatione Hemminghi Gadh prepositi ecclesie Lincopensis, familiaris et cubicularii nostri et totius regni Svecie apud sedem apostolicam oratoris, accepimus, quod anno proximo immediate elapso circa festum s. Andree apostoli et pluribus aliis vicibus Rutheni scismatici Christi nominis inimici cum sexaginta milibus hominum magnam partem Aboensis diocesis in regno Svecie constitute incendiis ecclesiarum, blasphemationibus nominis Christi et eius sanctorum, cedibus, rapinis, matronarum ac virginum illarum partium violationibus, stupris et deflorationibus ac homicidiis

quamplurimum devastarunt, multa milia christianorum occidendo et servituti perpetue subjiciendo adeo, quod vix in partibus illis reperiatur, qui contra eosdem scismaticos pugnare et se defendere velit aut possit, et, nisi de celeri et oportuno remedio provideatur, tota diocesis Aboensis et demum regnum Svecie cum terra Livonie et provinciis ei adjacentibus per dictos scismaticos subjugari formidatur. Eapropter nobis supplicari fecerunt Steno Sture dicti regni Svecie vicerex et gubernator ac eiusdem[1]) regni predicti archiepiscopus, episcopi, consiliarii, qui ultra quinquaginta milia hominum hodierna die contra dictos scismaticos castra metati sunt, quatinus illis, qui in fine terrarum christianorum et confinibus dictorum scismaticorum continua bella gerendo consistunt, more pii patris compatiendo omnibus utriusque sexus Christi fidelibus in dicto regno et terra Livonie pro tempore existentibus et quibusvis aliis, qui contra dictos scismaticos et ad eos compescendum et debellandum ire et pro Christi nomine contra illos debellare voluerint, ac qui[bus] premissa faciendo in die conflictus decedere contigerit, vere penitentibus et confessis plenariam omnium suorum peccatorum, remissionem, necnon senio confectis aut alio quovis impedimento legitimo impeditis et ibidem ire minime valentibus, qui ad premissa manus porrexerint adjutrices, armatos stipendiando aut alias quovis modo subveniendo, similem peccatorum remissionem semel in vita et in mortis articulo indulgere dignaremur. Nos igitur, attendentes requisitionem huiusmodi fore justam ac volentes, quantum cum deo possumus, scandalis huiusmodi celeriter obviare, fraternitati vestre mandamus, quatinus fidelibus ipsis in conflictibus et bellis huiusmodi decedentibus plenariam omnium peccatorum suorum remissionem necnon ad premissa manus porrigentibus adjutrices, ut prefertur, similem peccatorum remissionem semel in vita et in mortis articulo auctoritate apostolica impendatis ac effectum presentium in partibus illis debite publicetis et impendi ac publicari faciatis, super quibus omnibus vobis plenam et omnimodam potestatem, licentiam et facultatem tenore presentium concedimus et impartimur. Datum Rome 10. kal. julii anno 4.

Reg. Vat. 873 fol. 296 v; derefter Uddrag i Porthan, Accessio ad Bullarium Celsii, 107 f. — »Ex transsumpto vetere in cancellaria« afskrevet i Barth. D. 857 f.

[1]) Gz. — Cod. eius et

3537. **28. Juli 1496.**

Paven reserverer for Klerken Bernardus thor Schurer fra Münster Stift en Pension af Kanonikat og Præbende i Lübeck, som tidligere Didrik Tetens havde haft.

Bernardo thor Schurer clerico Monasteriensis diocesis. Vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque alias tu omni juri tibi in canonicatu ecclesie Lubicensis et, distincta nuncupata, prebenda in eadem, quos olim Theodericus Tetens obtinuit, in manibus nostris sponte cesseris, de dictis canonicatu et prebenda Marquardo Tincher presbitero Radeburgensis diocesis concessimus provideri, nos tibi . . . pensionem annuam 12 fl. auri Renensium super dictorum canonicatus et prebende fructibus, qui 4 mr. arg. non excedunt, quoad vixeris, annis singulis in duabus medietatibus solvendam tibi (!) reservamus. Datum Rome 5. kal. aug. anno 4.

XX.
Reg. Vat. 833 fol. 47.

3538. **28. Juli 1496.**

Mikkel Pedersen (Hostorp), evig Vikar i Vilstrup i Slesvig Stift, faar Dispensation til dermed at forene Besiddelsen af to andre ellers dermed uforenelige Embeder.

Supplicat Michael Petri perpetuus vicarius ecclesie parrochialis Wilreeqp (!) Slesvicensis diocesis, quatenus secum, ut quecunque alia duo beneficia curata seu electiva, quibus cura imminet animarum, una cum dicta ecclesia Wilsteep invicem incompatibilia beneficia (!) . . . ., dummodo in totum sint duo incompatibilia dumtaxat, si sibi alias canonice vigore gratie expectative per s. v. sibi concesse vel alias quoquomodo conferantur, recipere [et] insimul cum dicta ecclesia Wilstorpp, quoad vixerit, retinere . . . ., et illa unacum dicta ecclesia . . . ., quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia . . . . recipere et, quoad vixerit, retinere libere possit, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 5. kal. aug. anno 4.

Suppl. 1019 fol. 243.

3539. **30. Juli 1496.**

Kong Hans og Johanniterklostret i Ribe faar det overdraget til Biskop Eggert Durkop i Slesvig, der som Auditør havde skullet afgøre Striden om

Klostrets Besiddelse af Nonneklostret udenfor Byen, at lægge Nonneklostret under Klostret i Byen (jfr. Nr. 2778, 3384, 3386 og 3462).

Dudum Sixto pape IV pro parte Cristierni regis Dacie et preceptoris et fratrum domus s. Johannis Ripensis hospitalis s. Johannis Jerosolomitani exposito, quod domus predicta in eius structuris et edificiis adeo angusta existebat, quod preceptor et fratres predicti inibi inhabitare commode non poterant, et, cum etiam justa [ɔ: juxta] littus maris consisteret, structure et edificia huiusmodi ampliari nequibant, timendumque erat, ne maris inundationibus illic concurrentibus ad totalem ruinam deduceretur, verum, si monasterium monialium s. Nicolai extra muros Ripenses ordinis s. Benedicti, cui cura parrochianorum ipsius ecclesie, que parrochialis erat, imminebat animarum, et in quo olim regularis observantia vigebat et jam adeo refriguerat, ut in eo tres dumtaxat moniales etiam vitam ab eadem observantia alienam ducentes existebant, ac propterea ac etiam alias [ob] earum ritus et mores religioni non convenientes pauce mulieres reperiebantur, que inibi in moniales recipi vellent, suppressis in eodem monasterio dignitate abbatiali et dicto ordine, etiam cum juribus parrochialibus huiusmodi preceptorie prefate domus perpetuo uniretur etc., dicteque moniales ad alia eiusdem ordinis monasteria, in quibus benivolas invenirent receptrices, transferrentur, ex hoc commodo et utilitati preceptoris et fratrum eorundem plurimum consuleretur, et eiusdem regis, dicti monasterii, quod ex speciali sedis apostolice privilegio, cui hactenus non erat derogatum, de jure patronatus eius et pro tempore existentis regis Dacie existebat, patroni desiderio non mediocriter satisfieret, ipsisque monialibus pro earum substentatione, quoad viverent, ex bonis dicti monasterii portio sufficiens assignaretur, et in ecclesia ipsius monasterii divinus cultus frequentius celebraretur, idem predecessor episcopo Ripensi eius proprio nomine non expresso, per quasdam suas litteras mandavit, ut, si vocatis, quorum interesset, per diligentem informationem ita esse repererit, dignitatem et ordinem huiusmodi in dicto monasterio supprimeret et extingueret illudque cum parrochialibus suis eidem preceptorie perpetuo uniret, ita quod liceret ei[s]dem preceptori et fratribus monasterii predicti possessionem propria auctoritate apprehendere et pro eorum usu et habitatione perpetuo retinere et illius fructus etc. in suos et dicte preceptorie usus et utilitatem convertere, et animarum parrochianorum curam per unum ex dicte preceptorie fratribus alias, quemad-

modum abbatissa et conventus ipsius monasterii facere consueverunt, exerceri faceret dictasque moniales[1]) ad alia predicti vel aliorum ordinum monasteria, in quibus benivolas invenirent receptrices, transferret et illis, quoad viverent, ex bonis dicti monasterii portionem sufficientem pro earum sustentatione assignaret; et deinde s. v. pro parte Johannis moderni regis Dacie dicti Cristierni filii et in predicto regno successoris ac predictorum preceptoris et fratrum exposito, quod littere predicti Sixti, eius et Cristierni regis prefati superveniente obitu ac ex aliis causis, executioni demandate non fuerant, quodque ipse et pro tempore existens rex Dacie a tempore, cuius initii memoria non existebat, unum dispensatorem perpetuum seu etiam temporalem, prout sibi videretur, qui fructus et bona dicti monasterii seu partem illorum abbatisse et monialibus prefati monasterii pro tempore existentibus ministraret, deputare consuevit, et quod ipse, dicti sui genitoris vestigiis inherendo, pia affectione erga dictos preceptorem et fratres motus, habita super hiis cum eius consiliariis deliberatione matura, de illorum consilio prefatum monasterium juris patronatus, ut prefertur, corone regni Dacie, cum omnibus juribus, immunitatibus et privilegiis quibuscunque ac illius bonorum administratione preceptori et fratribus predictis perpetuo donaverat, prout in eius litteris eius sigillo munitis plenius dicebatur contineri, et quod cause, propter quas dictus Sixtus predecessor predictum monasterium dicte preceptorie uniri mandaverat, adhuc suberant, et abinde citra in dicto monasterio divinus cultus augmentum non susceperat, sed potius diminutus erat, et moniales prefate laudabiliorem seu etiam honestiorem vitam non elegerant, imo potius antiquos mores a regulari observantia penitus alienos servaverant et servabant, s. v., prefati Johannis regis et preceptoris ac fratrum supplicationibus inclinata, prefato episcopo per alias suas litteras mandavit, ut donationem predictam, si et postquam sibi de illis legitime constaret et, prout illam concernebant, omnia in dictis litteris Johannis regis contenta approbaret et confirmaret . . . ., et nichilominus, vocatis abbatissa et conventu predictis et aliis, quorum intererit, de premissis omnibus s. v. expositis se diligenter informet, et, si per informationem huiusmodi ita esse repererit, dignitatem abbatialem et ordinem predictos in prefato monasterio penitus supprimeret ac illas moniales ad alia monasteria predicti et

[1]) Gz. — Cod. facere dictisque monialibus ad

aliorum ordinum, in quibus benivolas invenirent receptrices, reservata eis ex bonis dicti monasterii congrua portione, ex qua decenter vivere possent, transferret ac prefatum monasterium cum parrochialibus et aliis juribus supradictis dicte preceptorie perpetuo uniret, ita quod liceret preceptori et fratribus predictis per se vel alios corporalem possessionem monasterii juriumque predictorum propria auctoritate apprehendere et perpetuo retinere illiusque fructus etc. in suos et preceptorie ac monasterii usus convertere . . . ., cuiusvis licentia super hoc minime requisita; quarum litterarum s. v. vigore Cristiernus abbas monasterii Tutevallis Cisterciensis ordinis Ripensis diocesis, cui Hartvicus episcopus Ripensis in hoc commiserat vices suas, ad illarum executionem, earum forma forsan non plene et bene servata, procedens, Johannis regis donationem predictam . . . . confirmavit et in dicto monasterio abbatialem dignitatem et ordinem s. Benedicti penitus suppressit monasteriumque predictum cum parrochialibus et aliis juribus dicte preceptorie et domui perpetuo univit, necnon, ut dicte tres moniales, que ex causis legitimis ad alia monasteria transferri tunc commode nequibant, inibi ad certum tempus remanerent, quousque de illis et earum translatione diligentius provideretur, concessit ac eis[1]) de portione congrua fructuum dicti monasterii, unde congrue vivere possent, per preceptorem dicte domus solvenda providit . . . .; quibus sic, ut prefertur, peractis preceptor et fratres dicte domus edificiorum ac bonorum dicti monasterii possessionem apprehenderunt et edificia huiusmodi, que magna reparatione indigebant, multipliciter reparaverunt et reformaverunt ac, ad habitandum in illis se transferentes, in ecclesia predicta missas et alia divina officia juxta eorum ritus et mores singulis diebus laudabiliter celebraverunt, prout adhuc celebrant de presenti; tres vero moniales predicte, quarum una in illo abbatisse officio fungebatur, asserentes se per predictos preceptorem et fratres in possessione vel quasi regiminis dicti monasterii et bonorum eius de facto spoliatas fore, ipsos preceptorem et fratres super eorum reintegratione et restitutione coram Egerdo episcopo Slesvicensi, locum unius ex causarum palatii apostolici auditoribus de mandato s. v. tenenti, pretextu certe commissionis, quam desuper habuit a s. v., traxerunt in causam, qui [in] illa ad nonnullos actus, citra tamen conclusionem, dicitur processisse.

1) Gz. — Cod. eis quod de

Cum autem, lite huiusmodi sic indecisa pendente, illa ex tribus monialibus predictis, que abbatisse officio inibi fungebatur, fuerit vita functus [ɔ: -ta], et rex prefatus patronus dicti monasterii, ut in litteris Sixti et vestris affirmatur, non foret, sed solum ipse et eiusdem predecessores ab immemorabili tempore citra dispensatorem predictum perpetuum vel temporalem deputare solitus esset, et de omni jure, quod sibi competebat, donationem predictam fecerit, littereque predicte propterea surreptitie et processus desuper habiti, earum forma non servata, nulli et invalidi existant, et dictis duabus monialibus litem huiusmodi prosequentibus, ut a nonnullis asseritur, in regimine dicti monasterii nullum jus competebat (!), et, si competeret, veris existentibus aliis narratis in eisdem litteris, concesse non essent [nec] concedi et fieri debeant, supplicant Johannes rex et preceptor ac fratres predicti, quatenus eisdem preceptori et fratribus, ne propterea dictarum litterarum frustrentur effectu, providendo, prefato episcopo Slesvicensi et in eius locum forsan surrogato vel surrogando auditori dicte cause, [ut] preceptorem et fratres predictos in omni jure, quod dicte abbatisse in regimine dicti monasterii tempore sui obitus huiusmodi quomodolibet competebat, surroget dictumque [jus] eisdem preceptori et fratribus concedat ac ipsos ad prosecutionem litis et cause predicte in eo statu, in quo dicta abbatissa tempore obitus sui erat et, si non decessisset, admitti posset et deberet, admittat, et nichilominus, [si] per huiusmodi eventum litis constiterit etiam dictis monialibus in regimine dicti monasterii nullum jus competere et alia, preter que de jure patronatus narrantur, vera esse, quod littere et Sixti et v. s. et processus huiusmodi de cetero valeant plenamque roboris firmitatem obtineant et ipsis preceptori et fratribus de cetero suffragentur in omnibus, perinde ac si in eis de dicto jure patronatus mentio inde facta non foret, concedat ac ipsas litteras s. v. exequatur in omnibus, perinde ac si in eis de dicto jure patronatus mentio inde facta non foret, ipseque littere a principio sibi directe fuissent, mandare dignemini. Fiat. R. Datum Rome 3. kal. aug. anno 4.

Suppl. 1019 fol. 289.

3540. **23. Aug. 1496.**

Biskop Eggert Durkop i Slesvig faar Tilladelse til, at han selv og to Slesvig Kanniker, som bestyrer Bispeembedet, maa residere udenfor deres Embeder.

Supplicat Egerdus episcopus Slesvicensis . . ., quatinus sibi, ut Romanam curiam sequendo aut in altero beneficiorum cum

cura per eum in titulum vel commendam pro tempore obtentorum residendo, ac duobus per ipsum Egerdum episcopum ad vacandum eius officiis, negotiis et servitiis toties quoties pro tempore deputatis et nominandis ecclesie Slesvicensis canonicis in Romana curia aut altero beneficiorum suorum vel in studio generali residendo, omnes fructus etc. beneficiorum suorum . . . ., que obtinent et imposterum obtinebunt, etiam si in illis primam vel aliquam aliam non fecerint residentiam, cothidianis distributionibus interessentibus divinis dari solitis dumtaxat exceptis . . . ., quoad vixerint, percipere libere possint et ad residendum in illis minime teneantur, concedere dignemini, premissis ac Bonifacii pape VIII, qua similes indulgentias concedi prohibetur[1]), ac aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, statutis quoque dictarum ecclesiarum . . . ., etiam si in illis expresse caveatur, quod nullus ipsarum ecclesiarum canonicus sive beneficiatus in eisdem suorum canonicatuum et prebendarum sive beneficiorum ecclesiasticorum ecclesiarum eorum fructus etc. in sua absentia ullo modo [percipiat], nisi[2]) emancipatus fuerit vel alias certum tempus in eisdem ecclesiis residendo compleverit, quodque singuli dictarum ecclesiarum canonici sive beneficiati in eisdem ecclesiis residentiam facere et divinis officiis interesse debeant, non obstantibus. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Datum Rome 13. kal. sept. anno 4.

Suppl. 1020 fol. 191.

3541. 31. Aug. 1496.

Pavens familiaris, Klerken Petrus Wolkow fra Camin Stift faar Ærkedegneembedet i Demmin, Klerken Georgius Schwab fra Eickstädt Stift faar Kanonikat og Præbende i Slesvig og et evigt Vikariat i Camin, ledige ved Didrik Stovemans Død.

Cum Petrus Schroder clericus Caminensis diocesis, qui nuper perpetuam sine cura vicariam in ecclesia Caminensi . . . vigore gratie expectative . . . acceptavit . . ., possessione illius per eum non habita, ac Paulus Cotczke clericus eiusdem diocesis, qui in rota apostolica super archidiaconatu Dyminensi in ecclesia Caminensi litigando tres . . . adjudicatorias . . . sententias reportavit . . ., possessione tamen dicti archidiaconatus non habita, necnon Gaspar Custodis clericus Brandeburgensis diocesis s. v. ac cardinalis [tituli] s. Praxedis familiaris continuus commensalis, cui dudum s. v. de canonicatu et prebenda ecclesie

[1]) Cod. similibus indulgentiis concedi prohibentur [2]) Cod. aut nisi

Slesvicensis, tunc per obitum Theodorici Stoueman . . . vacantibus, gratiose concessit provideri, litteris apostolicis super concessione gratie huiusmodi non confectis, omni juri in canonicatu et prebenda et vicaria ac archidiaconatu huiusmodi . . . eis respective quomodolibet competenti coram certis notario publico et nonnullis testibus fidedignis sponte in Romana curia cesserint, supplicant Petrus Wolkow clericus Caminensis diocesis, litterarum apostolicarum solicitator, s. v. familiaris, ac Georgius Schwab clericus Eystetensis, s. v. familiaris continuus commensalis, quatenus dictam cessionem admittentes, . . . Petro de archidiaconatu [fructus 8 mr.], Georgio vero de canonicatu et prebenda ac vicaria predictis [fructus insimul 4 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome pridie kal. sept. anno 5.

Suppl. 1022, ufol. (to forskellige Steder, det ene uden Omtale af Ærkedegneembedet).

3542. 1. Sept. 1496.

Pavens familiaris, Klerken Nicolaus Sculteti fra Halberstadt Stift faar evige Vikariater i Ratzeburg, Rostock og Camin samt Kanonikat og Præbende i Slesvig, Georgius Schwab Ærkedegneembedet i Camin.

Cum Petrus Scroder clericus Caminensis diocesis, qui nuper perpetuam sine cura vicariam . . . . vigore gratie sue expectative per s. v. ei concesse acceptavit . . . ., [possessione] per eum non habita, ac Paulus Cotzke clericus eiusdem diocesis, qui in rota apostolica . . . . super archidiaconatu Dyminensi in dicta ecclesia . . . . litigando tres . . . . adjudicatorias . . . . sententias reportavit . . . ., possessione tamen dicti archidiaconatus non habita, necnon Caspar Custodis clericus Brandeburgensis diocesis, s. v. et cardinalis tituli s. Praxedis familiaris continuus commensalis, cui dudum s. v. de canonicatu et prebenda Slesvicensibus ac perpetuis sine cura vicariis in Ratzeburgensi cathedrali et in b. Marie Rostocciis Suerinensis diocesis ecclesiis, tunc per obitum Theodorici Stoueman vacantibus, gratiose concessit provideri, litteris super concessione huiusmodi non confectis, omni juri in canonicatu et prebenda ac archidiaconatu et vicariis predictis . . . eis . . . respective competenti coram certo notario publico et nonnullis testibus fidedignis in Romana curia sponte cesserint, supplicant Nicolaus Sculteti litterarum apostolicarum sollicitator, s. v. familiaris, clericus Halberstadensis diocesis, et Georgius Schwab clericus Eystetensis, e. s. v. familiaris continuus

commensalis, quatenus . . . . dictas cessiones admittentes . . . . Nicolao de in Ratzeburgensi et in b. Marie Rostocensi, que inter prefatum Gasparem et certos suos adversarios . . . . in rota apostolica . . . . litigiose existunt, ac in Caminensi vicariis ac in Slesvicensi ecclesiis canonicatu et prebenda predictis [fructus insimul 6 mr.], Georgio vero de archidiaconatu predicto [fructus 7 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome kal. sept. anno 5.

Suppl. 1022, ufol.

3543. **7. Sept. 1496.**

Klerken Johannes de Alten fra Münster Stift faar Kanonikat og Præbende i Slesvig.

Cum Caspar Custodis . . . .[1]), cui dudum s. v. de canonicatu et prebenda ecclesie Slesvicensis, tunc per obitum Theoderici Stoneman vacantibus, gratiose concessit provideri, litteris apostolicis super concessione huiusmodi non confectis, omni juri in canonicatu et prebenda huiusmodi sibi competenti coram certo notario publico et nonnullis testibus fidedignis in Romana curia sponte cesserit, supplicat Johannes de Alten clericus Monasteriensis diocesis, quatenus dictam cessionem admittentes sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 7. id. sept. anno 5.

Suppl. 1022, ufol.

3544. **17. Sept. (1. Okt.) 1496.**

Biskop Niels (Styggesen Rosenkrantz) i Børglum faar Tilladelse til at lægge Sognekirken i Hvidbjerg og Provstiet i Thyholm ind under Bispebordet, hvis Indtægter er meget smaa.

Cum fructus mense episcopalis Burglanensis ob maris vehementes inundationes et impetuosos incursus, quibus partes ille submittuntur et plerumque agitantur et affliguntur, adeo diminuti sint, et ecclesia Burglanensis non mediocria, quin imo maxima dampna pertulerit, et propterea tam Nicolaus modernus quam pro tempore existens episcopus Burglanensis ex fructibus huiusmodi, qui adeo exigui sunt, quod 20 mr. non excedunt, statum suum juxta pontificalis dignitatis exigentiam tenere et onera sibi ratione dicte ecclesie incumbentia perferre commode non possit, et, si parrochialis ecclesia Huitbergh[2]), prepositura

[1]) Som Nr. 3542. [2]) II: Huitberg

ruralis, de insula Tyrholm[1]) nuncupata, Burglanensis diocesis, que ad collationem episcopi Burglanensis pro tempore existentis spectat, eidem mense perpetuo uniretur, profecto Nicolaus et pro tempore existens episcopus prefatus ex hoc non modicum susciperet relevamen, supplicat dictus Nicolaus, quatenus indempnitati dicte ecclesie et prefati episcopi commoditati oportune consulentes, dictam parrochialem ecclesiam, cuius et illi annexorum fructus 8 mr. non excedunt, cum annexis huiusmodi eidem mense perpetuo unire dignemini, ita quod decedente[2]) illius moderno rectore[3]) liceat eidem Nicolao et pro tempore existenti episcopo Burglanensi . . . . parrochialis ecclesie et annexorum predictorum corporalem possessionem propria auctoritate apprehendere, perpetuo retinere illorumque fructus in suos et dicte mense usus convertere dicteque parrochiali ecclesie per presbiterum idoneum ad eius nutum ammovibilem in divinis deserviri ac animarum curam parrochianorum illius exerceri facere, cuiusvis licentia etc. minime requisita, non obstantibus s. v. de unionibus committendis ad partes, cui placeat derogare, aliisque constitutionibus apostolicis. Fiat. R. Et in forma gratiosa ad perpetuam rei memoriam. Datum Rome 15. kal. oct.[4]) anno 5.

Suppl. 1023 fol. 112 og (II) fol. 262 v.

3545. 1. Okt. 1496.

Biskop Eggert Durkop, som havde faaet Ventebreve paa Kanonikater og Præbender i Hildesheim og Lübeck, faar nu disse kasserede og et nyt Ventebrev bevilget i en anden Form[5]).

Dudum siquidem sub data 7. kal. martii anno 4 Egerdo episcopo Slesvicensi, unius ex palatii apostolici causarum auditoribus de mandato nostro locum tenenti, qui canonicatum et prebendam ecclesie Hildesemensis ex dispensatione apostolica inter alia obtinebat, motu proprio unum alium Hildesemensis predicte ac alium Lubicensis ecclesiarum canonicatus . . . . contulimus et de illis etiam providimus, ac unam aliam Hildesemensis et aliam Lubicensis predictarum prebendas necnon dignitatem, personatum, administrationem vel officium alterius earundem ecclesiarum . . . . ., dummodo dignitas ipsa in aliqua

[1]) II: Tycholm [2]) II: cedente vel decedente
[3]) II tilføjer: seu alias quomodolibet dimittente [4]) II: kal. oct.
[5]) 9. Sept. 1496 havde Klerken Hermannus Koch faaet Ærkedegneembedet i Borsen i Hildesheim Stift, ledigt ved Eggert Durkops Resignation (Suppl. 1022, ufol.).

ecclesiarum predictarum post pontificalem maior non esset, vacantes vel vacaturos per eundem Egerdum episcopum vel suum procuratorem acceptandos etc. conferendos etc. eidem Egerdo episcopo post acceptationem huiusmodi . . . . donationi apostolice reservavimus . . . . ac executores deputavimus . . . . Cum autem prefatus Egerdus episcopus nullum ex litteris predictis fructum hactenus reportaverit, nos, litteras predictas . . . . de ipsius Egerdi episcopi expresso consensu cassantes, motu simili unum vel duo . . beneficia . . . . . . ad collationem [etc.] quorumcunque collatorum seu collatricum in expeditione litterarum eligendarum vel eligendorum etiam ratione dignitatum etc. pertinentia vacantia nunc aut vacatura per eundem Egerdum episcopum vel suum procuratorem acceptanda, conferenda sibi post acceptationem huiusmodi etc. donationi nostre reservamus . . . ., decernentes, quod littere predicte et alie super presentibus conficiende littere cum processibus super prioribus litteris predictis habitis et inde secuta quecunque ab eorum omnium data valeant . . . . et sibi suffragentur . . . . . . Nos enim cum eodem Egerdo episcopo, ut una cum Slesvicensi, cui preest, ac quacunque alia cathedrali, etiam metropolitana, ecclesia, ad quam ipsum forsan transferri contigerit, necnon quibusvis aliis beneficiis . . . . ., quecunque sint, que etiam ex quibusvis apostolicis dispensationibus in titulum et commendam obtinet et imposterum obtinebit, beneficia huiusmodi, si sibi predictarum et presentium litterarum vigore conferantur, recipere ac, quoad vixerit, [retinere][1]) et, si alterum de dictis duobus beneficiis canonicatus et prebenda in aliqua ecclesia, etiam cathedrali, in qua . . . alios canonicatus et prebendas obtineat, fuerit, ut obtentos inibi canonicatus et prebendas cum omnibus beneficiis supradictis per sex menses post assecutionem pacificam aliorum canonicatus et prebende in eadem ecclesia similiter, quoad vixerit, retinere libere valeat, dispensamus. Volumus tamen, quod infra dictos sex menses illos ex canonicatibus et prebendis illius ecclesie, in qua jam obtenti sunt et assequendi fuerint, quos ipse . . maluerit, pro alio beneficio, quod canonicatus et prebenda in eadem ecclesia non existat, permutare, alioquin obtentos canonicatum et prebendam predictos, quos extunc vacare decernimus, omnino dimittere teneatur. Fiat motu proprio. R. Datum Rome kal. oct. anno 5.

Suppl. 1023 fol. 201 v.

[1]) add. Gz.

3546. **10. Okt. 1496.**

Klerken Markvard Grottekop fra Slesvig Stift faar Sognekirken i Schönberg i Lübeck Stift.

Nuper vacante parrochiali ecclesia ville Schonenberge Lubicensis diocesis per obitum Vernerii Reuentlow, quidam [ɔ: quondam] Tilemannus Scharenhagen de eadem sibi provideri obtinuisse dicitur, litteris desuper minime confectis. Supplicat igitur Marchardus Grottekop clericus Slesvicensis diocesis, in Romana curia presens, quatenus sibi de suprascripta parrochiali ecclesia [fructus 4 mr.], per obitum dicti Tilemanni aut Verneri vacante, providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 6. id. oct. anno 5.

Suppl. 1024 fol. 247 v.

3547. **20. Okt. 1496.**

Klerken Laurens Andersen fra Viborg Stift faar Kanonikat og Præbende i Aarhus.

Supplicat Laurentius Andree clericus Vibergensis diocesis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie cathedralis Arusiensis [fructus 4 mr.], per obitum Petri Ostrup vacantibus, providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 13. kal. nov. anno 5.

Suppl. 1024 fol. 152 v.

3548. **20. Okt. 1496.**

Johanniterklostret i Ribe faar Brevet om Indlemmelsen af Nonneklostret udenfor Byen (jfr. Nr. 3539) udstedt med en Ændring.

Reformatio preceptoris et fratrum hospitalis s. Johannis Ripensis.

Si a nonnullis asseritur, quod monasterium predictum per priorissam, non per abbatissam, regitur, igitur s. v. dignetur litteras expediri mandare, ubicunque fit mentio de abbatissa, cum adjectione horum verborum, videlicet *sive priorissa*. Concessum. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 13. kal. nov. anno 5.

Suppl. 1024 fol. 241.

3549. **3. Nov. 1496.**

Præsten Johannes Alten faar Brevet om en Pension af Sognekirken i Diekholzen (jfr. Nr. 3526) udfærdiget med nogle Tilføjelser.

Reformatio Casparis Custodis.

Prefatus Johannes Alten in prefata pensione etiam pro successoribus suis dicte parrochialis ecclesie rectoribus pro tempore

existentibus consentire paratus est, et errore quodam in clausulis preinsertis adjectum extitit de prorogatione trimestris ad aliud trimestre, cum potius dici debuisset de gratificatione prepetita etc. Ut igitur oratori, s. v. familiari continuo commensali, qui beneficium aliquod non possidet et alias etiam pauper est, licet beneficia a s. v. impetraverit, que sibi deberi sperat et [de quibus] litigat, ex concessione preinserta utilitas aliqua resultare possit, dignetur s. v. litteras apostolicas super reservatione pensionis huiusmodi conficiendas cum extensione illius etc. ad dicti Johannis in dicta ecclesia successores, narrativa acceptationis et provisionis ac concessionis eas concernentis omissa, litteras vero super concessione nove aut etiam simplicis provisionis premisse conficiendas expediri mandare . . . ., attento quoad reservationem dicte pensionis etiam ad successores prefati Johannis moderni rectoris, quod omni juri ad certos canonicatum et prebendam ecclesie Slesvicensis ex concessione s. v. sibi competenti, litteris tamen desuper non confectis, cessit, de quibus per cessionem huiusmodi ipsi Johanni per s. v. existit concessum provideri. Concessum. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 3. non. nov. anno 5.

Suppl. 1025 fol. 16.

3550. **9. Nov. 1496.**

Hertug Frederiks Sekretær, Klerken Ditlev Sehested fra Lübeck Stift faar Sognekirken i Schönberg i Lübeck Stift og Fritagelse for at lade sig præstevie i de første 7 Aar (jfr. dog ogsaa Nr. 3552).

Alias certa parrochiali ecclesia in villa Sconenberge Lubicensis diocesis per obitum Warnerii Reuentlow vacante, Detleuus Zeestede clericus Slesvicensis diocesis, ex utroque parente de nobili genere procreatus, ad illam . . . . per priorissam et conventum monialium loci Pretze dicte Lubicensis diocesis, ad quam seu quas, quotiens dicta ecclesia vacaverit, presentatio . . . . eiusdem pertinere dinoscitur, presentatus existit, institutione per ordinarium loci et possessione subsecutis. Verum dictus orator Detlenus dubitat presentationem et institutionem ac possessionis assecutionem predictas et quecunque inde secuta viribus non subsistere dictamque parrochialem ecclesiam adhuc vacare. Supplicat igitur dictus orator . . . ., qui Federici Holtzacie ac Slesvicensis ducis etc. in castro suo Tritow scriptor et secretarius existit, quatenus sibi de parrochiali ecclesia predicta

[fructus 3 mr.] in forma simplicis aut nove provisionis provideri mandare, secum[que], ut ad aliquem ex sacris, etiam presbiteratus, ordinibus ratione dicte parrochialis ecclesie usque ad septennium a data presentium computando [ɔ: -dum] promoveri se facere minime teneatur . . . ., dummodo tamen infra annum a die date presentium computando [ɔ: -dum] ad subdiaconatus ordinem se rite promoveri faciat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Et quod littere quoad novam provisionem separatim expediri possint. Datum Rome 5. id. nov. anno 5.

Suppl. 1025 fol. 167 v.

3551. **18. Nov. 1496.**

Klerken Markvard Grottekop faar to evige Vikariater i Eutin og Lantkerken paa Femern.

Nuper perpetuis sine cura vicariis, una in ecclesia collegiata Utinensi Lubicensis diocesis et alia in ecclesia parrochiali Lontkeyken(!) terre Imbrie Ottoniensis diocesis, quas Tilemannus Scherenhagen et Marquardus Neije obtinebant, per obitum eorundem Tilemanni et Marquardi vacantibus, supplicat Marquardus Grottekopp clericus Slesvicensis diocesis, quatenus sibi de supradictis vicariis [cuiuslibet fructus 2 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Et quod littere conjunctim vel divisim expediri possint. Datum Rome 14. kal. dec. anno 5.

Suppl. 1026 fol. 1 v.

3552. **26. Nov. 1496.**

Ditlev Sehested faar Dispensation til ikke at lade sig præstevie i de næste to Aar; Ansøgningen gjaldt for 5 Aar (jfr. dog ogsaa Nr. 3550).

Supplicat Detlenus Zeestede clericus Slesvicensis diocesis, ex utroque parente de militari genere procreatus, quatenus secum, ut ratione parrochialis ecclesie in Sconenberge Lubicensis diocesis, quam pacifice possidet, cuiusque possessionem nondum elapso anno adeptus est, usque ad quinquennium a data presentium computandum ad aliquem ex sacris ordinibus se promoveri facere minime teneatur . . ., dummodo tamen infra annum a data presentium computandum ad subdiaconatus ordinem se legitime promoveri fecerit, dispensare dignemini. Concessum ad biennium in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Et

per breve s. v., attento quod ecclesia, cuius petitur dispensatio, sit valoris vix 2 mr. Datum Rome 6. kal. dec. anno 5.

Suppl. 1025 fol. 278.

3553. 27. Nov. 1496.

Klerken Godske Ahlefeld faar Kanonikat og Præbende i Slesvig.

Cum Willelmus Senodek canonicus prebendatus Slesvicensis dictos canonicatum et prebendam ad manus s. v. resignare proponat, supplicat igitur Godschalcus de Aleuelde, de militari genere ex utroque parente procreatus, clericus dicte Slesvicensis diocesis, quatenus resignationem huiusmodi admittentes sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 5. kal. dec. anno 5.

Suppl. 1025 fol. 278 v.

3554. 28. Nov. 1496.

Pavens familiaris Otto Brackel faar Kanonikater og Præbender i Naumburg og Lund.

Supplicat Otto Brackel litterarum apostolicarum sollicitator, s. v. familiaris, decretorum licentiatus, de nobili genere ex utroque parente procreatus, quatenus sibi de canonicatibus et prebendis ecclesiarum Numbergensis et Lundensis, per obitum Blasii Romen et Jacobi Burum vacantibus [fructus insimul 8 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 4. kal. dec. anno 5.

Suppl. 1026 fol. 114 v.

3555. 7. Dec. 1496.

Godske Ahlefeld faar Kanonikat og Præbende samt Skatmesterembedet i Slesvig.

Cum Detlenus de Barckwolde thesaurarius ac Willermus (!) Scroder canonicus prebendatus ecclesie Slesvicensis dictos thesaurariam ac canonicatum et prebendam in manus s. v. resignare proponant, supplicat igitur Godschalcus de Aluelde clericus dicte diocesis, de militari genere ex utroque parente procreatus, quatenus resignationes huiusmodi admittentes sibi de dictis canonicatu et prebenda ac thesauraria [fructus insimul 4 mr.], etiam si dicta thesauraria in dicta ecclesia dignitas non tamen maior post pontificalem, curata et electiva existat, providere

dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 7. id. dec. anno 5.

Suppl. 1026 fol. 131.

3556. 1496.

Kong Hans og Hertug Frederik ansøger Paven om, at han vil indføre den regulære Observans i Franciskanerklostret i Kiel.

Ad papam pro monasterio in Kilone etc.

Ad devotissima s. v. pedum oscula beatorum filialem obedientiam et devotam . . . . Uti ex sacris legibus diffuse recipitur et scriptura, catholicorum principum plurimum interest ea, que divino prospiciunt cultui, salubriter recensere ac crebris sollicitudinibus funditus abolere, que in usum vergere contrarium dinoscuntur. Hinc nos Johannes Dacie, Norvegie etc. regnorum rex ac Fredericus Slesvicensis, Holtzatie, Stormarie etc. ducatuum duces fratres germani, s. v. obedientiarii dilecti sancteque Romane ecclesie et apostolice sedis filii deditissimi et devoti, digestis consiliis studiosisque cohortationibus nostros animos maturantes patula veritate luce clarius conspicimus virtutum dominum Sabaoth plurimis sancte religionis et magne devotionis frugibus p[opulum cumu]lasse, dum pia apostolice sedis concessione fratrum Minorum predicatio frequens in corda fidelium nostris hincinde regnis ac [ducatibus] subjectorum efferbuit et ascendit. Unde ad sanctioris vite [propositum] suscitata est puritas dormientibus in delictis, quorum mentes [peccatorum] obtenebratas vulneribus calor divini amoris admo[dum bonis] conignit (?) operibus, virtutum fructibus et illustrat, ita ut [prior prodi]vitas delinquendi in delicti horrorem eiusve odium com[mutetur eoque] populi in dies habundantius succrescat [devotio, ac] divini misterii alma religio peramplius augeatur. Dig[netur igitur s. v.] nostris contemplationibus devotissimis benignam prebere au[rem atque pe]tentium desideriis favorem pietatis solite impert[iri, ut domus] fratrum Minorum opidi Kilonis ducatus nostri Brem[ensis diocesis] reformatorum auctoritate sancte sedis apostolice possit et vale[at domibus et] locis eiusdem ordinis reformatorum incorporari necnon [fratrum eiusdem ordinis], de observantia nuncupatorum, subjici et assig[nari usibus, ipsorumque cura] et regimine gubernari, constitutionibus et ordinationibus [apostolicis in contrarium] facientibus non obstantibus quibuscunque. Et premissum siquidem negotium eidem[1])

[1]) Cod. eiusdem s. v.

s. v. per Eggardum Slesvicensem episcopum, unius ex sacri vestri pallatii causarum apostolici auditoribus locumtenentem, oraculo vive vocis latius commisimus declarandum. In hiis s. v. deo gloriam exhibet immortali, plurimas ipsi deo per reformationem fratrum huiusmodi animas lucrifacit, nostris[q]ue ac reliquorum pauperum curandis animabus salubriter providet et medetur vitamque sibi ipsi, uti non ambigimus, premium preparat ad eternam. Eandem s. v. prosperis successibus pro felicissimo universalis ecclesie regimine altissimus dirigat et secundet, nobis devotissimis sui sancteque ecclesie filiis nostris[q]ue regnis et dominiis in omnibus precepturam. Datum Dorninge anno etc. 96 nostris hincinde sub signetis.

Eiusdem s. v. devotissimi filii Johannes Dacie Norvegie etc. regnorum rex et Fredericus etc. duces fratres germani.

Konc. paa Papir i Gottorper Arkivet 359 (R. A.). — Suppleringen skyldes Prof. Gertz.

3557. **7. Jan. 1497.**

Pavens familiaris, Upsalakanniken Ericus Getyngh, tidligere Rektor ved Universitetet i Siena, faar Provstiet i Lund, ledigt ved Jens Aagesens Død.

Vacanti prepositura ecclesie Lundensis *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 7. id. jan. anno 5.

Suppl. 1028 fol. 37 v.

3558. **9. Jan. 1497.**

Præsten Erik Jensen fra Odense Stift faar Kanonikater og Præbender i Lund og Aarhus, ledige ved Jens Aagesens og Christiern Eriksens Død.

Supplicat Ericus Johannis *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 5. id. jan. anno 5.

Suppl. 1028 fol. 34.

3559. **21. Jan. 1497.**

Lübeckerborgerne Hermannus Terbo og Hermannus Brünnick faar som Eksekutorer af Lægmanden Mads Noack fra Slesvig Stifts Testamente overdraget til Biskoppen i Lübeck at oprette et Beneficium i Mariekirken uden Afgift til Kapitlet.

Olim quondam Mathias Noeck laicus Slesvicensis diocesis, suum in eius ultima voluntate condens testamentum ac de propria salute recogitans, inter alia voluit et ordinavit, quod ex

bonis a deo sibi collatis unum perpetuum simplex beneficium, commenda nuncupatum, erigeretur ad altare situm in capella b. Marie posita sub turri sive campanili parrochialis ecclesie etiam b. Marie Lubicensis, quod quidem altare dote carebat de presenti. Pro uno paupere presbitero missas ad dictum altare celebraturo ac pro dote ipsius beneficii legavit 600 mr. monete illarum partium, 300 duc. auri de camera vel circa constituentes, ad emendum aliquos redditus pro dote dicti beneficii per executores in dicto testamento deputatos, ac etiam 200 similes mr. pro libris, calicibus, paramentis et aliis ornamentis dicti altaris per eosdem executores emendis legavit; et, licet Hermannus Terbo et Hermannus Bruninck cives Lubicenses executores dicti testamenti sint parati dictas pecunias exponere pro erectione et dotatione dicti beneficii, tamen, cum dicta parrochialis ecclesia sit unita mense capitulari Lubicensi, capitulum ecclesie Lubicensis noluit consentire erectioni dicti beneficii, nisi ipsis ex illius fructibus 4 mr. similes annis singulis assignentur. Cum autem ex dictis 600 mr. 15 duc. similes annui redditus perpetui cum difficultate emi possint, ex quibus unus presbiter vix commode sustentari poterit, ne igitur pia voluntas dicti testatoris absque executione remaneat, supplicant igitur executores prefati, quatenus aliquibus probis viris in partibus illis mandare dignemini, ut, si est ita, unum perpetuum simplex beneficium, quod commenda appelletur, ad dictum altare, licentia ac consensu dictorum capituli et cuiusvis alterius ad id minime requisitis, apostolica auctoritate erigant ac redditus et bona ex dictis 600 mr. tenenda dicto beneficio pro illius dote integre applicent necnon jus presentandi personam idoneam ad dictum beneficium pro hac prima vice et deinde, quoties illud vacare contigerit, eisdem executoribus, quoad vixerint, concedere dignemini. Fiat, quod committatur ordinario. R. Et de erectione sine prejudicio. Datum Rome 12. kal. febr. anno 5.

Suppl. 1030 fol. 25.

3560. **24. Jan. 1497.**

Præsten Bo Hagensen fra Roskilde Stift faar ny Provision paa et evigt Vikariat ved Vor Frue Alter (i Roskilde Stift?).

Vacante alias perpetua sine cura vicaria ad altare b. Marie virginis, magne imaginis vulgariter nuncupati [ɔ: -tum], Roskildensis diocesis per obitum Jacobi Johannis, Boetius Aquini presbiter dicte diocesis ad dictam vicariam, que ad presentationem capi-

tuli Roskildensis . . . . spectat, per dictos capitulum presentatus et per episcopum dicte diocesis jure devolutionis institutus existit. [Cum autem dubitet presentationem, institutionem et] possessionem per eum factas viribus non subsistere, supplicat igitur, quatenus sibi de dicta vicaria [fructus 3 mr.] per modum simplicis vel nove provisionis providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 9. kal. febr. anno 5.

Suppl. 1029 fol. 21 v.

3561. **2. Febr. 1497.**

Mikkel Pedersen (Hostorp) faar Embedet som Prior i Nonneklostret udenfor Ribe.

Supplicat Michael Petri clericus Slesvicensis diocesis, quatenus sibi de prioratu monasterii monialium s. Nicolai extra muros Ripenses, per clericum secularem haberi et regi solito, qui tanto tempore vacavit, quod eius collatio juxta Lateranensis concilii statuta ad sedem apostolicam legitime devoluta existit [fructus 4 mr.], sive ut premittitur seu adhuc per obitum Lagonis Johannis vel per liberam eiusdem Langonis vel cuiusdam Bellonis Rantsoul resignationes vacet, cum omni administratione in temporalibus et spiritualibus dicti monasterii providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 4. non. febr. anno 5.

Suppl. 1029 fol. 242 v.

3562. **2. Febr. 1497.**

Aarhuskanniken Peder Nielsen faar pavelig Bekræftelse paa en Kannikegaard i Aarhus, Helligaandsgaarden kaldet.

Cum alias curia canonicalis, prebenda et canonicatus s. Spiritus nuncupata, ecclesie Arusiensis per absentiam possessoris dicte curie ruinam in edificiis pateretur, episcopus Nicolaus modernus et capitulum Arusienses huiusmodi perdentie (?) bonorum dicte ecclesie Arusiensis obviare volentes dictam curiam de consensu predicti possessoris cuidam Petro Nicolai, magistro in artibus et bachalaureo utriusque juris, canonico dicte ecclesie Arusiensis, prefatam ecclesiam [ɔ: curiam] in edificiis et meliorationibus restaurandam et reparandam, ne in toto in damnum et prejudicium ecclesie et capituli Arusiensium rueret, in esse

conservando, ut premittitur, ad tempus vite sue per dimissionem et resignationem possessoris assignarunt, et ab ordinario et capitulo obtinuit sibi conferri et de illa etiam provideri, possessione subsecuta. Cum autem dubitet collationem et provisionem predictas viribus non subsistere, supplicat igitur idem orator, quatenus sibi de novo [de dicta curia] providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Et quod nomen verum prioris possessoris in litteris expresse exprimi possit. Et quod littere in forma simplicis aut nove provisionis et in casu litis in forma gratie [etc.] expediantur. Datum Rome 4. non. febr. anno 5.

Suppl. 1029 fol. 242 v.

3563. **21. Febr. 1497.**

Mikkel Pedersen (Hostorp), evig Vikar i Vilstrup i Slesvig Stift, faar Dispensation til med dette Embede at forene to andre ellers uforenelige Embeder.

Supplicat Michael Petri perpetuus vicarius ecclesie parrochialis Wistrop Slesvicensis diocesis, quatenus secum, ut quecunque alia duo beneficia curata seu electiva, quibus cura imminet animarum, una cum dicta ecclesia Welistrop invicem incompatibilia . . . ., si sibi alias canonice . . . . conferantur, recipere et insimul cum dicta ecclesia Wejstorp, quoad vixerit, retinere [cum clausula totiens quotiens permutandi] libere possit, dispensare dignemini. Concessum ad duo tantum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 9. kal. martii anno 5.

Suppl. 1030 fol. 143.

3564. **25. Febr. 1497.**

Paven befaler Provsten i Roskilde og Dekanerne i Roskilde og København at sørge for, at der paa et dertil passende Sted i Danmark maa — efter Ansøgning af Kong Hans og Dronning Christine — blive indrettet et Kloster af St. Claras Orden. Klostret skal staa under Tilsyn af Generalvikaren og Provinsialvikaren for Observanterne i Provinsen Dacia, der skal sørge for, at der overføres Nonner til det og udnævnes en Abbedisse; det skal have Kirke eller Kapel, lavt Klokketaarn, Klokke, Kirkegaard, Klostergaard, Sovesal, Spisesal, Blomster- og Køkkenhave. Det nye Kloster skal nyde Ordenens Privilegier.

Preposito Roskildensi et eiusdem ac Caffuensis [ɔ: Haffnensis] Roskildensis diocesis decanis ecclesiarum. Sacrosancte militantis ecclesie gubernacula [etc.]. Exhibita siquidem nobis

nuper *(Wadding, Annales Minorum XV, 539—40; Reg. 5104).* Datum Rome 5. kal. martii anno 5.

B. L. Bagarothus protonotarius.

Reg. Lat. 997 fol. 292; ogsaa Supplik (Fiat. R.) i Suppl. 1030 fol. 38.

3565. **27. Febr. 1497.**

Dronning Christine faar Tilladelse til med 3 Ledsagersker at tage ind i alle Nonneklostre i Danmark, dog uden at overnatte der.

Cum Cristina Dacie regina cupiat pro eius singulari devotione ac speciali consolatione quecunque monasteria monialium in regno Dacie et aliis suis dominiis consistentia intrare et cum illorum monialibus et sororibus in rebus spiritualibus et honestis conversari, supplicat, quatenus sibi, ut ipsa cum tribus mulieribus honestis quecunque monasteria monialium quorumvis ordinum in dicto regno et dominiis predictis consistentia, quotiens sibi placuerit, alicuius licentia vel consensu super hoc minime requisitis, et absque alicuius pene vel censure incursu ingredi et cum illorum monialibus in rebus spiritualibus et honestis conversari et communicare, dummodo ibidem non pernoctet, libere valeat, concedere dignemini . . . . Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Et quod littere in forma brevis expediri possint. Datum Rome 3. kal. martii anno 5.

Suppl. 1030 fol. 199 v.

3566. **6. Marts 1497.**

Skolaren Jens Pedersen fra Før, som tidligere har faaet Dispensation for sin uægte Fødsel, faar Tilladelse til at lade sig præstevie i Rom.

Cum Johannes Petri de Fior scolaris Slesvicensis diocesis, de soluto et soluta genitus, zelo devotionis accensus cupiat clericali caractere insigniri et militie clericali asscribi, supplicat igitur idem orator in Romana curia presens, cum quo dudum super defectu natalium, quem patitur, per sacram penitentiariam dispensatum extitit, quatenus [non obstante] defectu natalium huiusmodi a quocunque catholico antistite . . . ., quem duxerit eligendum, aliquo dominico festivo vel non festivo die, etiam extra tempora a jure statuta, clericali carractere insigniri [et] primam tonsuram recipere . . . possit, eidem antistiti illam conferendi dictoque oratori recipiendi licentiam concedere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Datum Rome pridie non. martii anno 5.

Suppl. 1031 fol. 201.

3567. **11. Marts 1497.**

Klerken Johan Jepsen (Ravensberg) fra Odense Stift faar ny Provision paa Provstiet i Lund, ledigt ved Jens Aagesens Død, hvortil Kongen havde præsenteret ham, og som Ærkebiskoppen derefter havde tildelt ham.

Nuper prepositura metropolitane Lundensis *(Dipl. dioc. Lund. V).* Fiat. R. Datum Rome 6. id. martii anno 5.

Suppl. 1030 fol. 37 v.

3568. **22. Marts 1497.**

Sognepræsten Johan Wulf i Langenhorn i Slesvig Stift faar Fristen til at lade sig præstevie forlænget med 2 Aar.

Supplicat Johannes Woff rector parrochialis ecclesie in Lengorin Slesvicensis diocesis, quatenus cum eo, qui nondum annum integrum ecclesiam possedit, ut usque ad biennium a fine illius anni, quo prefatus Johannes dictam ecclesiam incepit possidere, cuius finis nondum transivit, licet forsitan propediem instare dignoscatur, computandum ad diaconatus et presbiteratus ordines ratione predicte ecclesie se promoveri facere minime teneatur, dummodo infra annum ad ordinem subdiaconatus promoveatur, etiam si tantum de dicto anno [ef]fluxerit, quod sit oratori impossibile infra dictum annum ad eosdem ordines promoveri, dummodo ex toto non effluxerit, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Et per breve s. v. Datum Rome 11. kal. aprilis anno 5.

Suppl. 1033 fol. 32.

3569. **7. April 1497.**

Klerken Benedikt Ahlefeld fra Slesvig Stift faar Kanonikat og Præbende i Hildesheim.

Cum canonicatus et prebenda Hildesemenses, in quibus Hartwicus de Winow, qui se gerit pro canonico, intrusus est, certo modo vacent ad presens, supplicat Benedictus de Anefelt clericus Slesvicensis diocesis, ex utroque parente de militari genere procreatus, quatenus . . . . de eisdem canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] eidem Johanni (!) oratori, dummodo non competat in eisdem canonicatu et prebenda [alicui] jus quomodolibet, providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 7. id. aprilis anno 5.

Suppl. 1032 fol. 113.

3570. 11. April 1497.

Præsten Johan Rennbalke fra Roskilde Stift faar Dispensation til med et evigt Vikariat i Lübeck at forene et Beneficium i samme Kirke, hvorpaa han har faaet Ventebrev.

Cum s. v. Johanni Rennbalke presbitero Roskildensis diocesis sub data kal. martii anno 4 litteras gratie expectative in forma, secundum quem [ɔ: quam] pro pauperibus clericis dari consuevit, concessit ac de beneficio . . . ab olim clericis secularibus assignari solito, dummodo in cathedraii ecclesia non existeret, ad collationem etc. decani et capituli ecclesie Lubicensis spectante, si quod in civitate vel diocesi Lubicensi vacabat tunc aut cum vacaret, quod prefatus Johannes . . . . infra certi tunc expressi temporis spatium duxisset acceptandum, provideri mandavit ac voluit, quod, quamprimum idem Johannes beneficium vigore dictarum litterarum assecutus foret, perpetuam sine cura vicariam in ecclesia b. Marie Lubicensi, de qua alias eidem oratori canonice provisum fuit, et super qua litigabat, si illam evinceret, dimittere teneretur, cumque fructus vicarie huiusmodi summam 12 duc. auri de camera annuatim non excedant, supplicat igitur ipse orator, quatenus secum, ut una cum beneficio vigore earundem litterarum assequendo, si quod illarum vigore assequatur, vicariam predictam, si eam assequatur et, etiam si sub uno et eodem tecto forent, etiam [duo][1]) similia beneficia recipere et, quoad vixerit, retinere libere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 3. id. aprilis anno 5.

Suppl. 1032 fol. 152.

3571. 25. April 1497.

Klerken Hemming Wedekinck fra Slesvig faar ny Provision paa et evigt Kapellani i Slesvig Domkirke.

Alias perpetua cappellania ad altare s. Caterine situm in ecclesia Slesvicensi per obitum Nicolai Nosbii vacante, canonici et capitulum prefate ecclesie, ad quos dicte capellanie collatio dicitur pertinere, eandem Hemingo Wedechinch clerico Slesvicensis diocesis contulerunt, qui dicte collationis vigore illius possessionem extitit de facto assecutus. Cum autem dubitet collationem predictam viribus non subsistere, supplicat igitur, quatenus sibi de dicta capellania [fructus 3 mr.] in forma simplicis

[1]) add. Gz.

aut nove provisionis, gratie [etc.] conferre seu de illa sibi providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Et quod orator fateri possit in confectione litterarum sibi nullum jus competere vigore dicte collationis. Datum Rome 7. kal. maji anno 5.

Suppl. 1032 fol. 133.

3572. **5. Maj 1497.**

Paven giver Mikkel Pedersen (Hostorp), evig Vikar i Vilstrup i Slesvig Stift, Dispensation til med dette Embede at forene et andet ellers dermed uforeneligt Embede.

Michaeli Petri perpetuo vicario parrochialis ecclesie Vitilstroppe Slesvicensis diocesis. Vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos . . . . tecum, ut una cum dicta vicaria unum et illa per te dimissa duo alia quecunque curata seu alias invicem incompatibilia beneficia . . . ., si tibi alias canonice conferantur . . . ., recipere et insimul, quoad vixeris, retinere illaque . . . ., quotiens tibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia beneficia duo dumtaxat invicem incompatibilia similiter recipere et insimul, quoad vixeris, retinere libere valeas, dispensamus. Datum Rome 3. non. maji anno 5.

B. XXXX. Bagarothus protonotarius.
Reg. Lat. 993 fol. 8 v.

3573. **8. Maj 1497.**

Nogle Gejstlige og Verdslige fra Rügen og den tilstødende Del af Fastlandet, som hører under Roskilde Stift, appellerer til Paven imod Biskop Niels Skave i Roskilde, der har nægtet at anerkende et Beskyttelsesbrev, der af Baselerkonciliet var tilstaaet de nævnte Egne.

In nomine domini Amen. Anno . . . 1497, indictione 15, die vero lune 8 mensis maji pontificatus . . . Alexandri pape VI anno 5 in mei notarii publici testiumque infrascriptorum ad hoc vocatorum et rogatorum presentia personaliter constituti egregius ac venerabilis vir dominus Gerwinus Ronnegarne legum doctor, archidiaconus Usznamensis et Tribucensis ecclesiarum Caminensis et Szwerinensis et Reymarus Hane archidiaconus Warnensis in ecclesia Szwerinensi ac ecclesiarum parrochialium opidi Sundensis Szwerinensis diocesis plebanus, principales et procuratorum nomine honorabilium virorum dominorum fratrum kalendarum dicti opidi Sundensis ac beneficiatorum, presbiterorum necnon totius cleri sub archidiaconatu Tribucensi constitutorum habentes et tenentes suis in manibus quandam papiri ce-

dulam, modum et formam appellationis in se continentem, quam ibidem in medium produxerunt et legerunt, in qua provocarunt et appellarunt, apostolos petierunt aliasque et alia fecerunt, prout in eadem cedula latius continetur et habetur, cuius tenor sequitur et est talis:

Nisi quorundam prelatorum detestabilis audacia et notoria injustitia appellationis remedio refrenaretur, nonnulli temeritate propria aut auctoritatem, quam non haberent, assumerent aut proprios subditos suis iniquis mandatis injuste damnificarent et opprimerent. Hinc est, quod nos Gerwinus Ronnegarne legum doctor, archidiaconus Usznamensis et Tribucensis ecclesiarum Caminensis et Szwerinensis, Reymarus Hane, archidiaconus Warnensis in ecclesia Szwerinensi ac ecclesiarum parrochialium opidi Sundensis plebanus, Henricus Sume in Bardis, Hermannus Klick in Grynnis, Nicolaus Krogher in Tribbeses ecclesiarum plebani, Gerwinus de Huddesem, Gerardus Hundertmarck seniores fratrum kalendarum, nominibus propriis ac aliorum honorabilium virorum dominorum fratrum kalendarum opidi Sundensis ac beneficiatorum et presbiterorum ac totius cleri sub archidiaconatu Tribucensi constitutorum, animo et intentione appellandi, provocandi ac apostolos in forma solita petendi ac causam infrascriptam ad examen sedis apostolice devolvendi, dicimus et proponimus, in hiis scilicet, quod, licet sacrosancta generalis sinodus Basiliensis nobis et prefatis fratribus kalendarum, beneficiatis, presbiteris et universo clero sub dicto archidiaconatu Tribucensi constitutis in vim litterarum conservatorialium concesserat, ut nos et ipsi propter debita et injurias nobis et eisdem illatas possent et possemus coram certis judicibus in diversis diocesibus ab eodem consilio deputatis contra debitores et injuriatores suos, etiam cuiuscunque dignitatis seu conditionis essent, et in quocunque loco habitarent, dummodo non ultra duas dietas, dictos debitores ad judicium vocare et coram eis de justitia experiri, prout nos et predecessores nostri fratres kalendarum, beneficiati, presbiteri et clerici supradicti a tempore date litterarum usque ad presens semper coram eisdem judicibus receperunt et recepimus justitie complementum absque aliquorum ordinariorum impedimento, inhibitione aut quocunque obstaculo, nichilominus de anno presenti de mense maji, prout ad nostram pervenit notitiam, ... Nicolaus episcopus Roskildensis, quo spiritu aut quo jure ductus nescitur, cui per relationem sui prepositi eiusdem terre Rugie et suorum legatorum et nuntio-

rum, qui dictas litteras conservatoriales viderunt et legerunt, et sibi et suis predecessoribus dudum sufficienter constabat, per suas patentes litteras communi juri exosas et infectas universis ecclesiarum parrochialium rectoribus, vicariis et presbiteris universis per terram Rugie sue diocesis mandavit, ne litteras tales per sacrosanctum consilium Basiliense nobis et supradictis taliter, ut premittitur, concessas sub pena suspensionis ab officio sacerdotali reciperent, admitterent aut illis parerent, addendo in dicto suo exorbitanti mandato, quod, si tales judices aliquas in dicta terra et diocesi sua contra aliquos censuras fulminarent[1]), prepositus suus in dicta terra ab eo deputatus posset a dictis censuris auctoritate sua ordinaria absolvere, non attendens, quod inferior seu judex ordinarius non posset absolvere a censuris per legatum apostolicum fulminatis, cum quilibet delegatus apostolicus maior est quolibet ordinario, nec potest ordinarius contra litteras apostolicas aliquid mandare, inhibere, statuere etiam in proprios subditos propter paritionem litterarum apostolicarum aut aliquo modo contra parentes litteris apostolicis penas dictare aut imponere. Unde, quia hec omnia premissa exhorbitant a jure communi, nec possunt aliqua ratione excusari, ob id nos et universum clerum prefatum ac etiam prefatos dominos plebanos, vicarios et universum clerum terre Rugie predicte, inter quos nos aliqui aut ut plebani aut ut vicarii commoramur et maiori periculo, ut perditione honorum et privatione beneficiorum, si mandatis apostolicis non pareremus, afficeremur et afficerentur per hec illicita et exhorbitantia mandata sentientes vehementer fore gravatos timentesque nos et omnes supradictos ab eodem reverendo patre plus gravari posse in futurum, a dictis iniquis processibus et mandatis et penis in eisdem appositis contra dictum reverendum patrem aut quoscunque alios sua interesse putantes ad sedem apostolicam provocamus et appellamus apostolosque testimoniales a vobis notariis publicis petimus et recipimus, subjicientes nos et omnes nobis adherentes apostolice sedis protectioni, juris beneficiis nobis semper salvis.

Super quibus omnibus premissis prefati domini Gerwinus doctor et archidiaconus ac Reymarus archidiaconus et plebanus sibi a me notario publico infrascripto unum vel plura publicum seu publica fieri atque confici petierunt instrumentum et instru-

---

[1]) Gz. — Orig. fulminarent quod

menta, ac fuerunt hec [acta][1] in dicto opido Sundensi predicte Szwerinensis diocesis, ibidem in domo habitationis prefati domini Gerwini doctoris et archidiaconi hora vespera vel quasi sub anno, indictione, die, mense et pontificatu, quibus supra, presentibus ibidem discretis Nicolao Gerikes et Johanne Techmer laicis Roskildensis et Caminensis diocesium testibus ad premissa vocatis atque rogatis.

Notarmærke. Et ego Arnodus Wulff, clericus Szwerinensis diocesis, apostolica et imperiali auctoritate notarius, quia huiusmodi appellationi, interpositioni apostolorumque petitioni omnibusque aliis premissis, dum sic, ut premittitur, fierent et agerentur, una cum prenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi, ideoque hoc presens publicum instrumentum manu mea propria conscriptum exinde confeci, subscripsi, publicavi et in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis signavi in fidem et testimonium omnium premissorum rogatus et requisitus.

Orig. paa Perg. i Rügen til Roskilde Stift 53 (R. A.).

3574. 20. Maj 1497.

Paven tillader Guardianen og Brødrene i Franciskanerklostret i Horsens vedblivende at bebo deres efter en Brand nyopførte Kloster, skønt deres Adkomstbreve, bl. a. Brevet om Klostrets Grundlæggelse ved Ridderen Niels fra Barritskov, var brændte.

Guardiano et fratribus domus Horsnensis ordinis fratrum Minorum Arusiensis diocesis. Piis et honestis fidelium votis [etc.]. Sane exhibita nobis *(Wadding, Annales Minorum XV, 546).* Datum Rome 13. kal. junii anno 5.

F. XX. Ponsectus.

Reg. Lat. 995 fol. 41; ogsaa Supplik (Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis) i Suppl. 1034 fol. 217.

3575. 20. Maj 1497.

Paven tillader Guardianen og Brødrene i Franciskanerklostret i Næstved vedblivende at bo i deres Kloster, skønt deres Adkomstbreve er brændte.

Guardiano et fratribus domus Nestwedensis ordinis fratrum Minorum Roskildensis diocesis. Piis et honestis fidelium votis *(Wadding, Annales Minorum XV, 548; Reg. 5118).* Datum Rome 13. kal. junii anno 5.

F. XX. Ponsectus.

Reg. Lat. 995 fol. 41 v; ogsaa Supplik (Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis) i Suppl. 1034 fol. 217 v.

---

[1]) add. Gz.

3576. **20. Maj 1497.**

Paven befaler, efter Ansøgning fra Provinsialministeren for Franciskanerne i Provinsen Dacia samt Ingerd, Enke efter Ridderen Ture Turesen (Bjelke) til Kråkerum i Linköping Stift, Ærkebiskoppen og Provsten i Lund samt Ærkedegnen i Viborg at bekræfte ovennævnte Ture Turesens Gave af St. Claræ Kapel paa Turkø og Helgeø med tilhørende Grunde i Lister og Bleking til Franciskanerne og sørge for, at der paa dette Sted bliver oprettet et Franciskanerkloster med det sædvanlige Tilbehør af Bygninger. Det nye Kloster skal nyde Ordenens almindelige Privilegier.

Archiepiscopo Lundensi et preposito Lundensis ac archidiacono Vibergensis ecclesiarum. Sacre religionis honestas [etc.] *(Wadding, Annales Minorum XV, 547; Reg. 5117).* Datum Rome 13. kal. junii anno 5.

F. L. Ponsectus.

Reg. Lat. 995 fol. 40; ogsaa Supplik (Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis) i Suppl. 1034 fol. 217 v.

3577. **20. Maj 1497.**

Franciskanerne i Kalundborg faar Tilladelse til vedblivende at bo i deres Kloster, skønt deres Adkomstbreve er bortkomne.

Exponitur pro parte guardiani confratrum domus Kalundeburgensis ordinis Minorum Roskildensis diocesis, quod, licet olim dicta domus rite constructa fuerit, ipsique fratres illam per longum tempus tenuerint, quia tamen postea dicta domus destructa fuit etc., de litteris fundationis huiusmodi alias quam per possessionem huiusmodi constare non potest; supplicatur pro parte dictorum oratorum, quatenus . . . . eis, quod in dicta domo, que postea edificata extitit, perpetuo inhabitare et illam, prout hactenus fecerunt, tenere libere valeant, concedere dignemini, non obstantibus Bonifacii pape VIII prohibente, ne fratres mendicantes nova loca recipere presumant absque sedis apostolice licentia . . . ., cui pro hac vice derogare placeat, et aliis constitutionibus apostolicis. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 13. kal. junii anno 5.

Suppl. 1034 fol. 217.

3578. **20. Maj 1497.**

Abbeden for Allehelgenskloster udenfor Lund af Benediktinerordenen, som efter gammel Hævd, der er stadfæstet af flere Ærkebiskopper, er Overhoved for alle Klostre af Ordenen i Danmark og særlig har Ret til at visitere de tre Benediktinernonneklostre i Lunde Stift, faar pavelig Stadfæstelse paa denne Overhøjhed samt desuden for Klostrets Bønder tilstaaet alle de Privilegier, som alle andre Klosterbønder maatte være i Besiddelse af.

Cum abbas monasterii Omnium sanctorum *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Concessum de confirmatione, quatenus sint in usu, in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Et quod littere desuper in forma gratiosa expediantur ad perpetuam rei memoriam. Datum Rome 13. kal. junii anno 5.

Suppl. 1034 fol. 243.

3579. **29. Maj 1497.**

Klerken Hermannus Wesselingk fra Paderborn Stift faar ny Provision paa et Vikariat i Slesvig.

Vicaria in ecclesia Slesvicensi per obitum Johannis Heysnian (!) [vacante], Hermannus Wesselingk clericus Padeburnensis diocesis [ad] eandem vicariam per unum ex assertis patronis, [ad] quos jus presentandi pretenditur pertinere, presentatus extitit, et per ordinarium institutus est, possessione subsecuta. Verum dubitat presentationem, institutionem et possessionem predictas et inde secuta forsan viribus non subsistere, sed eandem adhuc vacare. Supplicat igitur, quatenus sibi de vicaria predicta [fructus 4 mr.] in forma nove aut simplicis provisionis, si neutri [etc.] providere dignemini. Pro medietate. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 4. kal. junii anno 5.

Suppl. 1035 fol. 32 v.

3580. **6. Juni 1497.**

Provsten i Lund Johan Jepsen (Ravensberg) faar ny Provision paa Ærkedegneembedet i Aarhus, hvorom han havde ført Proces ved Kurien med Jens Pedersen (Hostorp) og Laurens Vesteni.

Dudum lite et causa coram Matheo de Ubaldis, vestri sacri palatii apostolici causarum auditore, inter devotum s. v. oratorem Johannem Jacobi reum et possessorem et quondam Johannem Petri et Laurentium Vestini assertos clericos adversarios de archidiaconatu cathedralis ecclesie Arusiensis rebusque aliis in actis cause huiusmodi latius deductis in prima instantia indecisa pendente, dictus auditor in causa huiusmodi taliter qualiter procedens diffinitivam sententiam in favorem dicti Johannis Petri et contra oratorem et Laurentium adversarium tulit et promulgavit sententiam iniquam, que nulla appellatione suspensa in rem transivit judicatam, litteris executorialibus desuper decretis et dicto Laurentio forsan intimatis; a qua quidem sententia et litteris executorialibus . . . . pro parte dicti Laurentii

adversarii illorum habita notitia ad s. v. sanctamque sedem apostolicam appellato, dictus quondam Johannes Petri, possessione dicti archidiaconatus per eum forsan non habita, sicut altissimo placuit, diem vite sue clausit extremum; commissaque causa appellationis pro parte dicti Laurentii Vestini interposite Achilli de Grassis auditori, et in eadem per et inter Johannem Jacobi et Laurentium Vestini adversarium prefatos ad aliquorum terminorum substantialium observationem, citra tamen cause conclusionem, processo, a nonnullis asseritur neutri dictorum collitigantium ad dictum archidiaconatum jus competere, sed illum adhuc per obitum dicti Johannis Petri vacare. Supplicat igitur dictus Johannes Jacobi orator ac prepositus ecclesie metropolitane Lundensis, que prepositura inibi principalis, maior post pontificalem ac curata et electiva existit [fructus 4 mr.], quatenus prefato Achilli seu eius surrogato vel forsan surrogando auditori mandare dignemini, quatenus, si per eventum litis huiusmodi sibi constiterit neutri dictorum . . . . jus competere, eundem archidiaconatum, qui inibi dignitas maior post pontificalem existit [fructus 24 mr.], sive ut premittitur sive per obitum [Magni] Erici seu per liberam dictorum quondam Magni Erici et Johannis Petri resignationem . . . vacet, eidem Johanni Jacobi oratori in forma gratie si neutri aut si nulli, surrogationis vel nove provisionis apostolica auctoritate conferat et etiam provideat de eadem. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 8. id. junii anno 5.

Suppl. 1034 fol. 188.

3581. **8. Juni 1497.**

Paven tildeler Ærkedegnen i Viborg Jens Andersen (Beldenak) Provstiet i Børglum som Kommende.

Johanni Andree archidiacono Vibergensi, magistro in artibus. Litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Dudum siquidem omnes dignitates et beneficia . . . apud sedem apostolicam tunc vacantia et inantea vacatura dispositioni nostre reservavimus. Cum itaque prepositura ecclesie Burglanensis Premonstratensis ordinis per liberam resignationem Simonis Lesso de illa per Johannem Wodring clericum Monasteriensis diocesis procuratorem suum . . . . in manibus nostris sponte factam et per nos admissam apud sedem predictam vacet ad presens . . . ., nos, volentes tibi, qui archidiaconatum ecclesie Vibergensis, qui inibi dignitas maior post pontificalem existit [fructus 4 mr.],

inter alia obtines, ut comodius sustentari valeas, de alicuius subventionis auxilio providere, preposituram predictam, que in dicta ecclesia Burglanensi etiam dignitas maior post pontificalem existit, et ad quam consuevit quis per electionem assumi, cuique cura imminet animarum [fructus 4 mr.], tibi per te, quoad vixeris, gubernandam, ita quod, debitis et consuetis ipsius prepositure supportatis oneribus, liceat tibi de residuis illius fructibus disponere, sicuti illam in titulum pro tempore obtinentes de illis disponere . . . potuerunt . . ., alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium et pretiosorum mobilium ipsius prepositure tibi penitus interdicta, commendamus. Datum Rome 6. id. junii anno 5.

Simili modo Lundensis et s. Cuniberti Coloniensis ecclesiarum prepositis ac officiali Burglanensi.

V. XXX. X. 11. kal. junii anno 6. de Phano.

Reg. Lat. 1006 fol. 147 v; ogsaa (II) Supplik[1]) (Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus) i Suppl. 1036 fol. 2.

3582. 10. Juni 1497.

Franciskanerne i Provinsen Dacia, særlig i Stockholm, faar Stadfæstelse paa et Afladsbrev af Pave Bonifacius IX (Nr. 951), hvorved de Besøgende i deres Kirker, særlig den i Stockholm, faar tilstaaet samme Aflad som de Besøgende i Portiuncula-Kirken ved Assisi.

Dudum per Bonifacium papam VIIII accepto, quod conventus fratrum Minorum provincie Dacie, precipue eiusdem provincie conventus Stockholmensis, non modica reparatione indigere dinoscebatur, idem Bonifacius, cupiens, ut conventus dicte provincie, et presertim conventus in Stocklinen (!), congruis frequentaretur honoribus et debite repararetur ac etiam conservaretur, et Christi fideles eo libentius causa devotionis confluerent ad eosdem et ad reparationem et conservationem predictas manus porrigerent adjutrices . . . ., omnibus vere penitentibus et confessis, qui unam ex ecclesiis predictorum conventuum in eiusdem ecclesie festivitatibus tempore, quo procuratores capituli prenominate provincie inibi suum capitulum tenuissent, et ecclesiam b. Marie eiusdem provincie fratrum Minorum Stockolm in festo assumptionis, sive ubi [ɔ: ibi] fuerit capitulum aut non, a primis vesperis usque ad secundas vesperas

---

[1]) II tilføjer: Et quod dicte prepositure valor possit ad alias 4 similes mr. in expeditione litterarum augeri, quatenus opus fuerit.

predicte festivitatis visitassent annuatim [et] huiusmodi reparationi seu conservationi manus porrexissent adjutrices, illam indulgentiam, etiam remissionem peccatorum, concessit, quam visitantes ecclesiam ipsius b. Marie in Portiuncula, dictam de Angelis, extra muros Assisinatenses primo et secundo diebus mensis aug. annuatim consequuntur, ac, ut predictorum conventuum superiores fratres idoneos in confessores eligere possent tres vel quatuor aut plures secundum populi exigentiam, qui confessores auctoritate penitentiariorum s. Petri Urbis Rome populum, qui predictas ecclesias causa huiusmodi indulgentie consequende visitarent, in festis predictis dumtaxat audire et ipsorum confessionibus diligenter auditis eisdem populo absolutionem impendere [valerent][1]), nisi talia forent, propter que sedes apostolica fuisset merito consulenda, per suas litteras concessit . . . . Et cum premissa tanto validiora fuerint, quanto maiori munimine fuerint roborata, cuperentque minister et fratres prefate provincie, qui huiusmodi indulgentia [a][1]) tempore illius concessionis citra semper usi sunt et utuntur de presenti, nemine contradicente, premissa omnia auctoritate s. v. [confirmari, supplicant], quatenus premissa omnia confirmare ac perpetue confirmationis robur obtinere decernere dignemini. Fiat. R. . . . Et dummodo non sint plenarie. Datum Rome 4. id. junii anno 5.

Suppl. 1035 fol. 243 v.

3583. **11. Juni 1497.**

Klerken Johan Jepsen (Ravensberg) fra Odense Stift faar Ærkedegneembedet i Aarhus, hvorom han havde ført Proces ved Kurien med Jens Pedersen (Hostorp) og Laurens Vesteni.

Cum, lite et causa in Romana curia coram certo causarum palatii apostolici auditore inter oratorem vestrum devotum Johannem Jacobi clericum Ottoniensis diocesis et quendam Laurentium Vestini, qui se gerit, et quondam Johannem Petri, qui se gerebat pro clericis, super archidiaconatu ecclesie Arusiensis, in prima seu secunda instantia indecisa pendente, prefatus Johannes Petri fuerit defunctus vita, et a nonnullis asseritur neutri oratoris et Laurentii predictorum in dicto archidiaconatu jus competere, supplicat igitur Johannes orator, quatenus . . . . prefato auditori aut in eius locum surrogato seu surrogando, ut tam eundem oratorem in omni jure, si quod prefato Johanni Petri

[1]) add. Gz.

tempore obitus huiusmodi quomodolibet competebat, auctoritate apostolica surroget dictumque jus sibi conferat et provideat etiam de eodem ipsumque oratorem ad huiusmodi jus eiusque ac litis et cause predicte prosecutionem ac defensionem in eo statu, in quo idem Johannes Petri tempore obitus huiusmodi existebat et, si viveret, posset et deberet admitti, admittat, ut est moris, et nichilominus, si per eventum litis huiusmodi sibi constiterit neutri oratoris et Laurentii predictorum in dicto archidiaconatu jus competere, illum, qui inibi dignitas maior post pontificalem existit [fructus 4 mr.], sive per Johannis Petri huiusmodi aut cuiusdam Magni Erici, olim ipsius ecclesie archidiaconi, obitus sive alias quovis modo vacet, eidem oratori conferat et provideat etiam de eodem, mandare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Et quod littere per viam simplicis aut nove provisionis, si neutri [etc.] expediantur. Et quod premissorum omnium, etiam status litis et, si dictus defunctus contra oratorem et Laurentium predictos sententiam reportaverit et in rem transivisset [ɔ: -verit] judicatam, et Laurentius ipse ab illa et etiam forsan ab intimatione executorialium desuper decretarum appellaverit et causam appellationis committi obtinuerit et oratorem [ɔ: -tor] in causis eiusdem Johannis Petri defuncti procedit [ɔ: -dat], ac nomina [ɔ: -num] et cognomina [ɔ: -num] collitigantium maior et verior specificatio fieri possit in litteris. Datum Rome 3. id. junii anno 5.

Suppl. 1035 fol. 211.

3584. **23. Juni 1497.**

Klerken Burchardus Negeborne fra Hildesheim Stift faar et evigt Vikariat i Aarhus.

Cum Johannes Andree rector vicarie perpetue ad altare b. Marie, Hierusalem nuncupatum, situm in ecclesia Arusiensi exnunc resignat, supplicat Borchardus Negeborne clericus Hildesemensis diocesis, quatenus, resignationem huiusmodi admittentes, sibi de dicta vicaria, que sine cura est [fructus 3 mr.], providere dignemini, consuetudinibus ecclesie ac fundatione vicarie predicte, quibus forsan caveri dicitur, quod nemo illam assequi possit, cum [ɔ: quin] actu presbiter fuerit et in eadem residentiam personalem faciat, quibus hac vice dumtaxat derogare placeat, non obstantibus. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 9. kal. julii anno 5.

Suppl. 1036 fol. 112.

3585. **27. Juni 1497.**

Klerken Jens Andersen (Beldenak) fra Viborg Stift faar Sognekirken i Tamdrup i Aarhus Stift.

Supplicat Johannes Andree clericus Vibergensis diocesis, quatenus sibi de ecclesia parrochiali Tandrop Arusiensis diocesis [fructus 4 mr.], per obitum Seuerini vacante, providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 5. kal. julii anno 5.

Suppl. 1036 fol. 282.

3586. **7. Juli 1497.**

Ærkedegnen i Viborg Jens Andersen (Beldenak) faar ny Provision paa Provstiet i Børglum, skønt hans tidligere Angivelse af dettes Indtægter var for lav.

Nuper prepositura ecclesie Burglanensis Premonstratensis ordinis per liberam resignationem Symonis Lesso de illa, [quam] tunc obtinebat, in manibus s. v. sponte factam et per eam admissam vacante, e. s. v. illam antea dispositioni apostolice reservatam Johanni Andree archidiacono Vibergensi per eum, quoad viveret, gubernandam commendavit, prout in litteris apostolicis desuper confectis, in quibus, quod fructus dicte prepositure 4 mr. non excedebant, expressum fuit, plenius continetur. Cum autem a nonnullis asseritur fructus premissum valorem excedere, licet valorem annuum 8 mr. similium . . . . non excedunt, et in privilegiis dicto ordini per sedem apostolicam concessis et confirmatis inter alia cavetur, quod ipsius ordinis dignitates et beneficia nullis nisi s. Romane ecclesie cardinalibus aut ipsum ordinem expresse professis commendari possunt, et alias de illis pro tempore facte commende nulle sunt, et propterea dubitat idem orator litteras ipsas sibi inutiles reddi, supplicat, quatenus . . . sibi, quod littere et commenda predicte necnon processus habiti et habendi per easdem litteras et quecunque inde secuta a data presentium valeant plenamque roboris firmitatem obtineant et sibi suffragentur in omnibus, perinde ac si in illis, quod fructus huiusmodi 8 mr. valorem annuum non excedebant, expressum et de privilegiis predictis plena et expressa mentio facta illisque specialiter et expresse derogatum fuisset, concedere ipsisque privilegiis, etiam si de illis eorumque totis tenoribus pro eorum sufficienti derogatione specialis, specifica, expressa et individua ac de verbo ad verbum, non autem per generales clausulas id importantes,

mentio seu quevis alia expressio habenda foret, hac vice dumtaxat derogare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome non. julii anno 5.

Suppl. 1037 fol. 84 v.

3587. **13. Juli 1497.**

Paven stadfæster den Aflad (i Lighed med den, der var bevilget Besøgende i Portiuncula-Kirken i Assisi), som Bonifacius IX havde tilstaaet Franciskanerkirkerne i Provinsen Dacia og særlig Klosterkirken i Stockholm (jfr. Nr. 951).

Ad perpetuam rei memoriam. Super gregem dominicum [etc.]. Sane pro parte ministri et fratrum provincie Dacie ordinis fratrum Minorum juxta morem eiusdem ordinis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod dudum Bonifacius, papa VIII [ɔ: VIIII] in sua obedientia, de qua partes ille tunc erant, nuncupatus, per eum accepto, quod [*etc. som Nr. 3582 med ubetydelige Forandringer til* concessit]. Cum autem . . . domus predicte indulgentia huiusmodi ad [ɔ: a] tempore illius concessionis absque contradictione aliaque [ɔ: aliqua] semper use fuerint et de presenti utantur, pro parte ministri et fratrum predictorum nobis fuit supplicatum, ut premissis pro eorum subsistentia firmiori apostolice confirmationis robur adjicere . . . . dignaremur. Nos igitur, qui fratres et ordinem predictos in visceribus gerimus caritatis et ad ea, que animarum salutem et devotionis augmentum respiciunt, libenter intendimus . . . ., premissa omnia tenore presentium confirmamus ac perpetue firmitatis robur obtinere decernimus. Datum Rome 3. id. julii anno 5.

Jo. CXX. electus Terracinensis. *I Margen:* LX. Jo.
Reg. Lat. 924 fol. 362; ogsaa Supplik (Fiat. R.) i Suppl. 1037 fol. 264.

3588. **18. Juli 1497.**

Godske Ahlefeld faar Kanonikat og Præbende samt Skatmesterembedet i Slesvig.

Canonicatu et prebenda ac thesauraria ecclesie Slesvicensis per resignationes Wilhelmi Scroder et Detleui Bockwoldes . . . . vacantibus, Godschalcus [ɔ: -co] de Aleuelde clericus [ɔ: -co] dicte Slesvicensis diocesis auctoritate apostolica et ordinaria [de illis] provisum fuit, possessione subsecuta. Verum . . . . dubitat provisionem, possessionem et inde secuta forsan viribus non subsistere, sed eosdem adhuc vacare. Supplicat igitur, quatenus sibi, quatenus gratificationi locus existat, gratificando, de canonicatu et prebenda ac thesauraria, que inibi dignitas non tamen maior

post pontificalem existit [fructus insimul 4 mr.], in forma nove aut simplicis provisionis, si neutri [etc.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 15. kal. aug. anno 5.

Suppl. 1037 fol. 172 v = 192 v.

3589. **20. Juli 1497.**

Kantoren Anders Friis i København faar Dispensation til med Kantoriet at forene Besiddelsen af et andet ellers dermed uforeneligt Embede.

Supplicat Andreas Frijs clericus Roskildensis diocesis, cantor collegiate ecclesie b. Marie virginis Haffnensis dicte diocesis, in artibus magister, quatenus secum, ut unacum dicta cantoria, que in dicta ecclesia existit officium et parrochialem ecclesiam habet annexam, quodcunque aliud seu illa dimissa quecunque duo alia beneficia curata seu alias invicem incompatibilia . . . ., si sibi alias canonice conferantur . . ., recipere et insimul, quoad vixerit, retinere illaque . . . ., quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia beneficia duo dumtaxat invicem incompatibilia similiter, quoad vixerit, retinere libere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 13. kal. aug. anno 5.

Suppl. 1037 fol. 218.

3590. **5. Aug. 1497.**

Slesvigkanniken Godske Ahlefeld faar Tilladelse til under et Aars Fraværelse fra Kurien at nyde Kurialernes Privilegier.

Cum Godscalcus de Aleuelde canonicus Slesvicensis, de nobili genere ex utroque parente procreatus, pro nonnullis suis peragendis negotiis se ad partes transferre necesse habeat, supplicat igitur, quatenus v. s. eidem Godscalco concedere dignetur curialitatem ipsam per ipsum Godscalcum adhuc habitam[1]) hinc ad annum a presentium data computandum ob eiusdem Godscalci a dicta Romana curia absentiam in eodem Godscalco non cessasse, cessare nec cessat[ur]am esse, sed Godscalcum durante huiusmodi anno esse et reputari debere verum et sine fixione curialem ipsumque gratiose concesse [ɔ: -sis] premissis ac omnibus privilegiis . . . . concessis et in futurum concedendis, quibus alii curiales in Romana curia cottidie presentes in predicta assecutione beneficiorum gaudent ac gaudere poterunt quomodolibet in futurum, gaudere possit [ɔ: -se] libere in omnibus, perinde ac

[1]) Gz. — Cod. per ipsius Godscalci hinc

si in Romana curia continuo presens et personaliter foret, ac etiam prefato Godscalco, ut huiusmodi absentia durante quecunque beneficia inantea tamen vacatura sub gratia sua expectativa comprehensa per procuratores suos in dicta curia etiam generaliter acceptare et de illis sibi provideri facere ac acceptationem et provisionem predictas postmodum specificare ac instrumenta desuper necessaria et oportuna per illius notarios confici facere et obtinere, acceptationem et provisionem huiusmodi in audientia litterarum contradictarum vel cancellaria apostolica infra tempus in quadam [regula] cancellarie prefixum publicari facere possit, perinde ac si ipse Godscalcus in dicta curia presens esset ac illas valere, ac si ipse Godscalcus principalis [esset] et per ipsum illas fecisset, concedere dignemini gratiose. Concessum de presentialitate in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat .... Datum Rome non. aug. anno 5.

Suppl. 1038 fol. 39 v.

3591. **8. Aug. 1497.**

Klerken Martinus Becker fra Havelberg Stift faar et Skatmesterembede og Kanonikat og Præbende i en unævnt Kirke og evige Vikariater paa Rügen og i Wolgast, Demmin og Treptow.

Supplicat Martinus Becker clericus Hauelbergensis diocesis, s. v. familiaris continuus commensalis, quatenus sibi de thesauraria ac canonicatu et prebenda ecclesie collegiate [?] et perpetuis sine cura vicariis in terra Rugie ac opidorum Wollgast, Demmin et Trepow in ecclesiis et capellis intra et extra muros Roskildensis [diocesis] per obitus Martini Dulmer et Jonge N. [fructus insimul 8 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 6. id. aug. anno 6.

Suppl. 1038 fol. 152.

3592. **12. Aug. 1497.**

Kanniken Arnold Madsen i Æbelholt Kloster faar Tilladelse til at fungere som Sognepræst og dog siden, hvis han ønsker det, vende tilbage til Klostret.

Supplicat Arnoldus Mathie, canonicus monasterii Ebeolt ordinis s. Augustini Roskildensis diocesis, quatenus sibi, ut cuicunque parrochiali vel alteri ecclesie, cappellanie seu beneficio seculari vel cuiusvis ordinis regulari ut cappellanus sive alias deservire et animarum curam exercere et quecunque ecclesiastica sacramenta ministrare et illi deserviendo extra predictum ac

alia monasteria et loca dicti ordinis s. Augustini, in locis tamen honestis, manere et, quotiens sibi placuerit, ad dictum monasterium redire et in eo ut prius degere libere valeat, indulgere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome pridie id. aug. anno 5.

Suppl. 1038 fol. 116 v.

15. Aug. 1497.

Se Bulle 14. Nov. 1497.

3593. **23. Aug. 1497.**

Eggert Durkop faar ny Provision paa Kanonikat og Præbende samt Ærkedegneembedet i Elze.

Canonicatu et prebenda ac archidiaconatu in Eltze [diocesis Hildesemensis], que in eadem ecclesia dignitas curata non tamen principalis post pontificalem existit, per obitum Ludouici Delochow vacantibus, Ergerdus episcopus Slesvicensis ac unius ex palatii apostolici causarum auditoribus de mandato s. v. locumtenens dictum archidiaconatum de Eltze ac canonicatum et prebendam prefatos in vim gratie sue expectative per s. v. eidem concesse cum processuum desuper fulminatione acceptavit et sibi desuper provideri obtinuit. Verum dubitat acceptationem et provisionem predictas et alia forsan inde secuta forsan viribus non subsistere, sed eosdem adhuc vacare. Supplicat igitur, quatenus sibi, ut commodius substentari valeat, de alicuius subventionis auxilio providendo . . . . ac eidem, quatenus gratificationi locus existat, gratificando, de canonicatu et prebenda ac archidiaconatu predictis [fructus insimul 4 mr.] eidem Egerdo per eum per sex menses juxta tenorem expectative [obtentis][1]) una cum canonicatu et prebenda, quos in eadem ecclesia obtinet, necnon alia vice cum ecclesia, cui preest, ac omnibus beneficiis secularibus et ordinum quorumcunque regularibus, que in titulum et commendam obtinet et imposterum obtinebit, quoad vixerit, regendis, ita quod liceat sibi de fructibus eorundem canonicatus et prebende ac archidiaconatus disponere . . . ., commendare ac eidem Egerdo in forma nove aut simplicis provisionis si neutri [etc.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 10. kal. sept. anno 5.

Suppl. 1039, ufol.

[1]) add. Gz.

3594. **18. Sept. 1497.**

Klerken Johannes Wolder fra Lübeck Stift faar ny Provision paa et evigt Vikariat i Lantkerken paa Femern.

Vacante alias perpetua sine cura vicaria in parrochiali ecclesia loci Lamkecken Ottoniensis diocesis ad altare s. Catherine situm, Johannes Wolder clericus Lubicensis illam auctoritate ordinaria existit assecutus, possessione subsecuta; cumque dubitet presentationem, institutionem seu collationem cum inde secutis viribus non subsistere dictamque vicariam adhuc vacare, supplicat, quatenus sibi de dicta vicaria [fructus 4 mr.] per modum nove aut simplicis provisionis . . . . providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 14. kal. oct. anno 6.

Suppl. 1054, ufol.

3595. **21. Sept. 1497.**

Lundekanniken Thomas Mortensen faar ny Provision paa Kanonikat og Præbende i Lund, som er ledige ved Jakob Bartes Død, og som han tidligere har faaet ved Option.

Canonicatu et prebenda ecclesie metropolitane Lundensis *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 11. kal. oct. anno 6.

Suppl. 1053 fol. 276.

3596. **7. Okt. 1497.**

Klerken Jens Olufsen fra Roskilde Stift faar ny Provision paa Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Nuper certis canonicatu et prebenda ecclesie Roskildensis per obitum Petri Sunby vacantibus, Johannes Olaui clericus Roskildensis diocesis dictos canonicatum et prebendam vigore gratie expectative sibi per s. v. gratiose concesse processuumque desuper fulminatorum acceptavit et sibi de illis provideri obtinuit, possessione tamen non subsecuta. Dubitat tamen acceptationem et provisionem sibi factas et inde secuta viribus non subsistere. Supplicat igitur, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] per modum simplicis aut nove provisionis, gratie [etc.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome non. oct. anno 6.

Suppl. 1041 fol. 252.

3597. **14. Nov. 1497.**

Paven stadfæster Omdannelsen af Helligaandshuset i København til et Kloster og udvider dets Privilegier efter Ansøgning fra Stormesteren Gratianus, Prioren og Konventet.

Ad perpetuam rei memoriam. Decens reputamus et congruum, ut, cum super concessionibus, que a sede apostolica emanarunt, alique dubitationes seu opiniones insurgunt, Romanus pontifex illas per sue declarationis oraculum dilucidet et declaret, presertim dum ex his et animarum saluti et pauperum miserabiliumque personarum pie subventioni consulatur. Dudum siquidem, postquam Sixto pape IV per Chiastiernum (!) regem Dacie, tunc . . . in ipsius predecessoris presentia personaliter constitutum, expositum fuerat, quod per totum eius regnum Dacie unum solum hospitale s. Spiritus ordinis s. Augustini esset, et quod ad opidum Hafniense Roskildensis diocesis, ubi idem rex ut plurimum residere et pro negotiis regni consultandis moram trahere consueverat, quamplures principes, barones, milites et armigeri confluebant, quodque nullus locus, ubi infantes expositi vel pauperrimi aut ex illegitimo matrimonio nati ponerentur, nutrirentur et sustentarentur, existebat, et quod ipse ex singulari devotione, quam ad hospitale s. Spiritus in Saxia de Urbe et prefatum ordinem gerebat, et etiam alias pietate motus, ne tanta discrimina et infantium expositiones turpiter fierent, unum hospitale sub eodem vocabulo s. Spiritus dicti ordinis, quod prius, confuse tamen, hospitale s. Spiritus dicebatur, cum ibidem nec ordo nec regularis observantia prout in dicto hospitali s. Spiritus in Saxia de Urbe, sed ut quedam secta observabatur, de novo erigi et edificari fecerat, et prefatus Sixtus . . . . edificationem predictam et inde secuta quecunque per suas litteras confirmaverat necnon sui scripti cum (!) patrocinio[1]) communiverat . . . . ac statuerat, quod hospitale sic erectum et edificatum ibidem pro collectione pauperum et infantium expositorum remanere[t][2]) ac dicto hospitali s. Spiritus in Saxia de Urbe ac nulli alteri perpetuo esse[t][2]) subjectum et responsiones annuas, quas[3]) dicto hospitali in Saxia de Urbe deberet, responderet et ab omnium locorum et monasteriorum dicti ordinis exactione et obedientia, quibuscunque nominibus censerentur et ubilibet constituta existerent, in omnibus ad instar aliorum hospitalium dicto hospitali in Saxia de Urbe subjectorum exemptum esset,

[1]) Cod. in patrocinio [2]) add. Gz. [3]) Cod. in quas

quodque prior et fratres dicti hospitalis sic erecti omnibus privilegiis . . . . gauderent, quibus gaudebant ac gaudere possent magister et fratres dicti hospitalis in Saxia de Urbe, et insuper, ut infantes expositi et alie miserabiles persone ad ipsum hospitale [sic] erectum pro tempore affluentes recipi et sustentari ac in suis opportunitatibus adjuvari et confoveri possent, omnes indulgentias et remissiones preter plenarias aliaque privilegia, litteras et indulta apostolica ac etiam per archiepiscopos et alios quoscunque dicto hospitali dudum erecto et illud visitantibus sub quacunque verborum forma concessa . . . . prefato noviter erecto hospitali concesserat ac ad illud, absque tamen prejudicio dicti hospitalis in Saxia de Urbe, transtulerat, et deinde Innocentius papa VIII omnia . . . indulta, ... indulgentias et litteras tam per dictum Sixtum predecessorem quam quoscunque alios Romanos pontifices eidem hospitali in Saxia de Urbe et eius membris concessa cum omnibus in eisdem contentis clausulis confirmaverat ac illa omnia robur perpetue firmitatis obtinere debere decreverat, pro parte tam Johannis regis Dacie illustris eiusdem Cristiani filii et in dicto regno successoris quam tunc preceptoris in Saxia de Urbe ac prioris Haffnensis hospitalium predictorum et fratrum hospitalium eorundem eidem Innocentio predecessori exposito, quod ab aliquibus reducebatur in dubium, an dictum hospitale in Haffnia tamquam verum membrum dicti hospitalis in Saxia eisdem privilegiis, indulgentiis et remissionibus juxta decretum Innocentii predecessoris huiusmodi gaudere deberet, quibus alia membra dicti hospitalis in Saxia in genere gaudebant, idem Innocentius predecessor, ut in dicto hospitali Haffnensi debita hospitalitas observaretur et regularis observantia vigeret ac expositi alieque miserabiles persone in eo recipi possent, ... decrevit, et declaravit dictum hospitale Haffnense tamquam verum et indubitatum membrum dicti hospitalis in Saxia existere et ut tale omnibus privilegiis et indultis ac remissionibus reliquis membris dicti hospitalis in Saxia de Urbe in genere concessis et in posterum concedendis ad instar aliorum membrorum dicti hospitalis in Saxia huiusmodi gaudere posse et debere, ac omnia privilegia, indulgentias et remissiones dictis membris concessa ad dictum hospitale Haffnense extendit . . . . Cum autem dictus Innocentius predecessor, antequam eius littere super posterioribus declarationibus, decretis et extensionibus huiusmodi conficerentur, rebus fuisset ab humanis exemptus, et sic nobis nuper pro parte Gratiani preceptoris dicti

hospitalis s. Spiritus in Saxia ac prioris et fratrum hospitalis Haffnensis predicti [exhibita] petitio continebat, quod, licet eidem hospitali Haffnensi, ut omnibus privilegiis, indulgentiis et remissionibus aliis membris dicti hospitalis in Saxia in genere concessis gaudere posset absque aliqua exemptione, per dictas posteriores litteras concessum fuerit, et privilegia [etc.] huiusmodi ad dictum hospitale Haffnense, etiam absque aliqua exemptione, extensa fuerint, ut prefertur, quia tamen a nonnullis dubitatur, an hospitale Haffnense huiusmodi omnibus privilegiis [etc.] dictis membris, ut prefertur, concessis totaliter gaudere possit et debeat, pro parte Gratiani preceptoris ac prioris ac fratrum predictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut ad huiusmodi dubitationem tollendam, et ne ipsum hospitale Haffnense, quod, ut asseritur, in partibus illis insigne existit, et in quo hospitalitas observatur pauperibus miserabilibusque personis modo patrum subveniendo, propterea detrimentum sustineat et ad illud Christi fidelium devotio minuatur, in premissis oportune providere dignaremur. Nos igitur . . . hospitale Haffnense huiusmodi omnibus privilegiis, immunitatibus, indultis, indulgentiis et peccatorum remissionibus, etiam plenariis, ac gratiis et favoribus dicto hospitali in Saxia et eius membris in genere concessis, et in quorum usu dictum hospitale in Saxia existit, et quibus hospitale et eius membra predicta gaudent ac gaudere poterunt quomodolibet in futurum, penitus et omnino totaliter absque ulla exceptione etiam in eisdem litteris Sixti predecessoris huiusmodi facta in omnibus, in dicto opido dumtaxat exceptis illis, que dictus Sixtus vigore litterarum fraternitatis dicto hospitali in Saxia concessit, gaudere posse et debere tenore presentium decernimus . . . . Datum Rome 18. kal. dec. anno 6.

Stærkt medtaget Orig. uden Bulle i Kbhs. Gaarde og Huse 433 (R. A.), derefter trykt med mange Lakuner i Kbhs. Dipl. IV, 250—53. — Kopi i Suppl. 1385 fol. 314 med den urigtige Datum 1597 (!) 18. kal. sept. anno 6.

3598. **27. Nov. 1497.**

Pavens familiaris, Klerken Johannes Dornich fra Minden Stift faar ny Provision paa Kanonikater og Præbender i Slesvig og Haderslev, hvorom han havde ført Proces ved Kurien.

Postquam alias s. v. voluerit et ordinaverit, quod omnes causarum commissiones, quas tunc inantea fieri contingerit (!), obtentu vel occasione concessionis dumtaxat apostolice de beneficiis gratiarum, super quibus apostolice littere confecte non

forent, ac processus desuper habendi nullius essent roboris vel momenti, devotus orator vester Johannes Dornich clericus Mindensis diocesis, e. s. v., alicui forsan cardinali, qui in litteris exprimetur, obsequendo, familiaris continuus commensalis, causas, quas habere velle dicebat contra Jacobum Senelbecker assertum clericum adversarium intrusum de canonicatibus et prebendis Slesvicensibus et b. Marie virginis opidi Hadekelen (!) Slesvicensis diocesis ac commissaria in eadem ecclesia b. Marie, in quibus nullum forsan jus eidem oratori competebat nec competit, per e. s. v. Petro de Accoltis auditori committi et commissionis huiusmodi pretextu dictum Jacobum coram eodem Petro auditore ad judicium evocari et contra eum ad nonnullorum et forsan omnium terminorum substantialium observationem, citra tamen cause conclusionem, procedi obtinuit. Cum autem lite huiusmodi sic indecisa pendente a nonnullis asseritur etiam dicto Jacobo in canonicatu et prebenda et commissaria predictis nullum jus competere, supplicat s. v. dictus Johannes Doarch (!), quatenus litis et cause huiusmodi statum et gradum et nobilitatem dicti Jacobi, et quot annis canonicatum et prebendam ac commissariam huiusmodi possedit et pacifice quoque et determinate, ex qua [ɔ: quo] clare constare possit, quod nullum ipsi Jacobo in canonicatu et prebenda et commissaria predictis jus competat, pro expressis habentes, ... prefato auditori mandare dignemini, ut, si per eventum litis huiusmodi sibi constiterit etiam dicto Jacobo in canonicatu et prebenda et commissaria predictis jus non competere, cathedralis [fructus 4 mr.] et b. Marie [fructus etiam 4 mr.] ecclesiarum predictarum canonicatus et prebendas necnon [fructus 2 mr.] commissariam huiusmodi . . . . eidem Johanni oratori conferat. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 5. kal. dec. anno 6.

Suppl. 1044 fol. 211 v.

3599. **19. Dec. 1497.**

Kong Hans samt Abbeden og Munkene i Nidarholm Benediktinerkloster i Trondhjems Stift faar bevilget, at Benediktinerklostret i Selje i Bergens Stift, som den forrige Biskop i Bergen havde inddraget og henlagt under en sekulær Præst, maa blive genoprettet og henlagt under Nidarholm, hvis Abbed skal være det nye Klosters Foresatte (pater abbas et superior).

Alias tunc episcopus Burgensis *(Dipl. Norv. XVII, 651—53)*. Concessum de commissione cause in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 14. kal. jan. anno 6.

Suppl. 1045 fol. 284 v.

3600. **4. Jan. 1498.**

Paven bestemmer, at Hertug Bugislav i Stettin og hans Undersaatter for Fremtiden ikke skal kunne stævnes udenfor Landets Grænser, og befaler, at de gejstlige Dommere i hans Land ikke maa inddrage verdslige Sager under sig.

Ad perpetuam rei memoriam. Probate devotionis sinceritas et inconcusse fidei constantia et integritas eximia, quibus nobilis vir Bugslaus, Stettinensis, Pomeranie, Cassubie et Slauie dux erga nos et Romanam ecclesiam claret, merito nos inducunt, ut eiusdem Bugslai ducis, qui etiam Rugie princeps et Gutzkouw comes existit, petitiones, per quas tam ipse dux quam eius subditi a noxiis preserventur, libenter annuamus et eos [ɔ: eas] favoribus prosequamur oportunis. Sane pro parte dicti Bugslai ducis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod tam ipse dux quam eius familiares, curiales et subditi parati sint omnibus de se conquerentibus coram judicibus alias idoneis, competentibus et ordinariis in dominio temporali prefati ducis existentibus in justitia respondere, et ipse dux faciat omnibus tam forensibus quam etiam eius subditis de quibuscunque eius subditis ministrari justitie complementum, ac etiam jurisdictiones divise sint, videlicet ecclesiastica et secularis, et judex ecclesiasticus de jurisdictione temporali se intromittere non debeat nisi in casibus a jure permissis, nichilominus quamplures tam ex subditis prefati ducis quam alii non subditi prefati Bugslai ducis subditos pro causis, in quibus possent coram judicibus ordinariis in dominio temporali ipsius ducis consequi justitie complementum, pretextu litterarum et commissionum apostolicarum non solum extra diocesim ipsorum subditorum, sed etiam dominium temporale prefati ducis, etiam quandoque in Romana curia, faciunt ad judicium evocari, nonnulli vero judices ecclesiastici, etiam sub dominio temporali ipsius ducis existentes, falcem in messem alienam mittentes de causis, quarum cognitio ad eos non pertinet, se intromittant [ɔ: -tunt][1]), propter que subditi prefati sic extra eorum diocesim ac etiam extra dominium prefati ducis ad judicium tracti laboribus et expensis fatigantur, et sepius gravia pericula rerum et personarum incurrunt, ac etiam jurisdictiones confunduntur. Quare pro parte dicti Bugslai ducis nobis fuit supplicatum, ut in premissis oportune providere dignaremur. Nos igitur, qui singulorum indemnitatibus, quantum cum deo possumus, libenter providemus, eiusdem Bugslai ducis huiusmodi

[1]) Gz.

supplicationibus inclinati, tenore presentium perpetuo statuimus, quod ipse Bugslaus et pro tempore existens dux Stettinensis illiusque familiares ac subditi et vasalli laici nunc et etiam pro tempore existentes in quibuscunque causis ecclesiasticis vel prophanis seu civilibus vel criminalibus aut etiam mixtis extra dominium prefati ducis temporale etiam quoad Romanam curiam trahi seu conveniri nequeant, nisi in eventum denegate justitie in dominio temporali prefati ducis, districtius inhibentes quibuscunque judicibus ecclesiasticis temporalis dominii prefati ducis nunc et pro tempore existentibus, etiam si episcopali vel alia quavis dignitate ecclesiastica prefulgeant, ne de causis prophanis subditorum dicti ducis ad forum ecclesiasticum non pertinentibus nisi in casibus a jure permissis [se] intromittere presumant, ac decernentes processus et sententias necnon quicquid contra statutum . . . et inhibitionem huiusmodi haberi, promulgari ac fieri vel attemptari contigerit, nullius roboris vel momenti existere . . . . Datum Rome pridie non. jan. anno 6.

[Simili modo] in Colbatcz et de Hilda ac de Bukouw Caminensis diocesis monasteriorum abbatibus. *(Eksekutionsbrev).*

Optaget i Eksekutionsbrevet, dette atter optaget i Bekendtgørelse fra Abbed Johannes i Colbatz af 7. Jan. 1499. Pommern og Rügen Nr. 21 (R. A.). L. Dipl.

Samtidig Paaskrift: Pro Rugianis quoad jurisdictionem episcopalem Roskildensem contra fratres kalendarum Sundenses.

3601. 13. Jan. 1498.

Sognepræsterne paa Rügen faar Tilladelse til at hente Krisma og den hellige Olie hos en Biskop paa Fastlandet i Stedet for hos Roskildebiskoppen.

Cum in quadam insula principatus Rugie Roskildensis diocesis sint quamplures parrochiales ecclesie, que de jure patronatus Bugslai Stetinensis et Pomeranie etc. ducis et principatus [ɔ: -pis] Rugie existunt, et ipse ecclesie ab eorum (!) ordinario ultra triginta miliaria Alamanica distant, et dictarum ecclesiarum rectores, plebani nuncupati, ad ipsum ordinarium accedere nequeunt nisi per mare pro crismate et oleo sancto suscipiendis, et in transitu maris pro huiusmodi crismate et oleo sancto ab eorum ordinario suscipiendis multa pericula maritima incurrant ac etiam quandoque impediantur huiusmodi crisma et oleum sanctum tempore debito suscipere et quocirca non possint parvulis baptisandis de baptismo et Christi fidelibus de extrema unctione providere, supplicat igitur dictus Bugslaus dux, qua-

tenus eisdem rectoribus, plebanis nuncupatis, nunc et pro tempore existentibus, ut crisma et oleum sanctum huiusmodi a quocunque alio viciniori episcopo, absque tamen prejudicio eorum ordinarii, suscipere libere valeant, licentiam concedere dignemini. Fiat sine prejudicio. R. Et per breve pro omnibus rectoribus predictis nunc et pro tempore existentibus perpetuo. Datum Rome id. jan. anno 6.

Suppl. 1046 fol. 232 v.

3602. **20. Jan. 1498.**

Paven giver Dekanen i Ribe Niels Gundesen (Lange) Dispensation til med dette Embede at forene et andet ellers dermed uforeneligt Embede.

Nicolao Nicolai, alias Gummesen, decano ecclesie Ripensis. Nobilitas generis, vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos, volentes te, qui de nobili, etiam militari, genere ex utroque parente procreatus existis ac decanatum ecclesie Ripensis, qui inibi dignitas non tamen maior post pontificalem existit, et ad quem consuevit quis per electionem assumi, cuique cura imminet animarum, inter alia obtines, favore prosequi gratioso, tecum, ut una cum dicto decanatu unum et absque illis duo alia quecunque curata sive alias invicem incompatibilia beneficia . . . . ., si tibi alias canonice conferantur, recipere et insimul, quoad vixeris, retinere illaque . . . ., quotiens tibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia beneficia duo dumtaxat curata seu alias invicem incompatibilia similiter recipere et etiam insimul, quoad vixeris, retinere libere valeas, tenore presentium dispensamus . . . Datum Rome 13. kal. febr. anno 6.

V. XXXX. de Phano.

Reg. Lat. 1030 fol. 105 v; ogsaa Supplik[1]) (Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis) i Suppl. 1046 fol. 297 v.

3603. **23. Jan. 1498.**

Jens Christiansen, evig Vikar i Ribe, faar Kanonikat og Præbende sammesteds og Dispensation til med disse to at forene fire andre Embeder.

Alias canonicatu et prebenda ecclesie Ripensis per liberam resignationem Petri Volf extra Romanam curiam factam et admissam vacantibus, de illis Johanni Cristiani perpetuo vicario ad altare s. Georgii situm in dicta ecclesia ordinaria auctoritate provisum fuit, possessione subsecuta, nullos tamen fructus per-

---

[1]) Suppliken gælder dog »ad tria«, ikke, som Bullen »ad duo«.

cipiendo ex eisdem. Supplicat igitur dictus orator, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] in forma simplicis vel nove provisionis providere secumque, ut una cum canonicatu et prebenda predictis vicariam dicte ecclesie, quam obtinet, et sine illis quecunque duo alia . . . . simplicia sub uno et eodem tecto . . . dumtaxat consistentia necnon quecunque duo curata seu alias invicem incompatibilia beneficia . . . ., si sibi alias canonice conferantur . . . ., recipere et insimul, quoad vixerit, cum clausula permutandi quotiens etc. retinere libere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 10. kal. febr. anno 6.

Suppl. 1047 fol. 143 v.

3604. **23. Jan. 1498.**

Paven giver Jens Christiansen Dispensation til med et evigt Vikariat i Ribe at forbinde et andet dermed foreneligt Embede.

Johanni Cristiani perpetuo vicario ad altare s. Georgii in ecclesia Ripensi. Vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos, volentes te favore prosequi gratioso, tecum, ut una cum dicta vicaria unum [*etc. som Nr. 3603*], tenore presentium dispensamus. Datum Rome 10. kal. febr. anno 6.

L. XXX. Dulcius.
Reg. Lat. 1030 fol. 129.

3605. **27. Jan. 1498.**

Mikkel Pedersen (Hostorp) faar Kanonikat og Præbende i Ribe og Sognekirken i Gudum (?).

Cum quidam Thomas Linge canonicus Ripensis ac rector parrochialis ecclesie Guedhe Ripensis diocesis, religionis zelo ductus monasterium Wordakloster ordinis s. Benedicti dicte Ripensis diocesis ingressus sit et professionem per monachos dicti monasterii emitti solitam sponte emis[er]it ac habitum accep[er]it, et propterea canonicatus et prebenda ecclesie Ripensis ac dicta parrochialis ecclesia Suede (!), quos obtinet, vacare sperentur seu vacent ad presens, [supplicat] Michael Petri clericus[1]) Slesvicensis diocesis, cum quo dudum, ut quecunque duo curata seu alias invicem incompatibilia beneficia [recipere posset], apostolica fuit auctoritate dispensatum, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda ac parrochiali ecclesia [fructus insimul 4 mr.] provi-

[1]) Cod. Cladens

dere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. . . . Et de parrochiali ac speciali etiam ad vitam, dummodo inter omnes plures quam due parrochiales non sint. Et cum clausula permutandi quotiens etc. Datum Rome 6. kal. febr. anno 6.

Suppl. 1047 fol. 169.

3606. **27. Febr. 1498.**

Klerken Sifridus Keller fra Speier Stift faar Helligtrefoldighedsalter i Lund; ledigt ved Resignation af Klerken Henrik Jensen fra Odense Stift.

Cum Henricus Johannis *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 3. kal. martii anno 6.

Suppl. 1049 fol. 77 v.

3607. **1. Marts 1498.**

Klerken Laurens Juel fra Ribe Stift faar Dispensation til at forene to ellers uforenelige Embeder, i 7 Aar ikke lade sig præstevie, naar han blot inden to Aar bliver Subdiakon, og ikke residere ved Embederne.

Supplicat Laurentius Jul clericus Ripensis diocesis, de nobili genere ex utroque parente procreatus ac in vigesimo primo vel circa sue etatis anno constitutus, quatenus secum, ut exnunc quecunque duo curata seu alias invicem incompatibilia beneficia . . . ., si sibi alias canonice conferantur . . . ., recipere et insimul, quoad vixerit, cum clausula permutandi quoties etc. retinere libere valeat, necnon etiam secum, ut in Romana curia vel altero beneficiorum suorum residendo aut litterarum studio insistendo ratione quorumcunque beneficiorum, etiam curam animarum habentium, ut prefertur qualificatorum et sacros ordines ex statuto vel fundatione requirentium, que eum assequi contingeret in futurum, usque ad septennium a fine anni incepti computandum, dummodo infra biennium a die illius habite pacifice possessionis computandum subdiaconus existat, ad aliquem ex aliis sacris ordinibus se promoveri facere minime teneatur . . . ., dispensare et insuper eidem oratori, ut in dicta curia vel altero beneficiorum suorum pro tempore obtentorum residendo aut litterarum studio in loco, ubi illud vigeat generale, insistendo, quoad vixerit, omnes fructus omnium beneficiorum, que in quibusvis ecclesiis seu locis obtinet et imposterum obtinebit, ... quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, percipere valeat . . . ., et ad residendum interim in eisdem mi-

nime teneatur . . . ., concedere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome kal. martii anno 6.

Suppl. 1049 fol. 257.

3608. 2. Marts 1498.

Klerken Peter Joseph fra Roskilde Stift faar Sognekirken i Øsby i Slesvig Stift og Dispensation til dermed at forene et andet dermed ellers uforeneligt Embede.

Vacante alias parrochiali ecclesia b. Marie virginis in Osby Slesvicensis diocesis, que de jure patronatus clericorum, videlicet cantoris et capituli ecclesie b. Marie virginis Hadesleuensis dicte Slesvicensis diocesis, existit, per obitum Nicolai Johannis, Petrus Joseph clericus Roskildensis diocesis per prefatos cantorem et capitulum Badesleuenses (!) patronos, ad quos jus ad ipsam ecclesiam presentandi personam idoneam pro tempore spectabat, vicado [ɔ: -rio] et officialibus Slesvicensibus presentatus extitit, qui vicadus [ɔ: -rius] et officiales eundem oratorem in huiusmodi ecclesia ad jus suum admisserunt et instituerunt, prout in instrumento desuper confecto plenius continetur, possessione etiam subsecuta. Cum [autem] dubitet presentationem et provisionem sive institutionem huiusmodi viribus non subsistere, supplicat, quatenus sibi de dicta ecclesia in Asten (!) [fructus 3 mr.] in forma simplicis vel nove provisionis providere secumque, ut quodcunque beneficium aliud curatum [vel illa dimissa duo curata] sive alias invicem incompatibilia beneficia, si sibi alias canonice conferantur, recipere et insimul cum dicta ecclesia quoad vixerit, cum clausula permutandi quotiens etc. retinere libere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 6. non. martii anno 6.

Suppl. 1049 fol. 257 v.

3609. 10. Marts 1498.

Præsten Simon Sculte fra Schwerin Stift faar evige Vikariater i Stralsund og Babbin.

Vacantibus alias perpetuis sine cura vicariis in parrochiali s. Nicolai Sundensi Zwerinensis diocesis per liberam resignationem condam Gherwini de Huddensen coram certo notario publico et testibus in manibus ordinarii factam primo ac deinde alia in parrochiali ville Babim Roskildensis diocesis per obitum

eiusdem Gherdomi (!), Simon Sculte presbiter dicte Zwerinensis diocesis illas . . . . ordinaria auctoritate extitit assecutus, possessione subsecuta. Cum autem dubitet premissa cum inde secutis viribus non subsistere, supplicat, quatenus sibi de dictis vicariis [fructus insimul 3 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 6. id. martii anno 6.

Suppl. 1050 fol. 13.

3610. **27. April 1498.**

Klerken Herman Weychnister fra Slesvig Stift faar Fristen for at stævne en Modstander, med hvem han havde ført Proces om et evigt Vikariat i Hamburg, forlænget med et halvt Aar.

Dudum s. v. Hermanno Weychnister clerico Slesvicensis diocesis de quadam perpetua sine cura vicaria in ecclesia b. Marie virginis oppidi Hamburgensis Bremensis diocesis, tunc per obitum Nicolai Ellingusen vacante, concessit provideri. Sed e. s. v. per quandam regulam sive constitutionem cancellarie inter alia ordinavit, quod triennalis possessor pacificus alicuius beneficii molestari non debeat sive possit; quodque ipse in dicta vicaria intrusum . . . ., qui dictam vicariam tamquam per triennium sine canonico titulo et per certam collusionem detinuit, prout detinet, occupatam, infra dictum triennium propter diversas causas et impedimenta ac diversus respectus ad Romanam curiam ad judicium evocari posse non sperat, ne igitur orator a bono jure sibi in dicta vicaria competenti cadat, dictumque intrusum[1]) sua temeraria juvet presumptio, supplicat dictus Hermannus orator, quatenus triennium huiusmodi nondum totaliter elapsum a fine eiusdem computandum ad unum annum, infra quem dictum intrusum citari et ad judicium evocari faciat, prorogare dignemini. Concessum ad sex menses in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 5. kal. maji anno 6.

Suppl. 1052 fol. 206.

3611. **30. April 1498.**

Præsten Eggert HayHayck fra Slesvig Stift faar et evigt Vikariat i Lübeck.

Cum Johannis Brandis perpetuus vicarius in ecclesia Lubicensi perpetuam vicariam, quam in eadem ecclesia obtinet, in manibus s. v. sponte resignat, supplicat Egerdus Hayneck pres-

[1]) Cod. dictoque intruso

biter Slesvicensis diocesis, quatenus resignationem predictam admittentes sibi de dicta vicaria, que sine cura est [fructus 2 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome pridie kal. maji anno 6.

Suppl. 1053 fol. 165.

3612. **9. Maj 1498.**

Optegnelse om, at Birger Gunnersen udnævnes til Ærkebiskop i Lund.

[1498] Die mercurii 9. [mensis] maji sanctissimus dominus noster in suo consistorio secreto, ut moris est, ad relationem cardinalis Perusini providit de persona Brigerii ecclesie Lundensi in Dacia vacanti per obitum Johannis illius ultimi archiepiscopi . . . .

Arch. Consist. Acta Camerarii I, 64 v.

1498 9. maji. Brigerius fit archiepiscopus ecclesie Lundensis in Dacia per obitum Johannis.

Uddrag af Garampi efter Prov. S. C. (tabt) fol. 128.

3613. **9. Maj 1498.**

Paven udnævner Præsten Birger Gunnersen fra Lunde Stift til Ærkebiskop i Lund efter Jens (Brostrup)s Død.

Birgerio Gunnio (!) electo Lundensi. Apostolatus officium *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Datum Rome 7. id. maji anno 6.

Simili modo Capitulo Lundensi.
Clero civitatis et diocesis Lundensis.
Populo — - — —
Universis suffraganeis ecclesie Lundensis.
— vassallis — —
Johanni Dacie regi.

B. XXIIII. XII. XII. XII. XII. XII. XII. Bagarothus protonotarius.

Reg. Lat. 1092 fol. 264. — Brevet til Kapitlet i Lund fandtes tidligere i Danske Selskabs Arkiv; derefter Afskrift i L. Dipl.

3614. **9. Maj 1498.**

Paven erklærer motu proprio, at den udvalgte Ærkebiskop Birger (Gunnersen)s Embeder, Ærkedegneembedet i Roskilde, Kanonikater i Roskilde, Lund, Viborg og Ribe samt Kalundborg Sognekirke, er ledige ved hans Udnævnelse.

Ad futuram rei memoriam. Circumspecte in omnibus actis suis *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Datum Rome 7. id. maji anno 6.

F. Gratis de mandato. Sanctorius.

Reg. Lat. 1030 fol. 307.

3615. **9. Maj 1498.**

Paven reserverer motu proprio Ærkedegneembedet og Kanonikat og Præbende i Roskilde samt alle andre Embeder, som maatte blive ledige ved Birger Gunnersens Udnævnelse til Ærkebiskop i Lund, for Kardinalpresbyteren Johannes (Lopez).

Cum nos ecclesie Lundensi ad presens pastoris regimine destitute de persona Birgerii Grunderi (!) archidiaconi ecclesie Roskildensis, qui nuper per capitulum ipsius ecclesie Lundensis in archiepiscopum Lundensem electus fuit, providere . . . intendamus, nos archidiaconatum ipsius ecclesie Roskildensis, qui inibi dignitas curata et electiva non tamen maior post pontificalem existit, ac eiusdem ecclesie Roskildensis canonicatum et prebendam necnon omnia alia beneficia secularia, etiam juris patronatus laicorum, etiam regum et quorumvis ordinum regularium, que dictus Beringerius (!) in titulum vel commendam obtinet . . . . ., per provisionem huiusmodi sic faciendam dumtaxat ex [illius] die vacare harum serie decernentes ac volentes Johanni tituli b. Marie in Transtiberim presbitero cardinali Perusino, ut statum suum juxta cardinalatus honorem decentius perferre possit, specialem gratiam facere, motu proprio archidiaconatum ac canonicatum et prebendam predictos [fructus insimul 10 mr.] necnon omnia beneficia predicta eidem cardinali per eum, quoad vixerit, etiam una cum dicta b. Marie necnon Perusina, Carcassonensi et Olorensi, quibus ex concessione et dispensatione apostolica preesse dinoscitur, ac quibusvis aliis ecclesiis, monasteriis, prioratibus, prepositatibus, preposituris, canonicatibus ac prebendis, dignitatibus aliisque beneficiis secularibus et quorumvis ordinum regularibus, que in titulum vel commendam obtinet ac imposterum obtinebit, ac pensionibus assignatis et assignandis, ita quod de illorum fructibus disponere, alienatione etc., regenda etc. commendamus ac eidem cardinali commendata fore declaramus necnon juri patronatus laicorum simpliciter necnon regum de eorundem consensu derogamus. Fiat motu proprio. R. Datum Rome 7. id. maji anno 6.

Suppl. 1059 fol. 239.

3616. **10. Maj 1498.**

Paven anmoder Kong Hans om at stævne Sten Sture, hans Hustru Ingeborg Aagesdatter (Thott), Erik Johansson (Vasa) og Sten Christiernsson (Oxenstierna) for sin Domstol og paadømme den Sag, Ærkebiskoppen Jakob Ulfsson og Upsala Domkapitel havde anlagt mod dem.

Johanni Dacie regi. In sede justitie divina disponente clementia constituti humilibus supplicum votis, per que unicuique justitia ministretur, libenter annuimus eaque favoribus prosequimur. Exhibita nobis nuper pro parte Jacobi archiepiscopi et capituli Vpsalensium ac cleri civitatis et diocesis Vpsalensis petitio continebat, quod alias, regno Svecie carente rege, qui illud ad ipsius regni illiusque incolarum et habitatorum utilitatem regeret et gubernaret, proce[re]s et consiliarii predicti regni post plures tractatus inter eos desuper habitos Stenonem Sture millitem (!) in ipsius regni gubernatorem ad eorum nutum amovibilem elegerunt et assumpserunt, sperantes, quod ipse dictum regnum laudabiliter et fideliter regeret et gubernaret et populo[s] dicti regni bene tractaret; sed cum dictus Steno gubernationem huiusmodi in tiranidem convertisse[t] multaque damna et injurias incolis et habitatoribus dicti regni inferret ac quamplurimas immanitates exerceret, consiliarii predicti pro eiusdem regni pace et quiete et illius ab huiusmodi tiranidis [ↄ: -de] liberatione majestatem tuam, etiam Dacie et Svecie regem, in eiusdem regni regem elegerunt et eundem Stenonem dicta gubernatione privarunt seu privatum fore declararunt; et, quamvis ipse Steno simulasset se velle te in regem Svecie admittere et tibi obedire, nichilominus, huiusmodi electionem moleste ferens, prout postmodum effectus[1]) demonstravit, et forte existimans, quod dictus Jacobus archiepiscopus, qui unus et tamquam primus[2]) ex consiliariis predicti regni existit, electionem tuam et amotionem eiusdem Stenonis a gubernatione huiusmodi procurasset, tam ipse Steno quam Ingeburgis eius uxor et Erricus Joanssen et Steno Cristierssen laici, assumptis secum quam pluribus militibus et eorum sequacibus, quam plurima damna[3]) prefatis archiepiscopo et capitulo ac clero atque injurias irrogarunt ac nonnulla bona mobilia et immobilia ad mensam[4]) archiepiscopalem Vpsalensem necnon capitulum et clerum predictos pertinentia depredati fuerunt ac curias et residentias ad eandem mensam pertinentes deguastarunt et combusserunt ac etiam modernos Lincopensem et Scariensem episcopos captivari fecerunt et ipsum Jacobum archiepiscopum que auso [ↄ: in suo] castro[5]) et nonnullos alios dicti regni consiliarios obsederunt, ac ipse Steno miles cum Ruthenis et [s]cismaticis secretos tractatus habere non

---

[1]) II tilføjer: clare [2]) II: tamquam caput [3]) II: gravia damna
[4]) II: ecclesiam [5]) II: cum quodam suo castro

formidavit, partem eiusdem regni illis promittendo[1]), ita ut ipse Steno miles de fide catolica maxime[2]) suspectus existat[2]); et, nisi ipse Jacobus archiepiscopus ac [ↄ: ab] huiusmodi obsidione auxilio tuo liberatus fuisset, forsan ipse Steno milles (!) eundem Jacobum archiepiscopum prout prefatos episcopos captivari fecisset aut aliquod aliud gravius in eius personam attemptasset, excommunicationis sententiam et alias censuras et penas ecclesiasticas in tales a jure promulgatas damnabiliter incurrendo ac contra conventionem et promissionem per eum cum dictis consiliariis habitas et eis factas temere veniendo et fidem per eum prestitum [ↄ: -tam] violando in anime sue periculum ac archiepiscopi, capituli et cleri predictorum grave prejudicium et jacturam. Quare[3]) pro parte eorundem Jacobi archiepiscopi et capituli et cleri nobis fuit humiliter supplicatum, ut in premissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, huiusmodi supplicationibus inclinati, eidem serenitati tue mandamus, quatenus, adjectis tecum aliquibus archiepiscopis seu episcopis ac militibus tuis consiliariis per te de consensu dicti Jacobi archiepiscopi assumendis[3]), eosdem Stenonem militem et eius uxor[em] ac Ericum et Stenonem Cristierssen et eorum in premissis complices, sequaces, adherentes et fautores publice, etiam per edictum locis publicis affigendum, de quibus sit verisimilis conjectura, quod ad notitiam Stenonis militis et eius uxoris ac aliorum predictorum possit verisimiliter pervenire, auctoritate nostra moneas et requiras, quatenus infra aliquem terminum competentem, quem eis duxeris prefigendum, sub excommunicationis sententia, quam, nisi paruerint, elapso huiusmodi termino eo ipso incurrant, bona per eos ablata huiusmodi restituant ac [de] damnis per eos eisdem Jacobo archiepiscopo ad [ↄ: ac] capitulo et clero illatis plenarie et integre satisfaciant; alioquin lapso dicto termino Stenonem millitem ac singulos alios rebelles predictos excommunicatos publice denunties seu denuntiari mandes et facias ac legitimis super hiis habendis servatis processibus censuras huiusmodi per aliquam seu aliquas

---

[1]) II: tradendo [2—2]) II: male sentire suspicandus sit

[3—3]) II: Supplicant igitur ... Jacobus archiepiscopus necnon capitulum et clerus prefati, quatenus in premissis adversus dampna et injurias eis per dictum Stenonem ac uxorem Inseburgem ac Ericum Joannssen et Stenonem Cristierssen illatas pro satisfactione dictorum dampnorum et recuperatione bonorum ablatorum consequenda in premissis oportune providendo alicui seu aliquibus prelatis et probis viris in partibus illis, ut, constito eis de premissis

personam seu personas ecclesiasticam vel ecclesiasticas per maiestatem tuam ad hoc deputandam seu deputandas iteratis vicibus agravare ac loca, ad que eos sic huiusmodi censuris innodatos declinare contigerit, et in quibus scienter stare permissi fuerint, ecclesiastico interdicto subici et interdictum huiusmodi, quam diu dicti excommunicati agravati et interdicti ibidem steterint, successive observari facere eadem auctoritate nostra facias et procures, et nichilominus, vocatis Stenone milite et eius uxor[e] ac aliis predictis necnon aliis, qui fuerint evocandi, causam et causas, quam et quas Jacobus archiepiscopus et capitulum et clerus prefati contra eosdem Stenonem millitem et eius uxorem et alios eis in premissis adherentes, complices et fautores, clericos vel laicos, cuiuscunque conditionis et qualitatis existant, tam conjunctim quam divisim, super huiusmodi damnis et interesse movere intendunt, eadem auctoritate nostra audias[1]) fineque debito termines et decidas, faciens, quod decreveris, per censuram ecclesiasticam per personam seu personas ecclesiasticam vel ecclesiasticas huiusmodi promulgandam firmiter observari. Nos enim tibi, Stenonem millitem [ɔ: si Stenonis militis] et eius uxoris ac Stenonis Cristierssen et Erici ac aliorum predictorum presentia pro huiusmodi citationibus faciendis commode haberi nequeat, etiam per edictum locis publicis affigendum, ita quod verisimiliter possit ad eorum notitiam pervenire, prefatum Stenonem millitem ad respondendum, qualiter de fide catholica sentiat, quatenus opus fuerit, citandi ac tam contra ipsos Stenonem millitem et eius uxorem ac alios predictos et eorum complices quam etiam eorum [h]eredes et successores, si ipse Steno et uxor et alii predicti ante paritionem et plenaria[m] damnorum datorum satisfactionem decesserint, tamquam contra principales debitores quoad bona et damna huiusmodi procedendi ac eos, qui propterea excommunicati forsan propter solemnitatem coronationis tue simpliciter vel ad cautelam ante satisfactionem huiusmodi absoluti fuerint, si non satisfecerint, in easdem censuras reintrudendi necnon contradictores quoslibet censuris ecclesiasticis et aliis juris remediis compescendi necnon legitimis servatis processibus censuras ipsas iteratis vicibus agravandi ac loca huiusmodi interdicto ecclesiastico subiciendi necnon auxilium bracchii secularis implorandi[1]) et eundem Ste-

---

[1—1]) II: audiant, cognoscant fineque debito terminent et decidant cum potestate citandi Stenonem eiusque uxorem omnesque alios predictos et eorum

nonem millitem, si eum de fide catholica huiusmodi male sentire compertum fuerit, [hereticum] declarandi et contra eum ut talem procedendi ac etiam puniendi plenam[1]) et liberam potestatem et auctoritatem concedimus per presentes, non obstantibus quod maiestas tua de personis, quibus cause huiusmodi committi consueverunt, non existat, ac Bonifacii pape VIII, illa presertim, qua inter alia cavetur expresse, ne aliquis extra suam civitatem et diocesim nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a fine sue diocesis ad judicium evocetur, seu ne judices a sede apostolica deputati extra civitatem et diocesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere aut alii vel aliis vices suas committere presumant, et de duabus dietis in concilio generali edita, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate presentium ad judicium non vocetur, et aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon promissione seu conventione etiam juramento vel sigillo tuis roboratis per te tempore receptionis tue in regem dicti regni Svecie cum dicto Stenone millite habitis et factis, cum, sicut asseritur, dictus Jacobus archiepiscopus coram maiestate tua tunc protestatus fuerit illis non consentire, quatenus per illas sibi ac ecclesie sue aut capitulo et clero predictis prejudicium generaretur, contrariis quibuscunque . . . . . Datum Rome 6. id. maji anno 6.

B. LXX. Bagarothus protonotarius.

Reg. Lat. 1019 fol. 75 v; ogsaa (II) Supplik (Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus) i Suppl. 1053 fol. 110 v.

3617. **11. Maj 1498.**

Paven tillader den udvalgte Ærkebiskop Birger (Gunnersen) i Lund at lade sig indvie af tre eller fire Biskopper, som skal modtage Lydighedseden til Paven af ham.

---

complices et fautores tam nominatim quam in genere et in executione citationis decernende nominandos, etiam per edictum publicum, si eorum presentia tute vel commode haberi nequiverit, etiam ad respondendum, qualiter ipse Steno de fide catholica sentiat, ac contradictores censuris ecclesiasticis et aliis juris remediis compescendi necnon legitimis servatis processibus censuras predictas iteratis vicibus aggravandi, reaggravandi, interdictum ponendi, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio bracchii secularis.

[1]) II fortsætter: per litteras in forma brevis hac supplicatione introclusa mandare dignemini . . . . . Et, si placet, serenissimo domino Johanni regi, prefatis archiepiscopis et episcopis ac militibus conciliorum suorum, quos rex de consensu Johannis (!) archiepiscopi prefati sibi duxerit admittendos ad causam infrascriptam respective. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus.

Brigerio electo Lundensi. Cum nos pridem *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Datum Rome 5. id. maji anno 6.

B. XXVIII. Bagarothus protonotarius.
Reg. Lat. 1092 fol. 266.

3618. **15. Maj 1498.**

Klerken Jens Pedersen fra Før, som tidligere har faaet Dispensation for uægte Fødsel og til at lade sig indvie til de gejstlige Grader, faar Tilladelse til at forene hvilkesomhelst indbyrdes forenelige og to indbyrdes uforenelige Embeder.

Supplicat Johannes Petri de Fior clericus Slesvicensis diocesis, qui magistri Dominici Galetti litterarum apostolicarum scriptoris et secretarii apostolici s. v. familiaris continui commensalis etiam familiaris continuus commensalis existit, et cum quo dudum super defectu natalium, quem, de presbitero genitus et soluta, patitur, ut eo non obstante defectu clericali caractere insigniri et ad omnes, etiam sacros et presbiteratus, ordines se promoveri facere posset necnon beneficium, etiam si curam haberet animarum, si sibi alias canonice conferretur, quoad viveret, retinere libere valeret, per litteras sacre penitentiarie apostolice dispensatum extitit, quique postmodum litterarum et dispensationis huiusmodi vigore clericali caractere insignitus extitit, quatenus secum, ut dicto non obstante defectu quecunque beneficia se invicem compatientia ac quecunque duo curata seu alias invicem incompatibilia . . . ., si sibi alias canonice conferantur . . . ., recipere et insimul, quoad vixerit, cum clausula permutandi toties quoties etc., dummodo inter omnia illa plus quam duo incompatibilia non existant, retinere libere possit, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome id. maji anno 6.

Suppl. 1053 fol. 144 v.

Slesvicensis. Johannes Petri de Fior. Dispensatio ad incompatibilia.

Uddrag i Indice 341 efter Reg. Lat. Alex. VI anno 6 lib. 20 (tabt) fol. 51.

3619. **18. Maj 1498.**

Biskop Hartvig (Juel) i Ribe faar det overdraget til Ærkebiskoppen i Lund (i Stedet for Officialerne i Lund og Slesvig) at udføre et Brev om Forøgelsen af Bispestolens Indtægter.

Reformatio Hartwici episcopi Ripensis.

Cum fructus omnes mense episcopalis Ripensis sint adeo tenues et exiles, quod modernus et pro tempore existens epi-

scopus juxta pontificalis dignitatis exigentiam se substentare et onera ratione ecclesie Ripensis sibi incumbentia perferre commode non possit, satisque conveniens videatur, quod ecclesie civitatis vel diocesis Ripensis tamquam filie et subdite earum patrem, pastorem, dominum ac sponsum inopem in aliquo . . . .[1]) archiepiscopus et alii prelati requisiti . . . .[1]) dictusque modernus episcopus Ripensis . . . .[1]) a qualibet ecclesia civitatis . . . .[1]) juxta statuta et ordinationes predicta recipere graveque admodum . . . .[1]) per dictos officiales Lundenses et Slesvicenses, quibus in signatura preinserte supplicationis id commissum fuit, et qui per ducenta miliaria et ultra ab invicem distant, ad invicem propterea conveniri, dignetur s. v. statuta et ordinationes predicta ac, prout illa concernunt, omnia in dicto instrumento contenta . . . . confirmare et litteras super preinserta commissione conficiendas absque illis verbis, *quod committatur dictis officialibus,* et alias cum omnibus clausulis in preinserta contentis expedire mandare et in forma gratiosa ad perpetuam rei memoriam. Concessum, quod committatur archiepiscopo Lundensi. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 15. kal. junii anno 6.

Suppl. 1054, ufol.

3620. **19. Maj 1498.**

Kong Hans faar Tilladelse til at lade sin Kapellan Herman Meyer faa Relikvier med sig hjem fra Klostret Tre Fontane.

Cum Johannes Dacie rex ob singularem devotionem summopere desiderat aliquas sanctorum reliquias habere proptereaque religiosum virum Hermannum Meyer, sacre theologie et ordinis Predicatorum professorem, capellanum suum, ad curiam s. v. destinaverat, supplicat igitur e. s. v. dictus rex, quatenus . . . . dignetur Raphaeli s. Georgii ad velum aureum diacono cardinali, qui monasterium s. Anastasii extra muros alme Urbis in commenda obtinet, committere, ut, si sibi placuerit, dicto Hermanno reliquias de decem [milibus] sanctis martiribus apud dictum monasterium s. Anastasii requiescentibus eidem regi deferendas assignet, dictoque Hermanno reliquias huiusmodi sibi assignandas libere capiendi et extra eandem almam Urbem extrahendi illasque dicto regi deferendi licentiam apostolica auctoritate concedere, decernendo eundem Hermannum deputandumque seu deputandos per eum ad huiusmodi reliquias deferendas

---

[1]) Hul i Cod.

nullam propterea excommunicationis sententiam incurrere. Fiat. R. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Datum Rome 14. kal. junii anno 6.

Suppl. 1053 fol. 139 v.

3621. **25. Maj—1. Juni 1498.**

Den udvalgte Ærkebiskop i Lund Birger Gunnersen lover at betale 4000 Gylden i Servispenge, men opnaar 1. Juni at faa Summen nedsat til 2000 Gylden.

Die 25. maji 1498 Hadrianus de Caprinis clericus Viterbiensis vice et nomine Brigerii electi Lundensis obtulit camere apostolice et sacro collegio cardinalium pro communi dicte ecclesie Lundensis ratione provisionis de persona ipsius Bregerii eidem ecclesie auctoritate apostolica facte per bullas sub data 5. id. maji anno 6 fl. auri de camera 4000, ad quos dicta ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta consueta. Eorundem autem communis et minutorum [servitiorum] medietatem infra sex menses proxime futuros, aliam vero medietatem infra alios sex menses extunc immediate sequentes solvere promisit, submisit, constituit, juravit et in forma camere obligavit. Et vicecamerarius tulit sententias in his scriptis. Cardinales 14.

Die 1. mensis junii 1498 date fuerunt bulle supradicte ecclesie Baldassari pro societate de Burgarmis, quia solvit omnia jura camere et collegii ad rationem 2000 duc. vigore bulle Martini pape V super hoc edite, et ita fuit decretum in camera apostolica, referente Antonio de Viterbio camere notario.

Oblig. 1492—98 fol. 216 (Archivio di Stato).

[1498] id. maji anno 6. Brigerius fit episcopus (!) Lundensis; obtulit 4000 fl. 25. maji 1498.

Uddrag af Garampi efter S. C. 8 fol. 112 (tabt).

3622. **25. Maj 1498.**

Præsten Oluf Pedersen fra Sengeløse faar et evigt Vikariat i Roskilde.

Nuper certis canonicatu et prebenda ecclesie Roskildensis vacantibus, Johannes Olani perpetuus vicarius ad altare s. Lucii situm in eadem ecclesia canonicatum et prebendam predictos apostolica auctoritate sibi conferri et de illis etiam provideri obtinuit. Cum autem perpetua vicaria ad dictum altare, quam dictus Johannes de presenti obtinet, per assecutionem dictorum canonicatus et prebende vacare speretur, supplicat Olauus Petri de Simgelose presbiter Roskildensis diocesis, quatenus sibi de

dicta vicaria, que sine cura est [fructus 4 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 8. kal. junii anno 6.

Suppl. 1054, ufol.

3623. 25. Maj 1498.

Klerken Jens Olufsen fra Roskilde Stift, evig Vikar i Roskilde, faar Kanonikat og Præbende sammesteds.

[Cum canonicatus et prebenda . . . .[1])] minor ecclesie Roskildensis . . . .[1]) invicem equales et alie eis . . . .[1]) vacant ad presens, supplicat . . . .[1]) Johannes Olaui clericus Roskildensis, [quatenus] sibi canonicatum et prebendam predictos [fructus 4 mr.], sive pro eo, quod olim aliquis tunc eiusdem [ecclesie] canonicus olim illos obtinens alteram maiorem prebendam tunc vacantem juxta statuta et consuetudines eiusdem ecclesie optavit, per optionem huiusmodi aut aliorum canonicatus et prebende assecutionem sive alias quovismodo vacent, conferre dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 8. kal. junii anno 6.

Suppl. 1054, ufol.

3624. 26. Maj 1498.

Den udvalgte Ærkebiskop i Lund Birger (Gunnersen) faar Lov til at lade vanhelligede Kirker, Klostre og Kirkegaarde i sit Stift indvie paany af Stedfortrædere.

Exponitur pro parte Birgeri *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Fiat. R. Et cum indulto huiusmodi perpetuo. Datum Rome 7. kal. junii anno 6.

Suppl. 1054, ufol.

3625. 31. Maj 1498.

Optegnelse om, at Ærkebiskop Birger Gunnersen betaler Servispenge til det pavelige Kammer.

[1498] Dicta die [ɔ: 31. mensis maji Franciscus Borgia episcopus Theanensis . . . . Alexandri pape VI generalis thesaurarius per[2]) manus spectabilium virorum heredum Ambrosii de Spannocchis pecuniarum camere apostolice depositariorum pro ipsa camera et sanctissimo domino nostro papa prefato recepit

---

[1]) Hul i Cod. [2]) Cod. et per

et] habuit fl. similes [ɔ: auri de camera] 950 a Bugerio (!) pro communi pape ecclesie Lundensis per manus societatis de Fugheriis . . . 1187,36.

Introitus et Exitus 530 fol. 75 v.

1. Juni 1498.

Se 25. Maj 1498.

23. Juni 1498.

Supplik se Bulle 11. Juli 1498.

3626. 26. Juni 1498.

Mikkel Pedersen (Hostorp), evig Vikar i Vilstrup, faar Tilladelse til at forene tre ellers uforenelige Embeder.

Supplicat Michael Petri perpetuus vicarius parrochialis ecclesie in Wilstorpp Slesvicensis diocesis, baccalaureus in decretis, cum quo dudum, ut una cum dicta vicaria unum et sine illis duo alia quecunque curata seu alias invicem incompatibilia beneficia [recipere valeret], ... apostolica fuit auctoritate dispensatum, quatenus secum, ut una cum dicta vicaria seu quibusvis duobus beneficiis incompatibilibus per eum ex dicta dispensatione pro tempore obtentis quodcunque tertium curatum seu alias incompatibile beneficium . . . ., si sibi alias canonice conferatur . . . ., recipere libere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Et cum clausula permutandi toties etc. Datum Rome 6. kal. julii anno 6.

Suppl. 1056 fol. 98 v.

3627. 11. Juli 1498.

Paven tildeler Skolastikeren Johan Breyde i Lübeck en aarlig Pension af Ærkedegneembedet i Slesvig, som han har resigneret til Fordel for Joakim Ahlefeld.

Johanni Breyde scolastico ecclesie Lubicensis. Vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque hodie tu archidiaconatum ecclesie Slesvicensis, quem tunc obtinebas, per certum procuratorem tuum . . . in manibus nostris sponte resignaveris, nosque resignationem huiusmodi tunc admittentes archidiaconatum predictum per eandem resignationem tunc vacantem et antea dispositioni apostolice reservatum Johanni (!) de Aleuelde ipsius ecclesie archidiacono per alias nostras litteras contulerimus et de illo etiam providerimus, nos, tibi, qui scolastriam ecclesie Lubicensis ac [Slesvicensis et] Lubicensis ecclesiarum predictarum canonicatus et prebendas inter alia obtines, ne propter resignationem huiusmodi nimium dispendium patiaris, de ali-

cuius subventionis auxilio providere volentes, pensionem annuam 15. duc. auri de camera super fructibus dicti archidiaconatus tibi, quoad vixeris, vel procuratori tuo . . . . per eundem Joachim, cuius ad hoc expressus accedit assensus, pro una videlicet in domini nostri Jesu Christi et alia medietatibus pensionis huiusmodi in s. Johannis baptiste nativitatum festivitatibus annis singulis in civitate Lubicensi integre persolvendam tibi tenore presentium reservamus [*etc. som Nr. 3521*]. Datum Rome 5. id. julii anno 6.

Simili modo Pennensi et Lubicensi episcopis ac Michaeli Petri canonico ecclesie Ripensis.

V. XXX. XV. de Phano.

Reg. Lat. 1036 fol. 141 v. Supplik se følgende Nr.

3628. **11. Juli 1498.**

Paven tildeler Slesvigkanniken Joakim Ahlefeld Ærkedegneembedet i Slesvig.

Joachim de Aleuelde archidiacono ecclesie Slesvicensis. Vite ac morum honestas [etc.]. Dudum siquidem omnes dignitates apud sedem apostolicam vacantes dispositioni nostre reservavimus. Cum itaque postmodum archidiaconatus ecclesie Slesvicensis per liberam resignationem Johannis Breyde de illo per Gotschalkum de Aleuelde canonicum Slesvicensem procuratorem suum . . . . in manibus nostris sponte factam et per nos admissam apud sedem eandem vacet ad presens . . . ., nos, volentes tibi, qui dicti Johannis nepos existis ac canonicatum et prebendam dicte ecclesie inter alia obtines, gratiam facere specialem, archidiaconatum predictum, qui in eadem ecclesia dignitas non tamen maior post pontificalem existit, et qui per canonicos dicte ecclesie teneri consuevit [fructus 8 mr.], tibi conferimus et de illo etiam providemus. Datum Rome 5. id. julii anno 6.

Simili modo Pennensi et Lubicensi episcopis ac Michaeli Petri canonico ecclesie Ripensis.

V. XV. X. de Phano.

Reg. Lat. 1028 fol. 269 v; ogsaa Supplik (Fiat. R.) fælles for dette og det forrige Brev i Suppl. 1057 fol. 80 og fol. 163 v, sidste Sted med Dato 9. kal. julii anno 6.

3629. **21. (31.) Juli 1498.**

Eggert Durkop, som har faaet Ventebrev paa forskellige Beneficier, men ikke naaet at faa det publiceret inden et Aars Forløb, faar Fristen forlænget med tre Maaneder.

Cum Egerdus episcopus Slesvicensis, unius ex palatii apostolici causarum auditoribus locumtenens, nonnulla beneficia tunc vacantia et sub gratia expectativa sibi per s. v. concessa comprehensa vigore dicte gratie expectative acceptaverit et de illis sibi provideri obtinuerit, ac acceptatio et provisio predicte publicate fuerunt (!) infra tempora legitima juxta formam litterarum apostolicarum eiusque[1]) gratie expectative ac regule cancellarie dicte v. s. super acceptationibus et provisionibus et publicationibus vigore gratie expectative infra certa tempora ibi expressa faciendis, ipsaque creatura acceptationem et provisionem et publicationem predictas possessoribus dictorum beneficiorum seu intrusis in eisdem hactenus non intimaverit nec cum illis de suo jure judicialiter experiri ceperit, finisque anni a temporibus publicationis huiusmodi computandi ad intimandum seu experiendum per eandem regulam cancellarie quibusvis expectantibus prefixi et limitati instare noscatur, et cupiat dicta creatura dictum annum sibi per s. v. prorogari, supplicat, quatenus . . . . . annum predictum ad intimandum seu experiendum ad unum alium annum a fine prioris anni supradicti computandum prorogare dignemini. Concessum ad tres menses in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat in judicio et extra, non obstante regula volente, quod non secundum supplicationes, sed secundum bullas judicetur, cui derogare placeat. Datum Rome 12. kal. aug.[2]) anno 6.

Suppl. 1057 fol. 263 v og (II) 1058 fol. 141.

3630. **28. Juli 1498.**

Sognepræsten Godske Ahlefeld i Gettorf i Slesvig Stift faar Dispensation til i eet Aar ikke at lade sig indvie til de højere gejstlige Grader.

Supplicat Godscalcus de Aliuelde rector parrochialis ecclesie s. Nicolai de Gettorp Slesvicensis diocesis, de nobili militari genere ex utroque parente procreatus, in Romana curia presens, qui eandem ecclesiam anno nondum effluxo possedit, prout possidet, quatenus secum ad annum a fine primi anni, in quo nunc dictam parrochialem ecclesiam possidet, computandum, ut ad sacros, etiam subdiaconatus, ordines [ratione] dicte ecclesie parrochialis se facere promoveri minime teneatur . . . ., dispensare dignemini, propterea etiam dicta ecclesia vacare

[1]) II: eiusdem [2]) II: pridie kal. aug.

minime censeatur. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat . . . Datum Rome 5. kal. aug. anno 6.

Suppl. 1058 fol. 52.

31. Juli 1498.

Supplik se 21. Juli 1498.

3631. 31. Juli 1498.

Kong Hans faar bevilget, at de Processer, han fører ved Kurien mod Sten Sture, Ærkebiskoppen af Upsala og andre Svenskere, maa suspenderes, eftersom han nu er bleven Konge i Sverige.

Exponit s. v. Egerdus episcopus Slesvicensis, Johannis Dacie et Svecie regis orator ad eandem s. v. destinatus ac unius ex palatii apostolici causarum auditoribus locumtenens, quod nuper prefatus Johannes, inter quem et nobilem virum Stenonem Star (!) militem super castro Orebro Arosiensis diocesis cum suis attinentiis, terris, dominiis, juribus et pertinentiis coram Georgio episcopo Albanensi cardinali, ac inter quem regem et archiepiscopum Vpsalensem ac Arosiensem, Scarensem, Strengnensem, Aboensem, Lincopensem, Vesrensem (!) et alios episcopos dicti archiepiscopi suffraganeos ac alios prelatos necnon prefatum Stenonem ac alios milites et proceres regni Svecie super obedientie dicto Johanni regi per eos debite subtractionibus ac recipiendi honesta seu debita monita et mandata dicti regis illustrique prefato Johanni ut eorum[1]) regi parendi dilationibus et denegationibus necnon privilegiorum, libertatum, castrorum, dominiorum, jurisdictionum, fructuum et bonorum aliorumque jurium et attinentiarum dicti regni Svecie ad ipsum Johannem regem Svecie spectantium usurpationibus et occupationibus coram Johanne Antonio cardinali Alexandrino lites et cause pendebant indecise, possessionem dicti castri, quam prefatus Steno tunc habebat, ac obedientiam plenam in premissis de consensu Stenonis ac archiepiscopi, episcoporum, prelatorum, militum et procerum predictorum extitit assecutus. Pro parte igitur dicti Johannis regis supplicatur, quatenus alicui alteri prelato in partibus illis residenti, quatenus predictas et quasvis alias [causas] coram prefatis cardinalibus et quibusvis palatii causarum huiusmodi auditoribus ac aliis judicibus in Romana curia et extra eam in quibusvis forsan instantiis super premissis

---

[1]) Cod. coram

et illorum occasione pendentes, si expressus partium accesserit assensus, apostolica auctoritate extinguat et de cetero non pendere decernat, committere dignemini. Concessum de consensu in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. . . . . Et per breve e. s. v. etiam, si opus sit, ac supplicatione introclusa. Datum Rome pridie kal. aug. anno 6.

Suppl. 1058 fol. 142.

3632. **3. Aug. 1498.**

Johan Breyde faar Pensionen af Ærkedegneembedet i Slesvig bevilget med et større Beløb end før (jfr. Nr. 3627).

Reformatio Joachim de Aleuelde.

Johannes Breyde orator prefatus, qui resignavit archidiaconatum, nimium dispendium pateretur, nisi s. v. maiorem pensionem, quam in preinserta reservatur, sibi reservaret; dignetur igitur s. v. eidem de consensu prefati Joachim pensionem 30 fl. auri de camera reservare [et] constituere super fructibus dicti archidiaconatus Slesvicensis sub forma et clausulis in preinserta contentis, dummodo dimidiam fructuum non excedat. Concessum. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 3. non. aug. anno 6.

Suppl. 1058 fol. 126 v.

3633. **10. Aug. 1498.**

Klerken Mikkel Pedersen (Hostorp) faar Kanonikat og Præbende i Aarhus.

Supplicat Michael Petri clericus Slesvicensis diocesis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Arusiensis, quos magister Johannes Johannis obtinebat, per obitum eiusdem Johannis vacantibus [fructus 4 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 4. id. aug. anno 6.

Suppl. 1058 fol. 232 v.

3634. **12. Aug. 1498.**

Klerken Sebastianus de Platen fra Brandenburg Stift faar motu proprio Kanonikat og Præbende samt Ærkedegneembedet i Ribe.

Motu proprio Sebastiano de Platen clerico Brandeburgensis diocesis, familiari nostro continuo commensali, de canonicatu et prebenda ac archidiaconatu in ecclesia Ripensi, qui inibi post pontificalem principalis dignitas existit [fructus insimul

6 mr.], per obitum Johannis de Hagen vacantibus, providere dignemini. Fiat. R. Datum Rome pridie id. aug. anno 6.

Suppl. 1059 fol. 121. *

3635. **24. Aug. 1498.**

Joakim Ahlefeld betaler Annater af Ærkedegneembedet i Slesvig.

Universis etc., quod Joachinus de Aluede pro annata archidiaconatus ecclesie Slesvicensis, in quibus etc., fl. similes 22 bol. 64 ipsi camere die dicta [ɔ: 1498 24. mensis aug.] solvit per manus suas.

Div. Alex. VI 1496—1500 fol. 115 (Archivio di Stato).

3636. **27. Aug. 1498.**

Joakim Ahlefeld lover at betale Annater af Ærkedegneembedet i Slesvig.

[1498] Dicta die [27. mensis aug.] Joachim de Aleuelde archidiaconus ecclesie Slesvicensis principalis obligavit se camere apostolice pro annata dicti archidiaconatus [fructus 8 mr.], per resignationem Johannis Breide in curia factam vacantis, et providetur sub data Rome 5. id. julii anno 6.

I Margen: Die 24. dicti solvit pro dicta annata fl. 22⁴/₅; patet per cedulam.

Annate 1498—99 fol. 86 (Archivio di Stato).

3637. **27. Aug. 1498.**

Optegnelse om, at Johan Breyde fritages for at betale Annater af Pensionen af Ærkedegneembedet i Slesvig.

[1498] Die 27. dicti [ɔ: mensis aug.] unum par bullarum pro Johanne Breyde pensionis annue 15 duc. auri de camera super fructibus archidiaconatus ecclesie Slesvicensis sub data Rome 5. id. julii anno 6 reservate. Restituta, quia soluta est annata dicti archidiaconatus . . . . Obligavit super regressu.

Annate 1498—99 fol. 234 (Archivio di Stato).

3638. **27. Aug. 1498.**

Johan Breyde lover at betale Annater af sin Ret til paany at faa Ærkedegneembedet i Slesvig, hvis hans Pension ikke betales.

[1498] Die dicta [ɔ: 27. mensis aug.] dictus Joachim [de Aleuelde] pro dicto Johanne Breyde resignante principaliter se obligavit pro facultate regrediendi ad dictum archidiaconatum sub data Rome 5. id. julii anno 6 concessa, et promisit exhibere

mandatum et obligare principaliter infra sex menses etc. sub penis etc. Juravit etc.

I Margen: Regressus.

Annate 1498—99 fol. 86 (Archivio di Stato).

3639. **30. Aug. 1498.**

Optegnelse om, at Joakim Ahlefeld betaler Annater af Ærkedegneembedet i Slesvig.

[1498] Dicta die [ɔ: 30. mensis aug.] habuit fl. similes 22 bol. 64 a Joachino de Aluede pro annata archidiaconatus Slesvicensis per manus suas. — Fl. 28, 28.

Introitus et Exitus 530 fol. 102.

3640. **31. Aug. 1498.**

Godske Ahlefeld faar Kanonikat og Præbende og Ærkedegneembedet i Ribe.

Cum Sebastianus de Platen clericus Brandeburgensis diocesis, s. v. familiaris continuus commensalis, cui s. v., videlicet sub data Rome pridie id. aug. anno 6, de canonicatu et prebenda ac archidiaconatu ecclesie Ripensis, qui inibi post pontificalem dignitas principalis existit, tunc per obitum Johannis de Hagen vacantibus, motu proprio provideri concessit, ... concessioni gratie huiusmodi litteris apostolicis super ea non confectis ac omni juri sibi ad canonicatum et prebendam ac archidiaconatum huiusmodi quomodolibet competenti in manibus s. v. sponte cedat, supplicat igitur Gotscalcus de Aleuelde clericus Slesvicensis diocesis, de nobili militari genere ex utroque parente procreatus, quatenus sibi de canonicatu et prebenda predictis ac etiam archidiaconatu, qui de jure patronatus regis Dacie ex indulto apostolico per Sixtum papam IV concesso, ut ab aliquibus asseritur, existit [fructus insimul 6 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Et quod littere possint divisim expediri pro utroque et etiam fructus dividi ad voluntatem oratoris. Datum Rome pridie kal. sept. anno 7.

Suppl. 1061 fol. 5.

3641. **16. Sept. 1498.**

Klerken Niels Torkilsen (Kyd) fra Børglum Stift faar Sognekirkerne i Odding og Ottense.

Supplicat Nicolaus Torkelli, alias Kyd, clericus Burglanensis diocesis, quatenus sibi de parrochiali ecclesia Othense cum sua

annexa Ottingh Vibergensis diocesis, quam Johannes de Phyana cum sua annexa obtinebat, per obitum eiusdem Johannis vacantibus [fructus unacum annexa capella 4 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 16. kal. oct. anno 7.

Suppl. 1062 fol. 27.

3642. **1. Okt. 1498.**

Vicco de Lancken faar motu proprio Dekanat, Kanonikat og Præbende i Greifswald og Kanonikat og Præbende i Kolberg.

Motu proprio Victroni de Lanlren (!) clerico Roskildensis diocesis, familiari nostro continuo commensali, ex utroque parente de nobili genere procreatus [ↄ: -to], de certo decanatu una cum prebenda ecclesie collegiate s. Nicolai oppidi de Gripualeden et de canonicatu et prebenda collegiate ecclesie oppidi Colberc Caminensis diocesis, per obitum Martini Dalmar vacantibus [fructus insimul 10 mr.], providemus. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome kal. oct. anno 7.

Suppl. 1062 fol. 200.

3643. **2. Okt. 1498.**

Joakim Ahlefeld faar ny Provision paa Ærkedegneembedet i Slesvig, og han og hans Forgænger og Onkel Johan Breyde, som var beskyldte for Simoni, frikendes for denne Beskyldning.

Alias Johannes Breyde tunc archidiaconus ecclesie Slesvicensis et Joachim de Aleuelde clericus Slesvicensis diocesis ad infrascriptam concordiam devenerunt, videlicet, quod dictus Johannes resignaret in favorem dicti Joachini archidiaconatum dicte ecclesie, quem tunc obtinebat, reservata sibi pensione annua 15. duc. super fructibus dicti archidiaconatus, et dictus Joachim poneret tot bona sub protectione ecclesiastica, que ascenderent ad summam 15. duc. similium singulis annis seu ex dictis bonis beneficium erigere procuraret, ut illo erecto dictus Johannes ex fructibus illius reciperet dictos 15 duc., et deinde, resignatione huiusmodi archidiaconatus per procuratorem dicti Johannis . . . in manibus s. v. facta, s. v. archidiaconatum predictum dicto Joachim contulit et de illo etiam providit, possessione minime apprehensa, necnon pensionem predictam dicto Johanni reservavit. Postmodum vero dictus Joachim nonnulla bona immobilia . . . . ad dictum Joachim legitime spectantia, quorum fructus ad valorem 15 duc. similium vel circa annis singulis ascendunt, in manibus Egerdi episcopi Slesvicensis ad

effectum, ut ex illis beneficium erigeretur, posuit, ita tamen, quod, si dictus Joachim vel sui parentes dicta bona redimere vellent, summam 400 fl. Romanorum sub dicta protectione ecclesiastica ponerent, et qui 400 fl. ad utilitatem dicti beneficii in aliis bonis immobilibus exponerentur, quo facto dictus episcopus dictum beneficium erexit, symonie labem ac alias censuras et penas ecclesiasticas forsan incurrendo. Cum autem dicti oratores dubitent symoniam et censuras huiusmodi incurrisse, ac etiam dictus Joachim ante resignationem archidiaconatus huiusmodi quedam munera dicto Johanni fecit non expresse ob ipsam causam resignationis, sed tamquam avunculo suo, licet in veritate secundum animum suum cum istis muneribus cupiebat ipsum Johannem ad hoc allicere, dictusque Johannes dicto Johachino et suis in quibusdam rebus seu bonis et pecuniarum quantitatibus tenebatur, quas idem Joachinus et sui exigere propterea tardarunt, necnon ipse Joachim cum dicte Johanne convenit, ut pro eo faceret omnes expensas faciendas in expeditione litterarum pensionis in Romana curia faciendarum, et propterea dictus Joachim, qui ex dicto archidiaconatu nullos fructus percepit, dubitet collationem et provisionem predictas viribus non subsistere dictumque archidiaconatum adhuc vacare, ipseque et Johannes oratores prefati dubitent symoniam predictam incurrisse, supplicant igitur, quatenus ipsos a symonie labe ac censuris et penis predictis, si quibus quomodolibet innodati essent, absolvere omnemque inhabilitatis et infamie maculam sive notam per eos priorum occasione forsan contractam abolere ac cum eis super irregularitate, quam propterea contraxerunt, dispensare . . . . necnon de dicto archidiaconatu, qui inibi dignitas non tamen maior post pontificalem existit [fructus 8 mr.], eidem Joachim in forma simplicis vel nove provisionis [etc.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Et cum expressione, quod dicta munera non excedunt summam 15 duc. Datum Rome 6. non. oct. anno 7.

Suppl. 1063 fol. 71 v.

3644. **9. Okt. 1498.**

Paven befaler Officialen i Roskilde at overdrage Klerken Jens Tinhus fra Roskilde Stift Dekanatet i Roskilde.

Officiali Roskildensi. Dignum etc. Cum itaque, sicut accepimus, decanatus ecclesie Roskildensis, qui inibi dignitas post

pontificalem maior[1]) et de jure patronatus regis Dacie pro tempore existentis ex privilegio apostolico, cui non est hactenus in aliquo derogatum, existit, et quem Nicolaus Todrin (!) obtinebat, per obitum eiusdem Nicolai vacet ad presens, nos, volentes Johannem Tegethauss[2]) clericum Roskildensis diocesis, quem Johannes rex Dacie, existens in pacifica possessione vel quasi juris presentandi personam idoneam Romano pontifici pro tempore existenti ad dictum decanatum, cum pro tempore vacat, nobis per eius patentes litteras juxta formam privilegii huiusmodi presentavit, quique post datam litterarum predictarum ipsius decanatus possessionem forsan apprehendit, quamvis de facto, nullos tamen fructus percipiendo ex eodem, gratioso favore prosequi, discretioni tue mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem eundem Johannem ad hoc idoneum esse repereris, decanatum predictum [fructus 6 mr.] eidem Johanni auctoritate nostra conferas. Datum Rome 7. id. oct. anno 7.

V. XXX. 3. kal. nov. anno 7. de Phano.

Reg. Lat. 1034 fol. 127; ogsaa (II) Supplik (Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis) i Suppl. 1063 fol. 103 v.

3645. **10. Okt. 1498.**

Klerken Vicco de Lancken fra Roskilde Stift faar Sognekirken i Schönberg i Lübeck Stift.

Cum parrochialis ecclesia Scholemberg Lubicensis diocesis vacat . . . ., supplicat Vico de Lancken clericus Roskildensis diocesis, s. v. familiaris continuus commensalis, quatenus sibi de dicta ecclesia [fructus 4 mr.] provideri mandare dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 6. id. oct. anno 7.

Suppl. 1063 fol. 106.

3646. **12. Okt. 1498.**

Klerken Vicco de Lancken fra Roskilde Stift faar et evigt Vikariat i Kirken i Wiek i Roskilde Stift.

Alias perpetua sine cura vicaria ad altare b. Marie virginis et ss. Petri et Pauli apostolorum in parrochiali ecclesia opidi Vurek Roskildensis diocesis vacante ex eo, quod quidam Henricus Grennesinde dicte vicarie possessor contravenerit fundationi eiusdem, licet desuper per ordinarium loci et patronos

---

[1]) II tilføjer: ac forte alias curata et electiva [2]) II: Tegentusen

eiusdem vicarie monitus ac deinde in forma juris eadem vicaria privatus esset[1]), Vicco de Lancken dicte diocesis, e. s. v. familiaris et qui obsequiis Bartholomei tituli s. Agate presbiteri cardinalis, Segobricensis vulgariter nuncupati, insistendo continuus commensalis [existit], ad illam sic vacantem per patronos laicos loci ordinario se presentari et per ipsum ordinarium ad eandem vicariam institui et de illa sibi provideri obtinuit, possessione subsecuta; dubitatque dictus orator presentationem, institutionem, provisionem huiusmodi aliaque inde secuta viribus subsistere non posse; supplicat igitur, quatenus sibi de dicta vicaria [fructus 2 mr.] in forma simplicis vel nove . . . . provisionis providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 4. id. oct. anno 7.

Suppl. 1063 fol. 185.

3647. **15. Okt. 1498.**

Optegnelse om, at Besættelsen af Bispestolen i Viborg efter det pavelige Konsistoriums Beslutning blev udsat, skønt Kardinalen af Perusia havde foreslaaet at udnævne Laurens Vestini.

Rome in die lune 15. oct. 1498 fuit consistorium, et expedita fuerunt infrascripta . . . .

Cum dominus Perusinus proposuisset ecclesiam Vibergensem in regno Dacie in provincia Jutie sub archiepiscopatu Lundensi, vacantem extra curiam per mortem Nicolai episcopi, in favorem Laurentii Vuestein archidiaconi Vibergensis, fuit dictum, quod supersederetur.

Redditus fl. 300. — Taxa fl. 33.

Bibl. Barberini XXXVII, 1, fol. 15.

3648. **15. Okt. 1498.**

Kong Hans' Sekretær, Klerken Anders Glob fra Viborg Stift, faar Sognekirken i Kallundborg.

Alias parrochiali ecclesia Callundeborch cum suis annexis Roskildensis diocesis, que de jure patronatus laicorum, [videlicet] Dacie regis, existit, per promotionem Bergeri ad ecclesiam Lundensem . . . . vacante, ad illam fuit Andreas Glob clericus Vibergensis diocesis per Johannem modernum Dacie regem presentatus et per ordinarium loci institutus, possessione subsecuta. Cum autem dubitet presentationem, institutionem et possessionis assecutionem huiusmodi ac alia inde secuta viribus subsistere,

---

[1]) Gz. — Cod. privatus et Vicco

ac Johannes tituli s. Marie in Transtiberim presbiter cardinalis, cui dicta ecclesia per promotionem predictam etiam auctoritate apostolica commendata seu commendari concessum fuit, commende seu concessioni huiusmodi, litteris apostolicis super ea non confectis nec possessione per eum habita, ac omni juri sibi ad eandem competenti in manibus s. v. sponte cedit de presenti, supplicat igitur dictus orator, qui etiam dicti regis secretarius existit, quatenus cessionem predictam admittentes sibi de dicta parrochiali ecclesia cum suis annexis [fructus 4 mr.] per viam nove vel simplicis provisionis providere ac juri patronatus huiusmodi, quatenus opus sit, derogare dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. . . . Et cum derogatione juris patronatus, quatenus opus sit, attento quod orator per eundem regem fuit presentatus. Datum Rome id. oct. anno 7.

Suppl. 1063 fol. 139 v.

3649. **17. Okt. 1498.**

Godske Ahlefeld faar ny Provision paa Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Canonicatu et prebenda ecclesie cathedralis Roskildensis per obitum Nicolai Theodorici vacantibus, Bodschabenus [ɔ: Gotscalcus] de Aleuelde clericus Slesvicensis diocesis dictos canonicatum et prebendam in vim gratie sue expectative per s. v. eidem concesse cum processu desuper fulminato acceptavit et sibi desuper provideri obtinuit, possessione subsecuta. Verum dubitat acceptationem, possessionem et inde secuta forsan viribus non subsistere, sed eosdem adhuc vacare. Supplicat igitur Godscalcus de Aleuelde, qui de militari genere ex utroque parente procreatus existit, quatenus sibi . . . de canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] in forma nove aut simplicis provisionis [etc.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Et quod valoris maioris usque ad similem summam expressio fieri possit in confectione litterarum. Datum Rome 16. kal. nov. anno 7.

Suppl. 1063 fol. 140.

3650. **19. Okt. 1498.**

Roskildekanniken Erik Valkendorf faar Provstiet i Børglum.

Cum prepositura ecclesie Burglanensis regni Dacie, que regularis est, et que prepositura[1]) de jure patronatus seu presen-

---

[1]) Cod. quam preposituram

tandi regis Dacie existit, vacet ad presens, supplicat Erricus Wallendorf canonicus Roskildensis, quatenus sibi eandem preposituram[1]), que dignitas post pontificalem maior existit [fructus 24 fl. auri de camera], in commendam, et si habitum infra biennium assumpserit, extunc in titulum concedere . . . dignemini, dicto jure patronatus, cui hac vice derogare placeat, dummodo ipsius regis ad id expressus accedat assensus etc., non obstante. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Et quatenus orator sit possessor, extunc in forma nove provisionis. Datum Rome 14. kal. nov. anno 7.

Suppl. 1063 fol. 140.

3651. **22. Okt. 1498.**

Sognepræsten Anders Nielsen i Hørby i Børglum Stift faar Dispensation til foruden dette Embede at besidde et andet ellers dermed uforeneligt Embede.

Supplicat Andreas Nicolai clericus Burglanensis diocesis, rector parrochialis ecclesie in Hoby eiusdem diocesis, quatenus secum, ut una cum dicta parrochiali ecclesia, quam obtinet, unum aliud beneficium vel ea dimissa duo alia quecunque beneficia curata aut alias invicem incompatibilia . . . ., si sibi alias canonice conferantur, recipere et insimul, quoad vixerit, retinere possit, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Et cum clausula permutandi toties quoties etc. Datum Rome 11. kal. nov. anno 7.

Suppl. 1063 fol. 159.

3652. **23. Okt. 1498.**

Klerken Jesper Andersen faar ny Provision paa Ærkedegneembedet i Ribe, hvortil han var præsenteret af Kong Hans.

Alias archidiaconatu ecclesie Ripensis, qui inibi dignitas maior post pontificalem ac curata et alias electiva existit, per liberam resignationem magistri Nicolai Friess in partibus sponte factam vacante, Johannes Dacie etc. rex modernus, ad quem jus patronatus seu presentandi personam idoneam ad dictum archidiaconatum, dum pro tempore vacat, ex concessione sive indulto sedis apostolice dinoscitur pertinere, huiusmodi concessionis vigore sive indulti pretextu ad eundem archidiaconatum sic vacantem Casperum Andree clericum N. diocesis per litteras suas regias presentavit. Cum autem sic pro tempore presentati

---

[1]) Gz. — Cod. de eadem prepositura

presentationis eorum confirmationem et institutionem a sede apostolica petere teneantur, ipseque orator dubitet resignationem et presentationem predictas cum omnibus inde secutis viribus subsistere, supplicat igitur, [quatenus], resignationem predictam, quatenus opus sit, admittentes, sibi de dicto archidiaconatu [fructus 4 mr.] per viam nove vel simplicis provisionis providere ac juri patronatus regis, si quod sit, derogare pro hac vice, attento, quod fuit presentatus, dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 10. kal. nov. anno 7.

Suppl. 1063 fol. 258.

3653. **27. Okt. 1498.**

Paven befaler Viborgkanniken Henrik Olufsen at overdrage Provstiet i Vendsyssel til Klerken Jens Nielsen fra Børglum Stift.

Henrico Olaui canonico Vibergensi. Dignum etc. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Johannis Nicolai clerici Burglanensis diocesis petitio continebat, quod alias, prepositura rurali Vendlie dicte diocesis tunc per liberam resignationem Nicolai Petri de illa, quam tunc obtinebat, in manibus moderni episcopi Burglanensis sponte factam et per ipsum episcopum ordinaria auctoritate admissam vacante, prefatus episcopus preposituram predictam eidem Johanni dicta auctoritate contulit et providit etiam de eadem, ipseque Johannes collationis et provisionis predictarum vigore eiusdem prepositure possessionem assecutus illam extunc possedit, prout possidet de presenti. Cum autem dubitet collationem et provisionem predictas viribus non subsistere, et dicta prepositura adhuc vacare noscatur, nos discretioni tue mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem eundem Johannem ad hoc idoneum esse reppereris, preposituram predictam [fructus 4 mr.] eidem Johanni auctoritate nostra conferas. Datum Ostie 6. kal. nov. anno 7.

V. XX. pridie non. dec. anno 7. de Phano.
Reg. Lat. 1047 fol. 176.

3654. **27. Okt. 1498.**

Paven tildeler sin familiaris, Klerken Nicolaus Smestorp (Snirdstorp) fra Halberstadt Stift, Sognekirken i Horup (eller Løderup) i Lunde Stift, ledig ved Mads Andersens Død ved Kurien, og befaler Biskoppen i Slesvig, Dekanen ved St. Sebastians Kirke i Magdeburg og Officialen i Lund at bringe Brevet til Udførelse.

Nicolao Smestorp[1]) rectori parrochialis ecclesie ville Luderup Lundensis diocesis, familiari nostro. Grata familiaritatis obsequia *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Datum Ostie 6. kal. nov. anno 7.

Gratis de mandato pape.

Reg. Vat. 826 fol. 141 v; ogsaa (II) Supplik (motu proprio. Fiat. R.) i Suppl. 1065 fol. 26 v.

3655. 27. Okt. 1498.

Klerken Jens Nielsen fra Børglum Stift faar Provstiet i Vendsyssel.

Vacante alias prepositura rurali ecclesie Vendlie Burglanensis diocesis per liberam resignationem cuiusdam Nicolai illius tunc rectoris, prepositi nuncupati, in manibus moderni episcopi Burglanensis factam et per eundem episcopum admissam, Johannes Nicolai clericus eiusdem diocesis de illa sic vacante [sibi] per eundem ordinarium sua auctoritate provideri obtinuit, possessione subsecuta. Cum autem dubitet provisionem huiusmodi viribus non subsistere, sed dictam preposituram adhuc vacare, supplicat, quatenus sibi de prepositura predicta [fructus 4 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Ostie 6. kal. nov. anno 7.

Suppl. 1064 fol. 51 v.

3656. 29. Okt. 1498.

Kong Hans' Sekretær Jens Tinhus faar ny Provision paa Dekanatet i Roskilde, hvortil Kong Hans havde præsenteret ham.

Alias decanatu ecclesie Roskildensis, qui inibi dignitas maior post pontificalem ac curata et alias electiva existit, per obitum Nicolai Theodorici vacante, Johannes Dacie etc. rex modernus, ad quem jus presentandi sive nominandi seu presentatio et nominatio persone idonee ad dictum decanatum, dum pro tempore vacat, ex concessione sive indulto sedis apostolice noscitur pertinere, huiusmodi concessionis sive indulti pretextu ac juxta illius vim, formam, tenorem Johannem Thegenhuss, de nobili genere ex utroque parente procreatum, clericum et secretarium suum, ad dictum decanatum per s. v. instituendum et sibi de eodem providendum per litteras suas regias presentavit, prout presentat de presenti. Supplicat igitur tam rex quam Johannes orator prefati, quatenus ipsi oratori de dicto decanatu [fructus 8 mr.], sive premisso modo sive per liberam resignationem dicti quondam Nicolai sive etiam cuiusdam Johannis

---

[1]) II: Motu proprio . . . Nicolao Snirdstorp . . . Hoerup

Johannis vacat, per viam nove provisionis providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Et quod concessio sive indultum regis narrative vel dispositive ad plenum narrari vel exprimi possit. Datum Ostie 4. kal. nov. anno 7.

Suppl. 1064 fol. 273.

3657. **8. Nov. 1498.**

Optegnelse om, at Jens Tinhus betaler Annater af Dekanatet i Roskilde.

Universis etc., quod Johannes Tegentusen pro annata decanatus Roskildensis solvit duc. 14 similes [ɔ: auri de camera] bol. 20 per manus Johannis Cordis. Patet ut supra [ɔ: die 8. mensis nov. 1498].

Div. Alex. VI 1496—1500 fol. 127 (Archivio di Stato).

3658. **10. Nov. 1498.**

Jens Tinhus lover at betale Annater af Dekanatet i Roskilde.

[1498] Die dicta [ɔ: 10. mensis nov.] Bernardus Sculteti nomine Johannis Tegrehauss clerici Roskildensis obligavit se camere apostolice pro annata decanatus ecclesie Roskildensis [fructus 6 mr.], vacantis per obitum Nicolai Theoderici, et providetur sub data Rome 7. id. oct. anno 7.

I Margen: Die dicta solvit pro dicta annata fl. $14^1/_4$ per cedulam.

Annate 1498—99 fol. 135 v (Archivio di Stato).

3659. **10. Nov. 1498.**

Kardinalen Johannes (Lopez) faar et (tabt) Brev om Ærkedegneembedet i Roskilde udstedt med forskellige Ændringer.

Reformatio Johannis tituli s. Marie in Transtiberim.

Licet in precedenti, cuius copia preinseritur, expressum fuerit, quod Johanni tituli s. Marie in Transtiberim presbitero cardinali de archidiaconatu et singulis aliis canonicatibus et prebendis predictis, per promotionem dicti Brigerii ad ecclesiam Lundensem ac munus consecrationis eidem impensum seu alias lapsum temporis de consecrandis episcopis a jure diffiniti vacantibus, concessum fuerit commendari, nichilominus tamen in rei veritate, non per munus consecrationis et lapsum temporis huiusmodi, sed ex eo concessum fuit commendari, quia idem Brigerius ad dictam ecclesiam Lundensem electus fuit, et s. v. archidiaconatum et singulos canonicatus et prebendas predictos, quos ipse Brigerius tempore electionis huiusmodi obtinebat, per

electionem seu alias promotionem huiusmodi vacare decrevit; supplicant igitur Johannes Cuedis et alii predicti, quatinus eisdem litteras super preinserta conficiendas cum presenti et alias congrua et apta et obmissa precedente narrativa expediri mandare cum concessione omnium, que in preinserta quomodolibet concessa videntur, dignemini. Fiat. R. Datum Rome 4. id. nov. anno 7.

Suppl. 1065 fol. 47 v.

3660. **10. Nov. 1498.**

Paven befaler Dekanen i Lübeck at overdrage Kong Hans's Sekretær, Klerken Eggert Haynck fra Slesvig Stift, Kanonikater og Præbender i Lund og Ribe.

Decano ecclesie Lubicensis. Dignum etc. Dudum siquidem omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia apud sedem apostolicam tunc vacantia et inantea vacatura dispositioni nostre reservavimus. Et deinde, quibusdam Lundensis et aliis Ripensis ecclesiarum canonicatibus et prebendis, quos Bergerius electus Lundensis tempore promotionis per nos facte de persona sua ad ecclesiam ipsam Lundensem . . . obtinebat, ex eo, quod nos canonicatus et prebendas predictos propter promotionem predictam dumtaxat vacavisse per alias nostras litteras decrevimus . . . ., apud sedem eandem vacantibus, nos illos . . . . Johanni tituli s. Marie in Transtiberim presbitero cardinali per eum, quoad viveret, regendum [ɔ: -dos] sub data Rome 7. id. maji anno 6 concessimus commendari. Cum autem hodie dictus Johannes cardinalis concessioni huiusmodi, litteris apostolicis super ea non confectis, in manibus nostris sponte cess[er]it, nosque cessionem ipsam duxerimus admittendam, ac canonicatus et prebende predicti adhuc vacare nosca[n]tur, nos, Eggerdum Hayncк presbiterum Slesvicensis diocesis, qui Johannis regis Dacie secretarius existit, gratioso favore prosequi volentes, discretioni tue mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem eundem Eggerdum ad hoc idoneum esse reppereris, canonicatus et prebendas predictos [fructus insimul 4 mr.] dicto Eggerdo auctoritate nostra conferas. Datum Rome 4. id. nov. anno 7.

V. XXII. pridie non. martii anno 7. de Phano.
Reg. Lat. 1038 fol. 73.

3661. **10. Nov. 1498.**

Paven befaler Officialen i Viborg at overdrage Kanonikat og Præbende i Viborg til Kong Hans's Sekretær, Klerken Albert Glob.

Officiali Vibergensi. Dignum etc. Dudum siquidem [*etc. som Nr. 3660 til* reservavimus]. Et deinde, canonicatu et prebenda ecclesie Vibergensis, quos quidam Bergenus [*etc. som Nr. 3660 til* noscantur], nos, Albertum Glob clericum Vibergensis diocesis, qui Johannis regis Dacie secretarius existit, gratioso favore prosequi volentes, discretioni tue [*etc. som Nr. 3660 til* conferas]. Datum Rome 4. id. nov. anno 7.

V. XX. pridie non. martii anno 7. de Phano.
Reg. Lat. 1038 fol. 75.

3662. **10. Nov. 1498.**

Paven overdrager Kong Hans's Sekretær, Præsten Johan Cordes, Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Johanni Cordes canonico ecclesie Roskildensis. Vite ac morum honestas [etc.]. Dudum siquidem [*etc. som Nr. 3660 til* reservavimus]. Et deinde, canonicatu et prebenda ecclesie Roskildensis, quos Bergerius [*etc. som Nr. 3660 til* noscantur], nos tibi, cui etiam hodie de archidiaconatu ecclesie Roskildensis, qui inibi dignitas non tamen maior post pontificalem existit [fructus 4 mr.], pari modo vacante concessimus provideri, quique presbiter et Johannis regis Dacie secretarius existis, gratiam facere specialem volentes, canonicatum et prebendam predictos [fructus 4 mr.] tibi conferimus et de illis etiam providemus. Datum Rome 4. id. nov. anno 7.

Simili modo cantori Slesvicensis et Bernardo Sculteri canonico Lubicensis ecclesiarum ac officiali Roskildensi.

V. XII. X. pridie non. martii anno 7. de Phano.
Reg. Lat. 1038 fol. 77 v.

3663. **10. Nov. 1498.**

Paven overdrager Johan Cordes Ærkedegneembedet i Roskilde.

Johanni Cordes archidiacono ecclesie Roskildensis. Vite ac morum honestas [etc.]. Dudum siquidem [*etc. som Nr. 3660 til* reservavimus]. Et deinde, archidiaconatu ecclesie Roskildensis, quem Bergerius [*etc. som Nr. 3660 til* noscantur], nos, tibi, quocum [ɔ: cui] hodie de canonicatu et prebenda dicte ecclesie Roskildensis [fructus 4 mr.] pari modo vacantibus concessimus provideri, et qui presbiter [*etc. som Nr. 3662 til* specialem], archidiaconatum predictum, qui inibi dignitas non tamen maior post pontificalem existit, et ad quem consuevit quis per elec-

tionem assumi, cuique cura imminet animarum [fructus 4 mr.], tibi conferimus et de illa etiam providemus. Datum Rome 4. id. nov. anno 7.

Simili modo [*etc. som Nr. 3662*].

V. XIIII. XII. pridie non. martii anno 7. de Phano.
Reg. Lat. 1038 fol. 80.

3664. **12. Nov. 1498.**

Paven tilstaar Biskop Eggert Durkop, som tidligere havde faaet Ventebreve paa Kanonikater og Præbender i Hildesheim og Lübeck, Ventebrev paa Kanonikater og Præbender i Hamburg og Lübeck og Skatmesterembedet i Lübeck.

Egerdo episcopo Slesvicensi. Personam tuam [etc.]. Dudum siquidem, sub data videlicet kal. martii anno 4, motu proprio . . . . tibi, qui canonicatum et prebendam ecclesie Hildesemensis inter cetera obtinebas, unum alium Hildesemensis predicte et alium Lubicensis ecclesiarum canonicatus . . . contulimus et de illis etiam providimus, unam vero Hildesemensis et aliam Lubicensis predictarum prebendas ac dignitatem, personatum, administrationem vel officium alterius earundem ecclesiarum, ... si que vacabant tunc aut cum vacarent, quas infra certum tunc expressum terminum acceptares, conferendas tibi post acceptationem predictam donationi apostolice per alias nostras litteras reservavimus, executoribus tibi desuper deputatis, tecumque, ut una cum Slesvicensi, cui preeras, prout prees, ac quacunque alia cathedrali, etiam metropolitana, ecclesia, ad quam te forsan transferri contingeret, necnon quibusvis aliis beneficiis secularibus et ordinum quorumcunque regularibus, quecunque essent, que etiam ex quibuscunque dispensationibus apostolicis in titulum vel commendam obtinebas et imposterum obtineres, canonicatus et prebendas ac dignitatem [etc.] huiusmodi, si tibi vigore litterarum predictarum conferrentur, recipere et, quoad viveres, necnon cum eisdem omnibus obtentos canonicatum et prebendam dicte ecclesie Hildesemensis per sex menses post assecutionem pacificam alterius reservate prebende eiusdem ecclesie Hildesemensis retinere libere valeres, dispensavimus . . . . Cum autem tu litterarum earundem vigore certos canonicatum et prebendam ac, que inibi dignitas non tamen post pontificalem maior seu personatus, administratio vel officium existit, thesaurariam ecclesie Lubicensis tunc vacantes acceptaveris et de illis etiam provideri obtinueris ac eos assecutus fueris, nos tibi, qui locum unius ex palatii apostolici causarum auditoribus tenes,

. . . . de alicuius subventionis auxilio providere volentes, eodem motu alium dicte Lubicensis et b. Marie virginis opidi Hamburgensis Bremensis diocesis ecclesiarum alium canonicatus tibi conferentes et de illis etiam providentes ac litteras predictas ad infrascripta in ea, qua consumpte sunt, revalidantes et in alia partibus extendentes, volumus, quod dicte littere cum reservationis . . . . et executorum deputationis ac aliis omnibus in eis contentis clausulis . . . . et inde secuta quecunque ab eorum omnium datis valeant . . . . et tibi suffragentur in omnibus ad hoc, ut tu illarum ac presentium nostrarum litterarum vigore unam aliam Lubicensis ac unam b. Marie ecclesiarum predictarum prebendas necnon duas dignitates [etc.] aut taliter mixta duarum ex Hildesemensi, Lubicensi et b. Marie ecclesiis predictis . . . ., dummodo dignitates predicte in Hildesemensi vel Lubicensi post pontificales maiores aut in b. Marie ecclesiis predictis principalis non existant, infra terminum in eisdem prioribus nostris litteris expressum acceptare et per executores predictos vel ab eis pro tempore deputatos subexecutores prebendas tibi conferri et de illis provideri ac dignitates [etc.] huiusmodi tibi per te, quoad vixeris, etiam cum omnibus predictis ecclesiis et beneficiis . . ., que in titulum et commendam . . . obtines et . . obtinebis, quecunque sint, regendas, ita quod, debitis et consuetis dignitatum [etc.] predictarum supportatis oneribus, de residuis illorum fructibus disponere libere possis, sicuti illa in titulum pro tempore obtinentes de illis disponere potuerunt . . ., alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium et pretiosorum mobilium dignitatum [etc.] huiusmodi tibi penitus interdicta, auctoritate nostra commendari facere valeas, ipsique executores et subexecutores prebendas predictas tibi conferre et de illis providere ac dignitates [etc.] tibi commendare, ut prefertur, valeant, ac si canonicatum et prebendam necnon thesaurariam ecclesie Lubicensis huiusmodi minime acceptasses et de illis tibi provideri non obtinuisses nec illos assecutus fuisses et per priores nostras litteras predictas canonicatum eiusdem ecclesie b. Marie tibi contulissemus ac prebendam illius necnon, thesauraria predicta minime de cetero computata, duas dignitates [etc.] duarum ex Hildesemensi ac Lubicensi et b. Marie ecclesiis huiusmodi tibi, ut premittitur, respective conferendas et commendandas . . . reservassemus . . . . Et insuper tecum [dispensamus][1]), ut singulos

---

[1]) add. Gz.

canonicatus et prebendas ac dignitates [etc.], que tibi priorum et presentium nostrarum litterarum vigore conferentur et commendabuntur, recipere et salvo, quod sub singulis tectis plures quam unicos canonicatum et prebendam cum una dignitate [etc.] ultra sex menses, prout in prioribus litteris predictis quoad duos canonicatus et duas prebendas eiusdem ecclesie Hildesemensis voluimus, simul vigore presentium pacifice retinere non possis, sed infra dictos sex menses singulis, quos malueris, ex pluribus canonicatibus et prebendis, quos sub singulis tectis ecclesiarum predictarum pacifice assecutus fueris et jam[1]) ibidem obtines, cum unica dignitate [etc.] singularum ecclesiarum predictarum, postquam illos sic fueris pacifice assecutus, retentis alios canonicatus et prebendas, dignitates [etc.] sub eisdem tectis per te tunc obtenta pro aliis beneficiis . . . . sub eisdem tectis non existentia [ɔ: -tibus] permutare vel simpliciter dimittere tenearis, alioquin priores obtentos canonicatus et prebendas ac dignitates [etc.] sub ipsis singulis tectis consistentia dictis sex mensibus elapsis extunc vacare decernimus, cum omnibus ecclesiis et beneficiis predictis, quibus prees et preeris, ac que obtines et obtinebis, ut prefertur, quoad vixeris, retinere ac alia beneficia predicta ex causa permutationis huiusmodi, si tibi alias canonice conferantur . . . ., similiter recipere et, ut prefertur, retinere libere valeas. Datum Rome pridie id. nov. anno 7.

Gratis de mandato pape.
Indulgentiarum 4 fol. 146 v.

3665. **3. Dec. 1498.**

Optegnelse om, at Konsistorium har udnævnt Kong Hans's Kansler, Klerken Niels Friis i Børglum, til Biskop i Viborg og givet Ærkedegnen i Aarhus Laurens Vesteni Krejbjerggaard og Provstiet i Sallingsyssel som Pension.

Rome in die lune 3. dec. 1498 fuit consistorium, et expedita fuerunt infrascripta.

Referente domino Capuano providit vel confirmavit, prout in ultima expeditione fuit factum, electionem factam a capitulo de ecclesia Vibergensi in provincia Jutie in regno Dacie sub archiepiscopatu Lundensi, vacante extra Romanam curiam per obitum Nicolai Glor, et de ea providit in titulum Nicholao Frijs clerico Burglanensi, magistro in artibus et regis

[1]) Gz. — Cod. etiam

Dacie cancellario, reservatis tamen Laurentio Westeni archidiacono ecclesie Arusiensis possessionibus de Kreyberghgard et Saluigsosill loco annue pensionis. Sanctissimus dominus noster mandavit mihi, ut expedirem omnia prout in cedula domini Capuani.

Redditus fl. 350. — Taxa fl. 33 1/3.

Arch. Consist. Acta Misc. 44 fol. 10 v og (meget kortere) i Bibl. Barberini XXXVII, 1 fol. 17.

Vibergensis. Laurentius Vestem. Reservatio nonnullarum possessionum ad mensam episcopalem Vibergensem pertinentium.

Uddrag i Indice 341 og (lignende) hos Garampi efter Reg. Lat. Alexandri VI anno 7 lib. 2 (tabt) fol. 184.

3666. **3. Dec. 1498.**

Paven udnævner Niels Friis til Biskop i Viborg.

Nicolao Friis electo Vibergensi. Apostolatus officium [etc.]. Dudum siquidem, Nicolao episcopo Vibergensi regimini ecclesie Vibergensis presidente, nos . . . . provisionem ipsius ecclesie dispositioni nostre duximus ea vice specialiter reservandam. Et deinde, prefata ecclesia per obitum dicti Nicolai episcopi pastoris regimine destituta, nos . . . . ad te, in artibus magistrum et de nobili, etiam militari, genere ex utroque parente procreatum et in subdiaconatus ordine constitutum ac Johannis Dacie regis cancellarium, quem capitulum eiusdem ecclesie in eorum et dicte ecclesie episcopum concorditer, quamvis de facto, elegerunt, quique electioni huiusmodi, illius tibi presentato decreto, consentiens, regiminis ac bonorum dicte ecclesie possessioni vel quasi te ingessisti, etiam de facto, fructus ex bonis mense episcopalis Vibergensis percipiendo, bona tamen fide, direximus oculos nostre mentis [ac] de persona tua dicte ecclesie providemus. Datum Rome 3. non. dec. anno 7.

Simili modo Capitulo Vibergensi.
Clero civitatis et diocesis Vibergensis.
Populo — - — —
Universis vassallis ecclesie —
Archiepiscopo Lundensi.
Johanni Dacie regi.

V. XX. X. X. X. X. X. X. de Phano.
Reg. Lat. 1094 fol. 263.

3667. **3. Dec. 1498.**

Paven giver den ny udnævnte Biskop Niels Friis i Viborg Absolution for de Kirkestraffe, han forud maatte være ifaldet.

Nicolao Friis clerico Burglanensis diocesis. Apostolice sedis circumspecta benignitas [etc.]. Cum itaque nos hodie de persona tua . . . . ecclesie Vibergensi providere . . . . intendamus, nos, ne provisio [*etc. som Nr. 2972*]. Datum Rome 3. non. dec. anno 7.

V. XX. de Phano.
Reg. Lat. 1094 fol. 266 v.

3668. **3. Dec. 1498.**

Laurens Vesteni faar Ærkedegneembedet og Kanonikat og Præbende i Ribe samt et Provsti i Børglum Stift.

Cum archidiaconatus ecclesie Ripensis, qui inibi dignitas post pontificalem maior existit, ac canonicatus et prebenda in eadem necnon prepositura ruralis secularis Burglanensis diocesis, quos Nicolaus Fris . . . obtinet, per promotionem dicti Nicolai ad ecclesiam Vibergensem auctoritate apostolica fiendam seu munus consecrationis sibi impendendum in brevi vacare sperentur, supplicat Laurentius Vesteni clericus Arusiensis diocesis, quatenus sibi de archidiaconatu et canonicatu predictis [fructus 8 mr.] exnunc, prout extunc, providere dignemini. Fiat. R. Et cum derogatione juris patronatus laicorum, quatenus de illo fuerit. Datum Rome 3. non. dec. anno 7.

Suppl. 1074 fol. 151.

3669. **4. Dec. 1498.**

Paven giver den udvalgte Biskop Niels Friis i Viborg Tilladelse til at lade sig indvie af en hvilkensomhelst Biskop.

Nicolao electo Vibergensi. Cum nos pridem [*etc. som Nr. 861*]. Datum Rome pridie non. dec. anno 7.

V. XXVIII. de Phano.
Reg. Lat. 1094 fol. 265 v.

3670. **4. Dec. 1498.**

Klerken Niels Hvid fra Børglum Stift faar Sognekirken i Visby, som den tidligere Indehaver, Peder Nielsen, havde forbrudt.

Cum quidam Petrus Nicolai, olim parrochialem ecclesiam in Wyssibey Burglanensis diocesis obtinens, de nonnullis excessibus, criminibus et delictis gravibus inferratus fuisset, ordinarius loci auctoritate sua ordinaria contra dictum Petrum Nicolai super excessibus, criminibus et delictis huiusmodi pro-

cedens et eum propter crimina, excessus et delicta ipsa privandum inveniens eundem dicta parrochiali ecclesia privavit et ipsum ab ea amovit, de qua sic vacante Nicolaus Hwydt clericus dicte diocesis eadem auctoritate ordinaria provisus extitit, possessione subsecuta. Dubitat tamen provisionem et assecutionem possessionis huiusmodi ac alia premissa omnia viribus subsistere; supplicat igitur, quatenus sibi de dicta parrochiali ecclesia [fructus 4 mr.] per viam nove provisionis providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Et cum expressione, quod sententia privationis in rem transivit judicatam. Datum Rome pridie non. dec. anno 7.

Suppl. 1066 fol. 92 = 192.

3671. **5. Dec. 1498.**

Kong Hans's Sekretær, Klerken Jesper Andersen fra Viborg Stift faar Ærkedegneembedet i Viborg.

Supplicat Jasperus Andree clericus Vibergensis diocesis, Johannis Dacie regis secretarius, quatenus sibi de archidiaconatu ecclesie Ripensis, qui inibi dignitas post pontificalem maior et ex privilegio apostolico, cui hactenus in aliquo non est derogatum, de jure patronatus regis Dacie pro tempore existentis existit [fructus 4 mr.], per resignationem Nicolai Frijs de illo, quem tunc obtinebat, in illius loci ordinarii manibus sponte factam et per ipsum ordinarium admissam vacante, de ipsius Johannis regis consensu providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome non. dec. anno 7.

Suppl. 1068 fol. 182 v.

3672. **7. Dec. 1498.**

Klerken Henricus de Erwide fra Køln faar Fristen for at stævne sine Medbejlere til Kanonikat og Præbende i Slesvig og Provstiet i Ejdersted forlænget med 3 Maaneder; hans Ansøgning gjaldt 6 Maaneders Forlængelse.

Alias canonicatu et prebenda ecclesie Slesvicensis et prepositura rurali in Eyderstede, que in eadem ecclesia dignitas vel officium existit, per obitum Cristiani Leuen vacantibus, s. v. de illis Henrico de Eruite clerico Coloniensis diocesis providit; et deinde, quia quidam Henricus Minden et Benedictus de Anneuelte in dictos canonicatum et prebendam ac preposituram se respective intruserant, prout sunt intrusi de presenti, eidem oratori, qui certis bonis causis ipsos intrusos ad judicium tra-

here non poterat neque de bono suo jure experiri, terminum sive regulam de triennali possessore non molestando ad novem menses successive per duas supplicationes s. v., quarum solas signaturas valere voluit . . ., prorogavit. Cum autem finis ultime prorogationis instet, et dictus orator infra huiusmodi prorogationem litteras suas super dicta provisione expediri et dictos intrusos ad judicium evocari facere et de bonis juribus suis experiri posse non confidit, unde dubitat dictam regulam de triennali sibi nocere posset [ɔ: -se], ne igitur suis bonis juribus propter dictam regulam frustrari possit, recurrit ad s. v., quatenus . . . . sibi dictum terminum sive tempus, in quo adhuc existit, ad alios sex menses a fine dicte ultime prorogationis computandos, ita quod illis durantibus dicta regula de triennali sibi nocere non possit, quin potius dictas suas litteras expedire et intrusos ipsos ad judicium evocari facere et [de] dictis juribus suis experiri libere possit, prorogare dignemini. Concessum ad tres menses in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Datum Rome 7. id. dec. anno 7.

Suppl. 1082 fol. 146 v.

3673. **11. Dec. 1498.**

Optegnelse om, at Niels Friis betaler Servispenge for Bispestolen i Viborg til det pavelige Kammer.

[1498] Die 11. dicti [mensis dec.] habuit [prefatus thesaurarius] fl. 15 auri de camera bol. 4 a Nicolao Flix (!) pro communi pape ecclesie Vibergensis per manus de Fucheris . . . fl. 19, 46.

Introitus et Exitus 531 fol. 28.

3674. **12. Dec. 1498.**

Niels Friis lover at betale Servispenge til det pavelige Kammer og Kardinalkollegiet.

Die 12. [mensis] dec. 1498 Leander de Polagallis nomine Nicolai electi Vibergensis obtulit camere apostolice et sacro collegio cardinalium pro communi servitio dicte ecclesie ratione provisionis de persona dicti Nicolai electi per bullas sub data pridie non. dec. anno 7 eidem ecclesie auctoritate apostolica facte fl. auri de camera 33 cum uno tertio, ad quos dicta ecclesia in libris camere apostolice taxata reperitur, et quinque minuta servitia consueta. Eorundem autem communis et minutorum servitiorum medietatem infra sex menses, aliam vero medietatem

infra alios sex menses extunc sequentes solvere promisit, submisit et juravit etc. Et Ventura clericus tulit sententias in camera apostolica.

Oblig. 1498—1502 fol. 16 (Archivio di Stato).

Pridie non. dec. anno 7 Nicolaus fit episcopus Vibergensis; obtulit fl. $33^1/_3$ *12. dec. 1498.*

Uddrag af Garampi efter S. C. 8 fol. 137 og Obl. C. A. fol. 16 (tabte).

3675. **28. Jan. 1499.**

Optegnelse om, at Laurens Vesteni ikke skal betale Annater af de Indtægter, der var reserverede ham af Viborg Bispeembede, da den udvalgte Biskop Niels (Friis) havde betalt disse.

[1499] Die dicta [ɔ: 28. mensis jan.] unum par bullarum pro Laurentio Vesteni archidiacono ecclesie Arusiensis reservationis possessionum ad mensam episcopalem Vibergensem pertinentes [ɔ: -tium] usque ad valorem tertie partis fructuum dicte ecclesie Vibergensis sub data Rome 3. non., videlicet pridie non., dec. anno 7. Restituta de mandato Octauiani, quia Nicolaus electus Vibergensis solvit omnia jura dicte ecclesie sub eadem data.

Annate 1498—99 fol. 262 (Archivio di Stato).

3676. **30. Jan. 1499.**

Klerken Johannes Sander fra Mainz Stift faar et evigt Vikariat i Pløen, hvortil Hertugen af Holsten har Patronatsret.

Cum vicaria perpetua sive beneficium quoddam ad altare N. situatum in capella castri Plen Lubicensis diocesis, quod alias quondam Otto Hestenbergh obtinebat, et quod de jure patronatus ducis Holsatie pro tempore existentis existit, vacet . . ., supplicat igitur Johannes Sander clericus Maguntine diocesis, quatenus sibi de dicta vicaria sive beneficio [fructus 2 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Et quod titulus sive invocatio altaris exprimi possit . . . Datum Ostie 3. kal. febr. anno 7.

Suppl. 1073 fol. 148 v.

3677. **1. Febr. 1499.**

Præsten Eggert Hayinck fra Slesvig Stift faar Bekræftelse paa Kanonikat og Præbende i Haderslev.

Alias canonicatu et prebenda ecclesie collegiate in Hadersleue Slesvicensis diocesis per obitum magistri Magni Olaui vacantibus, illos Eggardus Hayinck presbiter dicte diocesis gratie

expectative sibi per s. v. gratiose concesse processuumque inde secutorum vigore acceptavit et sibi de illis provideri obtinuit possessione forsan subsecuta. Dubitat tamen acceptationem et provisionem ac possessionem huiusmodi cum aliis inde secutis omnibus viribus subsistere illosque adhuc vacare. Supplicat igitur, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] per viam nove † provisionis providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome kal. febr. anno 7.

Suppl. 1070 fol. 97 v.

3678. **2. Febr. 1499.**

Paven befaler Officialen i Ribe at overdrage Kong Hans's Sekretær, Klerken Jesper Andersen fra Viborg Stift, Ærkedegneembedet i Ribe.

Officiali Ripensi. Dignum etc. Cum itaque Nicolaus Friis clericus Ripensis archidiaconatum ecclesie Ripensis, qui inibi dignitas maior post pontificalem et ex privilegio apostolico, cui hactenus in aliquo non est derogatum, de jure patronatus regis Dacie existentis existit et quem tunc obtinebat, in manibus [loci ordinarii sponte resignaverit, nos, Jasperum Andree clericum Vibergensis diocesis, qui] Johannis Dacie regis secretarius existit, gratioso favore prosequi volentes, . . . discretioni tue mandamus, quatenus, si et postquam de resignatione huiusmodi tibi legitime constiterit, illam auctoritate nostra hac vice dumtaxat recipias illaque per te recepta, si per diligentem examinationem eundem Jasperum ad hoc idoneum esse repereris, archidiaconatum predictum [fructus 4 mr.] eidem Jaspero auctoritate nostra conferas. Datum Rome 4. non. febr. anno 7.

F. XXX. 9. kal. martii anno 7. Sanctorius.
Reg. Lat. 1048 fol. 169 v.
Ogsaa Supplik (Fiat. R.) i Suppl. 1070 fol. 264 v[1]).

[1]) med følgende Tilføjelse: Et si dictus Johannes rex eundem Jasparum per suas patentes litteras vel alia legitima documenta, de quibus fides fiet in cancellaria s. v., presentavit, exprimi possit in litteris. Et si ipse Nicolaus fuisset promotus ad aliquam ecclesiam cathedralem, et resignatio huiusmodi intra illius vacationis et promotionis [tempora] vel post eius electionem seu postulationem per capitulum ecclesie, ad quam promotus postea fuit ipsa facta fuisset, exprimi et littere, quatenus expediat, cum derogatione regule s. v., qua cavetur, quod collationes et provisiones de beneficiis per promovendos ad quascunque prelaturas inter illarum vacationis et promotionis tempora resignatis pro tempore facte nulle sint, attento, quod est de jure patronatus dicti Johannis regis et jam promotio ipsius Nicolai facta existit, expediri possint. Datum Rome 4. non. febr. anno 7.

3679. **16. Febr. 1499.**

Kong Hans's Kansler Erik Valkendorf faar Bevillingen paa Provstiet i Børglum (Nr. 3650) udstedt i en ændret Form, gældende for 2 Aar.

Reformatio Erici Malendorp (!).

Cum ipse Ericus regis Dacie cancellarius existat, et ipsius prepositure fructus, prout in ipsa supplicatione exprimitur, 24 fl. auri de camera non excedant, et ipse orator in presenti tam propter assistentiam, quam cum dicto rege quasi continue habere eum opportet (!), et ex certis aliis causis non possit cum animi sui quiete ordinem Premonstratensem, cuius est ecclesia Burglanensis, profiteri, dignetur igitur s. v. litteras apostolicas super preinserta supplicatione conficiendas de commenda dicte prepositure ad quinquennium, ita quod liceat sibi de illius fructibus disponere, et deinde in titulum, alias juxta eiusdem supplicationis tenorem, expediri mandare. Fiat ad biennium. R. Datum Rome 14. kal. martii anno 7.

Suppl. 1070 fol. 200.

3680. **16. Febr. 1499.**

Kong Hans faar tilstaaet Aflad til dem, der paa bestemte Dage besøger et af ham stiftet Alter i Roskilde Domkirke.

Cum Johannes rex Dacie unum altare in quadam capella sita in ecclesia Roskildensi construi et ad ipsum altare unam perpetuam vicariam fundari fecerit cupiatque, ut ipsum altare frequentius devotionis causa visitetur et ipsi Christi fideles ad illud devotionis causa libentius confluant, . . . aliquas indulgentias et remissiones eisdem Christi fidelibus concedi, supplicat dictus rex, quatenus omnibus Christi fidelibus vere penitentibus et confessis, qui prefatum altare in quatuor festivitatibus in litteris exprimendis a primis vesperis usque ad secundas vesperas inclusive festivitatum earundem devote visitaverint, decem annos et totidem quadragenas pro qualibet dictarum festivitatum de injunctis eis penitentiis relaxare dignemini. Fiat. R. Et quod indulgentie perpetuo dure[nt]. Datum Rome 14. kal. martii anno 7.

Suppl. 1070 fol. 311 v.

3681. **19. Febr. 1499.**

Klerken Godske Ahlefeld fra Slesvig Stift, som studerer i Bologna, faar Fristen til at offentliggøre Provisionsbrevet paa Sognekirken i Ulsby i Slesvig Stift forlænget med 3 Maaneder.

Alias parrochiali ecclesia in Olbao Slesvicensis diocesis per obitum Magni Alani vacante, Gotscalcus de Anefelt clericus dicte

diocesis illam virtute gratie sue expectative per s. v. sibi concesse et processuum desuper decretorum infra tempus debitum acceptavit et sibi de illa provideri obtinuit, possessione non subsecuta. Verum quia idem orator acceptationem et provisionem huiusmodi infra tres menses in loco beneficii predicti seu audientia publica[1]) litterarum contradictarum in Romana curia hactenus non publicaverit (!) neque infra idem tempus publicari facere posse dubitat, prout juxta quandam s. v. constitutionem seu cancellarie regulam de publicandis acceptationibus et provisionibus huiusmodi per e. s. v. editam tenetur, ne igitur orator, qui extra diocesim Slesvicensem in studio Bononiensi litterarum studio [insistendo] existit, propter non publicationem huiusmodi seu regulam cancellarie predictam ac lapsum terminum trium mensium eorundem a bono suo jure cadat, supplicat idem Gotscalcus, de nobili militari genere ex utroque parente procreatus, quatenus tempus trimestre huiusmodi de publicandis, quod nundum (!) plene est lapsum et infra quod existit ac cuius finis in brevi instare dinoscitur, ab illius fine inantea computandum ad alios tres menses prorogare ipsique oratori, ut infra tempus prorogatum huiusmodi aut, si magis placeat, eidem Gotscalco, qui a Romana curia absens existit, ut infra dictum primum trimestre, infra quod, ut antefertur, adhuc existit, in Romana curia et audientia publica litterarum contradictarum etc. per procuratorem suum assertum acceptationem et provisionem huiusmodi publicari et intimari facere, ac si presens in Romana curia esset, possit, respective concedere, quodque publicatio [ɔ: -tiones] huiusmodi infra tempus prorogatum huiusmodi seu infra primum trimestre huiusmodi etc. per assertum suum procuratorem facte seu faciende valeant et oratori suffragentur in omnibus, perinde ac si presens in Romana curia personaliter infra tempus primi trimestris per se ipsum aut eius legitimum procuratorem et alias infra tempus debitum legitime facte fuissent, decernere dignemini, regula cancellarie, cui, illa alias in suo robore permansura, hac vice dumtaxat derogare placeat, non obstante. Concessum de prorogatione in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Datum Rome 11. kal. martii anno 7.

Suppl. 1071 fol. 71.

---

[1]) Cod. publicata

3682. **20. Febr. 1499.**

Johan Cordes faar ny Provision paa Ærkedegneembedet i Roskilde, trods en tidligere urigtig Opgivelse af Indtægten.

Dudum archidiaconatu ecclesie Roskildensis, quem Bergerius electus Lundensis tempore promotionis per s. v. facte de persona sua ad ecclesiam Lundensem obtinebat, ex eo, quod s. v. archidiaconatum ipsum per promotionem huiusmodi vacavisse decreverat, vacante, s. v. archidiaconatum predictum antea dispositioni apostolice reservatum Johanni Cordes dicte ecclesie archidiacono contulit et providit etiam de eodem, prout in litteris, in quibus, quod fructus dicti archidiaconatus 4 mr. non excedebant, expressum fuit, plenius continetur. Cum autem a nonnullis asseritur fructus huiusmodi provisum [ɔ: predictum] valorem excedere, licet valorem 8 mr. non excedunt, et propterea dubitet dictus orator litteras apostolicas de surreptionis vitio notari posse tempore procedente, supplicat, quatenus sibi, quod littere ac collatio et provisio predicte et processus habiti seu habendi per easdem et quecunque inde secuta a data presentium valeant plenamque roboris firmitatem obtineant et sibi suffragentur in omnibus, perinde ac si in eisdem litteris, quod fructus huiusmodi 8 mr. non excedebant, expressum fuisset, concedere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 10. kal. martii anno 7.

Suppl. 1071 fol. 214.

3683. **25. Febr. 1499.**

Biskop Eggert Durkop i Slesvig faar Bekræftelse paa Kanonikater og større Præbender i Lübeck, Hamburg og Hildesheim.

Canonicatibus et prebendis maioribus Lubicensis et b. Marie Hamburgensis Bremensis diocesis ac Hildesemensis ecclesiarum per obitum Hardewici de Bulow vacantibus, Egerdus episcopus Slesvicensis dictos canonicatus et prebendas in vim gratie sue expectative per s. v. eidem concesse cum processu desuper fulminato acceptavit et sibi desuper provideri obtinuit. Verum dubitat acceptationem et provisionem predictas et inde secuta viribus forsan non subsistere, sed eosdem adhuc vacare. Supplicat igitur, quatenus sibi, ut se comodius sustentare valeat, de alicuius subventionis auxilio providere † ac, quatenus gratificationi locus existat, gratificando, de canonicatibus et prebendis predictis [cuiuslibet fructus 4 mr.] eidem Egerdo † in forma nove † provisionis si neutri [etc.] providere dignemini. Conces-

sum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Datum Rome 5. kal. martii anno 7.

Suppl. 1077 fol. 237.

3684. **3. Marts 1499.**

Pavens familiaris continuus commensalis. Klerken Vicco de Lancken fra Roskilde Stift faar under sin Fraværelse fra Kurien Tilladelse til dog at nyde Kurialernes Privilegier.

Cum Vicco de Lancken clerico [ɔ: -cus] Roskildensis diocesis, de nobili genere ex utroque parente procreatus, familiaris noster continuus commensalis, a Romana curia se absentare et ad partes Germanie se conferre de proximo habeat, et propterea ab aliquibus nimium curiosis hesitari possit, an ipse Vicco sua absentia durante omnibus privilegiis . . . ., quibus alii nostri familiares continui commensales obsequiis nostris insistentes et in Romana curia presentes gaudent, gaudere possit, nos ad huiusmodi dubium solvendum motu proprio et ex certa scientia prefatum Vicconem ad annum a data presentis huiusmodi supplicationis[1]) computandum extra Romanam curiam et in partibus suis insistendo familiarem nostrum continuum commensalem esse ac in assecutione quorumcunque beneficiorum, que vigore gratie sue expectative per nos sibi gratiose concesse duxerit acceptanda, per se vel procuratorem suum in Romana curia ad hoc constitutum, omnibus privilegiis . . . ., quibus alii familiares nostri continui commensales, actu obsequiis nostris insistentes, gaudent seu gaudere poterunt quomodolibet in futurum, gaudere possit [ɔ: posse], ac quascunque acceptationes, provisiones, publicationes, insinuationes per eosdem procuratores dicta sua absentia durante semper[2]) valuisse et valere, perinde ac si actu et immediate juxta formam constitutionum nostrarum per ipsum facte fuissent, sibi concedimus et sic per quoscunque sacri palatii apostolici auditores eorumque locatenentes judices et commissarios etiam s. Romane ecclesie cardinales, in quibusvis causis sive instantiis sententiarum diffiniri, decerni, declarari et interpretari debere sublata eis aliter judicandi et interpretandi facultate. Concessum motu proprio in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Datum Rome 5. non. martii anno 7.

Suppl. 1071 fol. 275 v.

---

[1]) Cod. a data p. h. ad annum supplicationis [2]) Cod. semper cum valuisse

3685. **6. Marts 1499.**

Paven giver Kantoren Didrik Tetens i Slesvig Fritagelse for at residere ved Embedet.

Theoderico Tetens cantori ecclesie Slesvicensis. Vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos, . . . tuis in hac parte supplicationibus inclinati, tibi, quod in Romana curia vel altero beneficiorum tuorum nunc et per te pro tempore obtentorum residendo vel litterarum studio in loco, ubi illud vigeat generale, insistendo omnes fructus cantorie ecclesie Slesvicensis, que inibi dignitas non tamen maior post pontificalem existit, cuique cura imminet animarum, et ad quam consueverit quis per electionem assumi, et quam obtines, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, quoad vixeris, libere percipere valeas et ad residendum interim in eadem minime tenearis, tenore presentium indulgemus, non obstantibus, si in eadem ecclesia primam non feceris residentiam personalem consuetam, et litteris Innocentii pape VIII, quibus inter alia caveri dicitur expresse, quod eandem cantoriam pro tempore obtinens apud dictam ecclesiam personaliter residere teneatur, quibus, illis alias in robore permansuris, hac vice dumtaxat expresse derogamus. Datum Rome pridie non. martii anno 7.

Simili modo s. Georgii Stadensis et s. Johannis Luneburgensis Bremensis et Verdensis diocesium prepositis ac decano Lubicensis ecclesiarum.

F. XIII. XI. Sanctorum.
Reg. Lat. 1033 fol. 311 v.

3686. **19. Marts 1499.**

Paven befaler Provsten i Aarhus at overdrage Roskildekanniken Erik Valkendorf Provstiet i Børglum, hvortil han var præsenteret af Kongen; hvis han ikke inden 4 Aar er gaaet ind i Præmonstratenserordenen, skal han dog opgive Provstiet.

Preposito Arusiensis ecclesie. Apostolice sedis providentia circumspecta [etc.]. Cum itaque preposituram [ɔ: -ra] ecclesie Burglanensis Premonstratensis ordinis, que de jure patronatus regis Dacie pro tempore existentis ex privilegio apostolico existit, ad presens vacare noscatur, et Ericus Walkendorpp canonicus Roskildensis cupiat unacum capitulo dicte ecclesie sub regulari habitu virtutum domino famulari, nos, cupientes eundem Ericum, qui canonicatum et prebendam ecclesie Roskildensis inter cetera obtines [ɔ: -net] et, alias ad dictam preposituram per Jo-

hannem regem Dacie nominatus, nominationis huiusmodi pretextu dicte preposit ure possessionem apprehendens, illam per certum tempus detinuit, prout detinet, quamvis de facto, nullos tamen fructus percipiens ex eadem, in dicto suo laudabili proposito confovere eumque, quem eidem regi quasi continuus [ɔ: -e] assistere oportet, favore prosequi gratioso volentes, discretioni tue mandamus, quatenus preposituram predictam, que in dicta ecclesia Burglanensi dignitas maior post pontificalem existit [fructus 24 fl. auri de camera], eidem Erico per eum usque ad quatuor annos dumtaxat regendam, ita quod, debitis et consuetis ipsius preposit ure supportatis oneribus, liceat sibi de residuis illius fructibus disponere, sicuti illam pro tempore obtinentes de illis disponere potuerunt seu etiam debuerunt, alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium et pretiosorum mobilium ipsius preposit ure sibi penitus interdicta, commendare et deinde, vel etiam ante, eundem Ericum, si sit idoneus et aliud canonicum non obsistat, in canonicum et in fratrem dicte ecclesie Burglanensis recipere sibique juxta ipsius ecclesie Burglanensis consuetudinem regularem habitum exhibere ac eum inibi sincera in domino caritate tractari facere necnon ab eo regularem professionem, per canonicos ipsius ecclesie Burglanensis emitti solitam, si illam in tuis manibus emittere voluerit, recipere eaque per te recepta, si per diligentem examinationem eundem Ericum ad hoc idoneum esse reppereris, preposituram ipsam sibi conferre auctoritate nostra procures . . . Volumus autem dicta durante commenda . . ., quod dictus Ericus infra quatuor annos predictos habitum suscipere et professionem huiusmodi emittere et, quamprimum in canonicum dicte ecclesie Burglanensis receptus fuerit et professionem emiserit aut habitum huiusmodi susceperit et per triduum gestaverit professorum, seu etiam ante, si constiterit ipsum absolute vitam mutare voluisse, canonicatum et prebendam ac omnia alia beneficia huiusmodi, que obtinet, ac in quibus jus sibi quomodolibet competit, si illa interim assequatur, et que extunc vacare decernimus, dimittere, alioquin juri huiusmodi cedere teneatur. Datum Rome 14. kal. aprilis anno 7.

V. XXXX. 10. kal. junii anno 7. de Phano.
Reg. Lat. 1045 fol. 191.

3687. 9. April 1499.

Lægmanden Boje Tetens og hans Hustru Margrete fra Slesvig Stift og Lægmanden Bernhard Hansen og hans Hustru Jutta fra Lübeck faar Lov til

at vælge en Skriftefader, som kan give dem Plenaraflad een Gang foruden i Dødsøjeblikket.

Supplicat Boetius Thetenssen et Margarita eius uxor, Bernhardus Hanssen [et] Jutta illius uxor, laici Slesvicensis diocesis et Lubicensis civitatis, quatenus ipsis, quod quicunque confessor idoneus, presbiter secularis vel cuiusvis ordinis regularis, quem duxerint eligendum, eorum confessionibus diligenter auditis eos et eas ab omnibus peccatis . . et delictis totiens quotiens absolvere et penitentiam salutarem injungere et semel in vita et semel in mortis articulo plenariam indulgentiam imponere libere possit, prout in forma cancellarie confessionalis perpetui etc., concedere dignemini. Concessum in presentia pape. A. card. s. Praxedis. . . . Et quoad casus reservatos ad plenariam remissionem post annum jubilei . . . Datum Rome 5. id. aprilis anno 7.

Suppl. 1074 fol. 66.

Slesvicensis. Boija Teteris. Indultum eligendi confessorem.

Uddrag i Indice 339 efter Reg. Lat. Alex. VI anno 2 lib. 21 (tabt) fol. 214.

Slesvicensis. Horneka Vander. Indultum eligendi confessorem.

Uddrag i Indice 339 efter Reg. Lat. Alex. VI anno 2 lib. 21 (tabt) fol. 214.

3688. 13. (20.) April 1499.

Kong Hans's Sekretær, Klerken Jens Tinhus fra Roskilde Stift, faar Ærkedegneembedet i Aarhus.

Alias archidiaconatu ecclesie Arusiensis, qui inibi dignitas maior post pontificalem ac curata et alias electiva existit, per liberam resignationem Johannis Jacobi vacante, Johannes Dacie etc. rex modernus, ad quem jus presentandi sive nominandi personam idoneam ad dictum archidiaconatum, dum pro tempore vacat, ex concessione sedis apostolice noscitur pertinere, huiusmodi concessionis pretextu ac juxta illius tenorem Johannem Tegenthusen[1]) clericum Roskildensis diocesis, de nobili genere ex utroque parente procreatum, secretarium suum, per s. v. ad ipsum instituendum et sibi de eodem providendum per litteras suas regias presentavit, prout presentat etiam de presenti. Supplicant igitur tam rex quam Johannes orator predicti, quatenus ipsi oratori de dicto archidiaconatu [fructus 5 mr.] per viam nove aut simplicis provisionis providere ac eum instituere dig-

[1]) H: Tegenhusen

nemini. Concessum in presentia pape. A. car. s. Praxedis[1]). Datum Rome id. aprilis anno 7[2]).

Suppl. 1073 fol. 250 v; ogsaa (II) 1074 fol. 152 v.

Arusiensis. Joseph Togenthusen. Archidiaconatus per resignationem.

Uddrag i Indice 341 efter Reg. Lat. Alex. VI anno 7 lib. 19 (tabt) fol. 229.

3689. 15. April 1499.

Klerken Johan Hertenbreker fra Slesvig Stift faar Sognekirkerne i Gram og Nustrup i Ribe (nu Slesvig) Stift.

Alias parrochialibus ecclesiis in Gram et Nustorp Ripensis diocesis per resignationem Iuari Munke vacantibus, Johannes Hertembrenker clericus Slesvicensis diocesis de illis ordinaria auctoritate sibi obtinuit provideri, possessione subsecuta. Cum autem dubitet collationem et provisionem predictas viribus non subsistere, supplicat, quatenus sibi de dictis parrochialibus ecclesiis [fructus 6 mr.] in forma nove aut simplicis provisionis aut gratie si neutri [etc.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. car. Alexandrinus. Datum Rome 17. kal. maji anno 7.

Suppl. 1073 fol. 263.

3690. 17. April 1499.

Optegnelse om, at Paven udnævner Iver (Munk) til Biskop i Ribe og reserverer en Pension for hans Forgænger, Hartvig (Juel).

Die et consistorio predictis [mercurii 17. aprilis 1499] [s. d. n.] ad relationem domini cardinalis Capuani admisit resignationem ecclesie Ripensis in Dacia per Artuicum illius episcopum in manibus sue sanctitatis sponte factam et illi de persona Iuari providit, assignata pensione duc. 50 pro resignante.

Arch. Consist.: Acta Camerarii I fol. 73 v.

1499 17. aprilis Ivarus fit episcopus Ripensis ecclesie in Dacia per resignationem illius episcopi, cui assignatur pensio 50 ducatorum.

Uddrag af Garampi efter Prov. S. C. fol. 143 v (tabt).

Pro Artuico nuper episcopo Ripensi reservatio tertie partis fructuum mense episcopalis Ripensis.

Uddrag af Garampi og (lignende) i Indice 341 efter Reg. Lat. Alex. VI anno 7 lib. 2 fol. 265 (tabt).

[1]) II: Fiat. R. [2]) II: 12. kal. maji anno 7.

3691. **17. April 1499.**

Paven udnævner Iver Munk til Biskop i Ribe.

Iwaro electo Ripensi. Apostolatus officium [etc.]. Dudum siquidem provisiones ecclesiarum omnium apud sedem apostolicam vacantium dispositioni nostre reservavimus . . . Postmodum vero, ecclesia Ripensi ex eo, quod Artuicus episcopus nuper Ripensis regimini dicte ecclesie . . in manibus nostris sponte cessit, nosque cessionem huiusmodi duximus admittendam, pastoris solatio destituta, nos . . . . [*som Nr. 873*] ad te dicte ecclesie canonicum, de nobili genere ex utroque parente procreatum, bachalareum in decretis et in sacerdotio constitutum, . . . direximus oculos nostre mentis [ac] de persona tua . . eidem ecclesie providemus. Datum Rome 15. kal. maji anno 7.

Simili modo Capitulo ecclesie Ripensis.
Clero civitatis et diocesis Ripensis.
Populo — - — —
Universis vasallis ecclesie —
Archiepiscopo Lundensi.
Johanni Dacie regi.

V. XX. X. X. X. X. X. X. de Phano.
Reg. Lat. 1092 fol. 235.

3692. **17. April 1499.**

Paven giver Ribekanniken Iver Munk Absolution for Kirkestraffe, han maatte have paadraget sig, for at han kan overtage Ribe Bispestol.

Iwaro Munck canonico Ripensi. Apostolice sedis consueta clementia [etc.]. Cum itaque nos hodie ecclesie Ripensi . . de persona tua . . providere . . intendamus [*etc. som Nr. 2972*]. Datum Rome 15. kal. maji anno 7.

V. XX. de Phano.
Reg. Lat. 1092 fol. 237.

3693. **19. April 1499.**

Paven giver den udvalgte Biskop i Ribe Iver Munk Lov til at lade sig indvie af en hvilkensomhelst Biskop.

Iwaro electo Ripensi. Cum nos pridem [*som Nr. 861*]. Datum Rome 13. kal. maji anno 7.

V. XXVIII. de Phano.
Reg. Lat. 1092 fol. 236 v.

20. April 1499.

Supplik se Nr. 3688.

3694. **20. April 1499.**

Sognepræsten Peder Esgersen i Lem i Ribe Stift faar Lov til med sin Sognekirke at forene eet ellers dermed uforeneligt og to ellers dermed forenelige Embeder.

Supplicat Petrus Esperi (!) rector parrochialis ecclesie s. Vincentii in Lembet Ripensis diocesis, quatenus secum, ut una cum dicta ecclesia unum et sine illis duo alia quecunque beneficia curata seu alias invicem incompatibilia necnon quecunque duo alia dissimilia vel similia simplicia sub uno et [eodem] tecto dumtaxat consistentia, alias invicem et cum predictis incompatibilibus beneficiis compatientia, beneficia . . ., si sibi alias canonice conferantur, recipere et insimul, quoad vixerit, cum clausula permutandi totiens quotiens etc. retinere libere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 12. kal. maji anno 7.

Suppl. 1074 fol. 54 v.

3695. **20. April 1499.**

Klerken Laurens Juel fra Ribe Stift faar Sognekirken i Alslev i samme Stift.

Alias parrochiali ecclesia ville Alls Ripensis diocesis per liberam resignationem Iwari Mitr. [ɔ: Munk] presbiteri dicte Ripensis diocesis vacante, Laurentius Jwel clericus Ripensis diocesis prefate illam ordinaria auctoritate assecutus fuit, possessione subsecuta. Dubitat tamen [assecutionem et possessionem predictas] viribus non subsistere; supplicat igitur, quatenus sibi de dicta ecclesia [fructus 4 mr.] per modum nove aut simplicis provisionis providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 12. kal. maji anno 7.

Suppl. 1074 fol. 54 v.

3696. **20. April 1499.**

Klerken Svend Mortensen fra Ribe Stift faar Lov til at modtage og beholde to ellers uforenelige Embeder.

Supplicat Sueno Martini clericus Ripensis diocesis, quatenus secum, ut quecunque duo curata sive alias invicem incompatibilia beneficia . . ., si sibi canonice conferantur, . . recipere et insimul, quoad vixerit, cum clausula permutandi totiens quotiens etc., retinere libere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 12. kal. maji anno 7.

Suppl. 1074 fol. 55.

3697. **20. April 1499.**

Præsten Christoffer Nielsen fra Slesvig Stift faar Sognekirken i Hoptrup i samme Stift.

Alias parrochiali ecclesia in villa Hoptorpp Slesvicensis diocesis per obitum Olaui Petri vacante, Cristoforus Nicolai presbiter eiusdem diocesis illam ordinaria auctoritate per Johannem Befen prepositum in Barchsusel, cui prepositure dicta parrochialis ecclesia incorporata existit, sibi [conferri et de illa sibi] provideri obtinuit, possessione subsecuta. Dubitat tamen provisionem huiusmodi viribus non subsistere; supplicat igitur, quatenus sibi de dicta ecclesia [fructus 4 mr.] per modum nove aut simplicis provisionis providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 12. kal. maji anno 7.

Suppl. anno 7 lib. 15 fol. 55.

3698. **20. April 1499.**

Sognepræsten, Magister Jens Clemenssen i Almind (?) i Ribe Stift faar Lov til dermed at forene et andet ellers dermed uforeneligt Embede.

Supplicat Johannes Clementis, rector parrochialis ecclesie in Alget Ripensis diocesis, magister in artibus, quatenus secum, ut unacum dicta ecclesia unum et sine illis duo alia quecunque curata sive alias invicem incompatibilia beneficia . . . ., si sibi alias canonice conferantur, recipere et insimul, quoad vixerit, cum clausula permutandi totiens quotiens etc., retinere libere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Datum Rome 12. kal. maji anno 7.

Suppl. 1074 fol. 54 v.

Ripensis. Johannes Clementis. Dispensatio ad incompatibilia.

Uddrag i Indice 341 efter Reg. Lat. Alex. VI anno 7 lib. 2 (tabt) fol. 266.

3699. **23. April 1499.**

Klerken Johan Hertenbreker fra Slesvig Stift, Sognepræst til Gram og Nustrup, faar Lov til at modtage og beholde et ellers med disse Kirker uforeneligt Embede.

Supplicat Johannes Hertenbreker clericus Slesvicensis et rector parrochialis ecclesie in Gram cum eius annexa in Nustorp Ripensis diocesis, quatenus . . [secum], ut unacum dictis parrochialibus ecclesiis annexis quodcunque aliud curatum beneficium seu illis dimissis quecunque duo alia curata beneficia

seu alias invicem incompatibilia, . . . si sibi alias canonice conferantur, . . . recipere et, quoad vixerit, retinere, etiam si sint in una et eadem ecclesia ac sub uno tecto, dissimilia † duo beneficia libere valeat obtinere illaque, quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia beneficia duo dumtaxat incompatibilia similiter recipere et, quoad vixerit, libere retinere valeat, dispensare dignemini . . . Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 9. kal. maji anno 7.

Suppl. 1074 fol. 281 (261).

3700. 23. April 1499.

Paven befaler Biskopperne i Ribe og Aarhus og Provsten i Linköping at overdrage Klerken Niels Torkildsen Kyd fra Børglum Stift Kirkerne i Oddense og Otting i Viborg Stift.

Ripensi et Arusiensi episcopis ac preposito ecclesie Lincopensis. Vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque parrochialis ecclesia Othncz Vibergensis diocesis, quam Johannes Nicolai obtinebat, per obitum eiusdem Johannis vacet, nos, Nicolao Torkalli, alias Kyd, clerico Burglanensis diocesis specialem gratiam facere volentes, discretioni vestre mandamus, quatenus ecclesiam predictam [cuius et capelle de Otting dicte Vibergensis diocesis illi perpetuo annexe fructus 4 mr.] cum annexa huiusmodi eidem Nicolao auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome 9. kal. maji anno 7.

L. XX. Pridie kal. maji anno 7. Dulcius.
Reg. Lat. 1045 fol. 25.

3701. 23. April (17. Maj) 1499.

Klerken Niels Friis fra Ribe Stift, Sognepræst i Tavlov, faar Fritagelse for at lade sig indvie til de gejstlige Grader i de første 7 Aar; dog skal han inden 2 Aar blive Subdiakon.

Supplicat Nicolaus Frijss clericus Ripensis diocesis, rector et plebanus ecclesie parrochialis in Taulo cum sua annexa dicte Ripensis diocesis, de nobili etiam militari genere ex utroque parente procreatus, quatenus secum, ut litterarum studio, ubi illud vigeat generale, insistendo ratione dicte ecclesie et quorumcunque aliorum beneficiorum curatorum aut . . alias sacros et presbiteratus ordines requirentium, que eum imposterum canonice assequi contigerit, usque ad septennium a fine anni sibi a jure concessi[1]) nondum elapsi[1]) computandum ad aliquem ex sacris

[1—1]) mangler i II.

ordinibus se promoveri facere minime teneatur, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . dummodo infra biennium[1]) subdiaconus sit . . . Datum Rome 9. kal. maji anno 7[2]).

Suppl. 1074 fol. 225 v og (II) 1076 fol. 49.

3702. 23. April 1499.

Klerken Niels Friis fra Ribe Stift, Sognepræst i Tavlov, faar Tilladelse til med dette Embede at forene to ellers dermed uforenelige Embeder.

Supplicat Nicolaus Frijss clericus Ripensis diocesis, ex utroque parente de nobili genere procreatus ac rector parrochialis ecclesie Taulo cum sua annexa N. Ripensis diocesis, quatenus sibi, ut unacum dictis parrochialibus ecclesiis annexis quecunque alia duo curata beneficia † seu illis dimissis quecunque † tria alia curata beneficia seu alias invicem incompatibilia, . . . si sibi alias canonice conferantur, necnon ut quecunque duo, etiam si sint in una et eadem ecclesia et sub uno tecto, dissimilia beneficia libere recipere valeat et, quoad vixerit, retinere illaque, quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia beneficia tria dumtaxat incompatibilia simplicia, quoad vixerit, retinere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 9. kal. maji anno 7.

Suppl. 1074 fol. 222 v.

3703. 23. April 1499.

Klerken Jens Olufsen fra Roskilde Stift, Sognepræst i Hørby, faar Lov til dermed at forene et andet ellers dermed uforeneligt Embede.

Supplicat Johannes Olaui clericus Roskildensis diocesis, in decretis bacalarius ac rector parrochialis ecclesie Horby dicte diocesis, quatenus secum, ut unacum dicta parrochiali ecclesia unum aliud aut illa per eum dimissa quecunque duo alia beneficia curata seu alias invicem incompatibilia, ... si sibi alias canonice conferantur, recipere et insimul, quoad vixerit, retinere cum potestate permutandi totiens quotiens etc., dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Datum Rome 9. kal. maji anno 7.

Suppl. 1074 fol. 153.

---

[1]) II: biennium dicti septennii [2]) II: 16. kal. junii anno 7.

3704. **24. April 1499.**

Klerken Albert Asschen fra Odense Stift faar et evigt Vikariat i Darzow i Ratzeburg Stift, Præsten Marquardus Tanke fra Ratzeburg Stift et evigt Vikariat i Genin i Lübeck Stift.

Vacantibus alias perpetuis sine cura vicariis, una in capella leprosorum in Darsow Ratzeburgensis diocesis, alia in parrochiali ecclesia ville Gemim Lubicensis diocesis, ... Albertus Asschem clericus Ottoniensis diocesis primam et Marquardus Tanke presbiter dicte Ratzeburgensis diocesis secundam auctoritate ordinaria fuerunt assecuti possessionibus subsecutis; [verum] iidem oratores dubitant collationes et provisones . . . viribus non subsistere. Supplicant igitur, quatenus dicto Alberto de prima in Darsolw et Johanni (!) Marquardo de secunda vicariis predictis [cuiusque fructus 4 mr.] respective providere per modum nove aut simplicis provisionis . . . dignemini . . . Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Datum Rome 8. kal. maji anno 7.

Suppl. 1075 fol. 62.

3705. **25. April 1499.**

Sognepræsten Niels Torkilsen Kyd i Lødderup i Børglum Stift faar Lov til med denne Kirke at forene et andet ellers dermed uforeneligt Embede.

Supplicat Nicolaus Torchilli, alias Killi, rector parrochialis ecclesie Loderup Burglanensis diocesis, de nobili genere ex utroque parente procreatus, quatenus secum, ut una cum dicta parrochiali Loderup unum aliud aut illa per eum dimissa quecunque alia duo beneficia curata seu alias invicem incompatibilia, ... si sibi alias canonice conferantur, . . recipere et insimul, quoad vixerit, retinere cum potestate permutandi totiens quotiens, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. . . . Datum Rome 7. kal. maji anno 7.

Suppl. anno 7 lib. 16 fol. 115 (101).

3706. **29. April 1499.**

Optegnelse om, at Iver Munk betaler Servispenge til det pavelige Kammer af Bispestolen i Ribe.

[1499] Dicta die [ɔ: 29. mensis aprilis] habuit [dominus thesaurarius] fl. similes [ɔ: de camera] 60 bol. 64 a . . . Iuoro Munch pro communi pape ecclesie Ripensis in Dacia per manus de Fuchers. fl. 75.

Introitus et Exitus 531 fol. 60 v.

3707. **30. April 1499.**

Optegnelse om, at Hartvig (Juel) fritages for at betale Annater af Pensionen af Ribe Bispestol.

[1499] Die dicta [ɔ: ultima mensis aprilis] unum par bullarum pro Artuico episcopo nuper Ripensi pensionis annue tertie partis fructuum dicte ecclesie Ripensis, videlicet curiam (!) ipsius ecclesie sub data Rome 15. kal. maji anno 7 reservate. Restituta, quia soluta hodie sunt jura omnia dicte ecclesie.

Annate 1499 fol. 219 (Archivio di Stato).

3708. **30. April 1499.**

Biskop Iver Munk i Ribe lover at betale Servispenge til det pavelige Kammer og Kardinalkollegiet.

Die ultima mensis aprilis 1499 Johannes Cornuti nomine Inuarni (!) Muck canonici Ripensis obtulit sacre camere apostolice et sacro collegio cardinalium pro communi servitio ecclesie Ripensis ratione provisionis de dicta ecclesia auctoritate apostolica[1]) supradicto Inuarno (!) per bullas sub data 15. kal. maji anno 7 facte fl. auri de camera 128, ad quos dicta ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta servitia consueta. Eorundem autem communis et minutorum servitiorum medietatem infra sex menses proxime sequentes, aliam vero medietatem infra alios sex menses extunc immediate sequentes solvere promisit. Submisit etc. Juravit etc. Et F. de Borgia episcopus Theanensis ac thesaurarius tulit sententias in scriptis . . . Card. XIIII. fl. 128.

Dicta die date fuerunt bulle supradicto Johanni, quia solvit omnia jura, prout patet per cedulas depositariorum.

I Margen: Die 29. dicti mensis solvit pro communi dicte ecclesie fl. 60 b[ol]. 64.

Oblig. per minuti servizi 1498—1502 fol. 29 v (Archivio di Stato).

30. aprilis 1499 Iuarius electus Ripensis provisus 15. kal. maji anno 7 obtulit fl. 128.

Uddrag af Garampi efter S. C. 9 fol. 12 v (tabt) og efter Obl. C. A. fol. 29 v (tabt).

3709. **1. Maj 1499.**

Klerken Mikkel Gertsen fra Lunde Stift faar ny Provision paa et evigt Vikariat uden Sjælesorg ved St. Peders Kirke i Lund, ledigt ved Ærkebiskop

[1]) Cod. apostolica facte supradicto

Birger Gunnersens Resignation, og tidligere tildelt ham af Ærkebiskop Jens Brostrup.

Nuper, videlicet anno 1496, die vero 11. mensis aug., certa perpetua sine cura vicaria ad altare s. Petri in ecclesia Lundensi *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Datum Rome kal. maji anno 7.

Suppl. 1075 fol. 40 v.

3710. **2. Maj 1499.**

Optegnelse om, at Klerken Jens Tinhus fra Roskilde Stift lover at betale Annater af Ærkedegneembedet i Aarhus.

[1499] Die dicta [ɔ: 2. mensis maji] Johannes Artenbregher clericus Slesvicensis diocesis nomine Johannis Tegenthusen clerici Roskildensis diocesis obligavit se camere apostolice pro annata archidiaconatus ecclesie Arusiensis [fructus 5 mr.], per resignationem Johannis Jacobi in curia factam vacantis, et providetur sub data Rome id. aprilis anno 7.

Overstreget og i Margen: Die dicta solvit pro dicta annata fl. $14^1/_4$ per cedulas.

Annate 1499 fol. 40 (Archivio di Stato).

3711. **2. Maj 1499.**

Jens Tinhus betaler Annater til det pavelige Kammer af Ærkedegneembedet i Aarhus.

Universis etc., quod Johannes de Tegenthusen pro annata archidiaconatus ecclesie Arusiensis, in quo etc., fl. similes auri [ɔ: de camera] 14, 20 ipsi camere [solvit]. 1499 die 2. maji.

Diversorum Alex. VI 1496—1500 fol. 156 v (Archivio di Stato).

3712. **4. Maj 1499.**

Klerken Johan Hertenbreker faar motu proprio Ligestilling med Pavens familiares »in aliquo libro descripti« med Hensyn til Opnaaelsen af Ventebreve.

Dudum siquidem, sub data videlicet kal. martii anno 4, motu proprio Johanni Hertenbreker clerico Slesvicensi gratiam expectativam sub certis modo et forma, prout in litteris exprimitur, concessimus. Cum autem unus [ex] executoribus in dictis litteris deputatis processus super eisdem litteris necessarios die 17. mensis maji anno predicto decrev[er]it et censuras fulminav[er]it in forma, ac idem Johannes ex gratia et litteris huiusmodi nullum fructum hactenus reportaverit nec reportare speret in futurum, nos motu simili volumus, quod processus predicti

valeant et sibi in beneficiorum sub dicta gratia comprehensorum huiusmodi assecutione suffragentur in omnibus, perinde ac si illi die 2. mensis maji anno predicto, qua processus super gratiis expectativis per nos nonnullis familiaribus nostris continuis commensalibus, etiam antiquis et descriptis a nobis, concessis decreti fuerunt, habiti et decreti fuissent †, et insuper simili motu volumus, quod idem Johannes in beneficiorum huiusmodi assecutione omnibus ac illis prorsus existentibus privilegiis, quibus nonnulli familiares nostri continui commensales, etiam antiqui et in certis nostris litteris descripti, in simili assecutione beneficiorum, que vigore gratiarum expectativarum per nos eis concessarum expectant [ac] duxerint acceptanda, gaudent seu gaudere poterunt quomodolibet in futurum, pariformiter et absque ulla differentia ad eorundem familiarium descriptorum instar, sine tamen eorum prejudicio, gaudere libere valeat, perinde ac si de numero dictorum familiarium descriptorum et in eisdem litteris descriptus esset †. Fiat motu proprio. R. . . . Datum Rome 4. non. maji anno 7.

Suppl. 1075 fol. 173 v (183 v).

17. Maj 1499.

Supplik se Nr. 3701 (23. April 1499).

3713. 17. Maj 1499.

Sognepræsten Poul Troelsen i Drelsdorf i Slesvig Stift faar Dispensation til dermed at forene et andet ellers dermed uforeneligt Embede.

Supplicat Paulus Trigelli presbiter et curatus in Drelstorp Slesvicensis diocesis, quatenus sibi, ut una cum dicta parrochiali ecclesia quodcunque aliud curatum beneficium seu illa vel illo dimissa seu dimisso quecunque duo alia curata seorsim divisa seu alias invicem incompatibilia, ... si sibi alias canonice conferantur, recipere et insimul, quoad vixerit, retinere necnon, ut quecunque duo beneficia, etiam si sint in una et eadem ecclesia ac sub uno et eodem tecto, dummodo dissimilia fuerint, libere valeat obtinere illaque . . . totiens, quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia beneficia duo dumtaxat incompatibilia similiter, quoad vixerit, libere recipere et retinere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 16. kal. junii anno 7.

Suppl. 1076 fol. 95.

3714. **17. Maj 1499.**

Klerken Jens Pedersen fra Før, som er Kurial, faar Lov til under et halvt Aars Fraværelse fra Kurien dog at nyde Kurialernes Privilegier.

Cum Johannes Petri de Fior clericus Slesvicensis diocesis, qui dudum a s. v. gratiam expectativam ad duas collationes et totidem beneficia sibi concessam obtinuit, pro nonnullis suis peragendis negotiis per aliquod temporis intervallum a Romana curia se absentare habeat, ne propter absentiam suam huiusmodi ea durante in assecutione beneficiorum sub dicta gratia sua cadentium nimium detrimentum patiatur, supplicat prefatus Johannes, qui magistri Dominici Galetti secretarii et scriptoris apostolici ac e. s. v. cubicularii et familiaris continui commensalis etiam familiaris continuus commensalis existit, quatenus ipsum [ɔ: -si], ut ad sex menses a data presentis supplicationis seu die recessus sui a Romana curia extunc proxime et immediate sequentes computandos obsequiis dicti Dominici insistendo tamquam presentem in dicta curia existere et ut talem ab omnibus reputari ipsumque talem nominare [ɔ: -ri] [faciatis], ipseque Johannes acceptationes in genere facere seu procuratores ad acceptandum et sibi de beneficiis sub dicta gratia sua cadentibus provideri faciendum et petendum ac dictas acceptationes et provisiones publicandum in audientia contradictarum et cancellaria apostolica totiens, quotiens sibi vel dictis procuratoribus suis placuerit, prout per presentes in dicta curia fieri consuevit, in prefata curia constituere, ac si in huiusmodi curia resideret, quodque omnibus prerogativis et indultis quoad assecutionem beneficiorum, que vigore litterarum gratiarum expectativarum † seu mutationum, collationum, revalidationum, extensionum[1]) et ampliationum per e. s. v. eis concessarum duxerint acceptanda, et quibus alii nunc et pro tempore interim in curia huiusmodi presentes quoad quasdam antelationum prerogativas sibi concessas et concedendas gaudent seu gaudere poterunt quomodolibet in futurum, ipse quoque Johannes pariformiter et absque ulla differentia gaudere possit in omnibus, perinde ac si a dicta curia minime recessisset, concedere dignemini. Concessum de presentialitate in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat . . . Datum Rome 16. kal. junii anno 7.

Suppl. 1075 fol. 320 v (288 v).

[1]) Cod. expensionum

3715. **20. Maj 1499.**

Johan Jepsen (Ravensberg) faar Lov til med Provstiet i Lund at forene et ellers dermed uforeneligt Embede.

Supplicat Johannes Jacobi *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 13. kal. junii anno 7.

Suppl. 1081 fol. 16.

3716. **22. Maj 1499.**

Klerken Johan Jepsen (Ravensberg) fra Roskilde Stift faar Dekanatet i Roskilde, hvortil han er præsenteret af Kong Hans.

Alias decanatu ecclesie Roskildensis, qui inibi dignitas maior ac forte alias curata et electiva existit, per liberam resignationem Johannis Tegenhusen vacante, Johannes Dacie rex, ad quem jus presentandi personam idoneam ad dictum decanatum, dum pro tempore vacet, ex concessione sedis apostolice dinoscitur pertinere, huiusmodi concessionis vigore ad dictum decanatum Johannem Jacobi clericum Roskildensis diocesis presentavit litterasque presentationis ad s. v. et sedem apostolicam desuper decrevit. Supplicat igitur dictus orator, quatenus sibi de dicto decanatu [fructus 6 mr.] providere dignemini . . . Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . . Datum Rome 11. kal. junii anno 7.

Suppl. 1081 fol. 16.

3717. **24. Maj 1499.**

Optegnelse om, at Kong Hans kalder Biskop Eggert Durkop hjem og beder Kardinalkollegiet i denne og andre Sager skænke hans Sekretær Johan Cordes Tiltro.

Rome in die veneris 24. maji 1499 fuit consistorium et expedita fuerunt infrascripta . . . . . Dominus Senensis legit litteras Johannis regis Dacie ad sacrum collegium datas in suo castro Sunderborch die lune 6. aug. 1498, quibus multis de causis revocabat ad suam debitam residentiam Eggerdum Durcop Slesvicensem episcopum amovens illum ab legationis officio, quo fungebatur, rogansque reverendissimos dominos, [ut][1]) ad id faciendum ipsum compellant, ne sua ipsius ecclesia suo spoliata pastore errantibus hincinde ovibus vagis atque dispersis ulterius damnum patiatur, atque huius rei sollicitatori Johanni Conradi

[1]) add. Gz.

secretario suo in hoc aliisque negotiis sibi commissis fidem adhibeant.

Arch. Consist. Acta Misc. 44 fol. 54; ogsaa i Bibl. Barberini 37 vol. 1 fol. 21 v (Acta Consist. 1492—1579. Afskrift fra c. 1600).

3718. 26. Maj 1499.

Klerken Johan Hertenbreker fra Slesvig Stift, Sognepræst i Gram og Nustrup i Ribe Stift, faar Dispensation til i 2 Aar ikke at lade sig indvie til de gejstlige Grader.

Supplicat Johannes Hertenbreker, clericus Slesvicensis ac rector parrochialis ecclesie in G[r]am cum eius annexa in Nustorp Ripensis diocesis, quatenus secum, ut ratione dicte ecclesie seu ecclesiarum et quorumcunque aliorum beneficiorum curatorum aut ex statuto vel fundatione eorundem aut alias sacros et presbiteratus ordines requirentium, que eum in posterum forsan canonice assequi contigerit, usque ad triennium a fine anni sibi a jure concessi computandum ad aliquem ex sacris ordinibus se promoveri facere minime teneatur nec ad id a quoquam invitus valeat coartari, dispensare dignemini. Concessum ad biennium in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Et per breve s. v. . . . Datum Rome 7. kal. junii anno 7.

Suppl. 1076 fol. 246.

3719. 12. Juni 1499.

Kardinal Raphael (Riario) faar motu proprio Kanonikater og Præbender i Slesvig og Haderslev og et »Kommissariat« i Haderslev, hvorom der var ført Proces ved Kurien.

Motu proprio etc. Cum lite in Romana curia coram magistro Petro de Accoltis, capellano nostro et causarum palatii apostolici auditore, inter quendam Jacobum Semelbrecker et Johannem Durmek, qui se gerit pro clerico Mindensis diocesis, super ecclesie Slesvicensis ac ecclesie b. Marie virginis opidi Hadersleue Slesvicensis diocesis canonicatibus et prebendis ac quodam perpetuo beneficio, commissaria (?) nuncupato, in dicta ecclesia b. Marie in prima instantia indecisa pendente, in qua[1]) dumtaxat termini substantiales servati sunt et nondum jura aliqua, ut dicitur, producta per Johannem prefatum, dictus Jacobus, qui Raphaelis s. Georgii ad velum aureum diaconi cardinalis camerarii nostri familiaris continuus commensalis existebat, in dicta curia fuerit vita functus, nos, ne ad canonicatus et

[1]) Gz. — Cod. pendente et dumtaxat

prebendas ac beneficium huiusmodi alicui vitiosus pateat ingressus, si lis predicta legitimo careat defensore, qui tueatur eandem, providere volentes, prefatum cardinalem in omni jure, quod prefato Jacobo tempore dicti sui obitus in canonicatibus et prebendis ac beneficio huiusmodi quomodolibet competebat, motu simili surrogamus dictumque jus sibi concedimus ipsumque cardinalem ad huiusmodi jus eiusque ac litis et cause predictarum prosecutionem et defensionem in eo statu, in quo dictus Jacobus familiaris suus tempore sui obitus huiusmodi erat et, si viveret, posset et deberet admitti, necnon ad possessionem, in qua existebat, admittimus, et nichilominus canonicatus et prebendas ac beneficium huiusmodi [fructus 12 mr.] eidem cardinali per eum, quoad vixerit, et unacum singulis beneficiis, que in titulum vel commendam obtinet et in posterum obtinebit, gubernanda ita, quod liceat sibi de fructibus etc. disponere, motu simili commendamus ac regule de non surrogandis non collitigantibus etiam motu simili specialiter et expresse derogamus. Fiat. R. . . . attento quod dictus defunctus canonicatus et prebendas ac beneficium huiusmodi per decem annos vel circa pacifice possederat, antequam dictus Johannes litem sibi desuper moveret. Datum Rome pridie id. junii anno 7.

Suppl. 1078 fol. 38.

3720. **23. Juni 1499.**

Klerken Marquardus Schutte fra Bremen Stift, som studerer ved Universitetet i Rostock, faar indsat Dommere »in partibus« til at forfølge en Sag mod Lægmanden Morten Ebbesen fra Slesvig Stift, der har dræbt Franciskanermunken Thomas Gloven fra Kiel og uretmæssig er bleven frikendt af Officialen Busso Fraesse.

Alias lite et causa in partibus coram diversis curie Zwerinensis officialibus generalibus, judicibus et subconservatoribus jurium, bonorum, privilegiorum, rerum, libertatum ac personarum rectoris, doctorum, magistrorum, scolarium singulorumque suppositorum alme universitatis studii Rostochcensis Zwerinensis diocesis a N. abbate monasterii Dubberanensis Cisterciensis ordinis dicte diocesis, conservatore principali a sede apostolica unacum certis suis in hac parte collegis specialiter deputato, subdeputatis successive primo et tandem coram Euerhardo Hollegher, dicte curie etiam officiali et subconservatore, inter devotum oratorem vestrum Marquardum Schutte, clericum Bremensis diocesis ac antedicte universitatis scholarem et membrum, cessionarium actorem et quendam Martinum Ebbesen laicum

Slesvicensis diocesis reum et conventum de violenta et sacrilega manuum suarum in quendam fratrem Thomam Glouen presbiterum ordinis Minorum conventus Balonensis [ɔ: Kilonensis] dicte Bremensis diocesis injectione eiusque temeraria procdolor et voluntaria interemptione ac gravibus injuriis cognatis et affinibus eiusdem fratris Thome in gradu proximioribus ac guardiano et fratribus dicti conventus Kilonensis cedentibus premissorum occasione irrogatis rebusque aliis in actis causarum huiusmodi latius expressis in prima instantia indecisa pendente, idem Euerhardus officialis et conservator, in causis huiusmodi ac inter partes predictas rite et legitime procedens, eundem Martinum laicum adversarium ob non responsionem libelli pro parte dicti oratoris oblati excommunicavit primo, et deinde ipsum penas canonis propter injectionem manuum violentarum huiusmodi in fratrem presbiterum incidisse temere declaravit, et successive eundem pro tali et ut talem publice denuntiari fecit. Postmodum vero ac congruis dierum et temporum intervallis ac contumacia eiusdem Martini adversarii id exigente[1]) tam ipsum quam singulas censuras huiusmodi et in eum a jure et ab homine sic, ut prefertur, latas aggravavit, reaggra[va]vit et interdixit, prout hec et alia in documentis publicis desuper confectis plenius continentur. Et licet prefatus orator de mandato quondam Bussonis Fraessen, prefati Euerhardi officialis et in dicto officio eius, dum viveret, asserti successoris, dicto Martino adversario instante ad certum peremptorium terminum tunc expressum ad comparendum coram eo ad videndum eundem Martinum sacrilegum ut dicti fratris Thome voluntarium interemptorem ab antedictis censuris in eum sic, ut prefertur, tam a canone quam ab homine successive latis absolvi citatus comparuerit et nonnullas exceptiones legitimas et pertinentes pretensamque jurisdictionem dicti quondam Bussonis asserti officialis in hiis penitus elidentes, causas quoque rationabiles, quare ad beneficium absolutionis huiusmodi de jure procedendum non foret, et potissimum, nisi prestita condigna emenda pro manifesta offensa huiusmodi, et de qua in actis [patet][2]), responsoque sufficienter antedicto oblato libello et refectis expensis contumacie, prout id de jure faciendum fuisset, facto et inscripto dederit sibique etiam terminum peremptorium ad probandum easdem et a jure statutum statui petierit, nichilominus idem quondam

[1]) Cod. adversarii adexigente [2]) add. Gz.

Busso, assertus officialis et subconservator, exceptionibus huiusmodi pertinentibus et in jure procul dubio relevantibus saltem tacite rejectis emendaque huiusmodi non prestita nec libello . . responso neque etiam de expensis satisfacto sicque[1]) fame sue prodigus et proprii prosecutor honoris contra conscientiam et per sordes, ut verisimiliter creditur, aliis [ɔ: alias] eundem Martinum sacrilegam [ɔ: -gum] ab antedictis censuris in eum ob non responsionem libelli latis, aliis tamen censuris in ipsum a canone inflictis salvis remanentibus cum inde secutis, et sic notorie nulliter vel saltem minus debite et injuste absolvit in ipsius anime grave periculum dictique oratoris non modicum prejudicium, dampnum, injuriam et gravamen. Et quanquam etiam prefatus Martinus adversarius antedictis censuris in eum a canone sic, ut prefertur, latis cum inde secutis adhuc laqueatus remansisset[2]) ac easdem Pharaonis duritiam imitatus more aspidum surde aures suas obturantium[3]), ne audia[n]t vocem incantantem, septennio vel circa elata obstinatione sustinendo despexisset, missis et aliis divinis officiis in contemptum clavium se inmiscere non expavit seque propterea de heresi quamplurimum suspectum reddendo. Cumque etiam jure cautum sit, quod crescente contumacia merito crescere debeat et pena, ac unica pena non contenti fortioribus arceantur et, ne dictus Martinus adversarius de suis malitiis, quibus indulgendum non existit diutius, gloriari videatur, recurrit ad pedes s. v. dictus orator, quatenus sibi, qui propterea Romanam curiam sanctamque sedem apostolicam personaliter visitavit et in ea moratur de presenti, paterno compatientes affectu et in ipsum misericordiam faciendo specialem dignemini, attento, quod, stante notoria nullitate antedicte absolutionis, prefatus Busso olim officialis, pro parte dicti oratoris requisitus, ut ad reintrusionem dicti adversarii in pristinas censuras procederet, idem tamen Busso officialis id ipsum facere distulit saltem tacito et denegavit seque etiam de illa ulterius intromittere non velle, quantum in eo fuit, exoneravit, taliter oratori ipsi justitiam denegando, licet de facto, aliquibus prelatis seu probis viris in partibus, etiam si extra loca fuerint constituti, in quibus ratione dignitatum etc., que obtinent, pro judicibus deputari possint, per unum breve s. v. hac supplicatione introclusa causas nullitatum iniquitatis et injustitie antedicte pretense absolutionis totiusque pretensi processus desuper quo-

[1]) Gz. — Cod. sitque [2]) Gz. — Cod. remisisset [3]) Gz. — Cod. obtinentium

modolibet habiti necnon causas, quas prefatus orator habet habereque intendit contra prefatum Martinum adversarium † omnesque alios sua interesse putantes et in executione citationis vigore presentium decernende simul vel successive nominandos de omnibus dampnis propterea passis et incursis ac faciendis et incurrendis emendaque[1]) huiusmodi et sibi debita tam conjunctim quam divisim [mandare, ut][2]) audia[n]t, cognosca[n]t, decida[n]t et fine debito terminent cum potestate dictum Martinum adversarium cognatosque et affines omnesque alios supradictos, etiam per edictum publicum, quatenus opus sit et ad ipsos citandos tutus non pate[a]t accessus, citandi[3]) sibique et quibusvis aliis, etiam judicibus et personis, etiam sub censuris ecclesiasticis et mille ducatorum auri in auro de camera pro una dicte camere, reliqua vero medietatibus antedicto oratori, si in aliquo ex premissis per quempiam contradictum fuerit vel contraventum, ne censure ecclesiastice diutius ludibrio habeantur, irremisibiliter applicandis penis totiens, quotiens opus fuerit, pari edicto inhibendi ac dictum Martinum adversarium in pristinas sententias, censuras et penas ecclesiasticas reintrudendi litterasque reintrusionis desuper necessarias suo aut alterius sub sigillo decernendi et concedendi necnon dictum Martinum adversarium et de heresi sic, ut prefertur, suspectum ad personaliter coram eis comparendum seque de heresi huiusmodi excusandum [cogendi][4]) et, quicquid eis in premissis occurrerit, s. v. aut procuratori fiscali e. s. v. per suas patentes litteras manu notarii publici signatas et subscriptas referendi et significandi ac quoscunque, etiam utriusque sexus, homines cum dicto Martino sacrilega [ɔ: -o] voluntario ac declarato aggravato etiam interdicto temere participantes, ut sub censuris ecclesiasticis et similis pecuniarum summe, etiam sic, ut prefertur, applicande[5]) penis et infra sex dierum spatium pro termino peremptorio eis statuendum a[6]) communione et participatione dicti Martini adversarii cessent penitus et abstineant, monendi et in eventum non paritionis monitorii huiusmodi decernendi eosdem temere participantes censuras ecclesiasticas et penas, etiam pecuniarias, huiusmodi tam conjunctim quam divisim incidisse temere et incurrisse intrepido declarandi necnon aggravandi, reaggravandi

[1]) Cod. emendamque [2]) Cod. divisim ac audiat [3]) Gz. — Cod. citandisque
[4]) add. Gz. [5]) Gz. — Cod. similibus pecuniarum summis . . . applicandis
[6]) Gz. — Cod. ac

et strictissimum ecclesiasticum interdictum ponendi ac auxilium brachii secularis invocandi et interdictum jam sic, ut prefertur, appositum, et de quo in actis ac alias quomodocunque et generaliter †, ac locum, in quo tantum facinus et sacrilegium presbitericidii huiusmodi commissum existat et perpetratum, † ecclesiastico interdicto apostolica auctoritate supponendi ceteraque faciendi, que in hiis necessaria fuerint seu etiam quomodolibet oportuna, premissis ac constitutionibus apostolicis et presertim Bonifacii pape VIII de una et generalis concilii de duabus dietis etc., dummodo non ultra tres dietas a fine diocesis eorundem antedicti adversarii non trahantur, et quibus pro hac vice expresse derogare, necnon privilegiis incolis sive inhabitatoribus in Slesvicensi et Holzatie etc. ducatibus commorantibus de illos extra dominia ducatuum etc. huiusmodi ad judicium non trahendo apostolica auctoritate concessis, quibus omnibus, quatenus opus sit, pro hac vice expresse derogare placeat, non obstantibus quibuscunque. Concessum, prout de jure, in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus, cum potestate locum, in quo tantum facinus et sacrilegium presbitericidii huiusmodi commissum est temere et perpetratum ac duas alias civitates viciniores insignes ac ecclesias etc. interdicto ecclesiastico supponendi. Datum Rome 9. kal. julii anno 7.

Suppl. 1076 fol. 135.

3721. 25. Juni 1499.

Paven befaler Ærkebiskoppen i Ragusa og Provsten og Officialen i Lübeck at overdrage Provstiet i Ejdersted til Klerken Cesarius de Henztberch fra Køln Stift.

Archiepiscopo Ragusino et preposito ecclesie Lubicensis ac officiali Lubicensi. Grata familiaritatis obsequia [etc.]. Cum itaque prepositura Eyderstede in ecclesia Slesvicensi, quam Cristianus Leuen obtinebat, per obitum eiusdem Cristiani vacet, nos, in quorum manibus Henricus de Erwite clericus Coloniensis diocesis, cui alias de dicta prepositura, sub data videlicet pridie kal. aprilis anno 3, concessimus provideri, concessionis gratie huiusmodi litteris apostolicis super ea non confectis hodie per Johannem Schellevoert clericum Trajectensis diocesis procuratorem suum sponte cessit, quique cessionem ipsam duximus admittendam, Cesario de Henxtberch clerico Coloniensis diocesis, familiari nostro, qui etiam continuus commensalis noster existit, et cui etiam hodie de canonicatu et prebenda dicte ecclesie [fructus 4 mr.] . . . pari modo vacantibus per alias nostras

litteras mandavimus provideri, . . . specialem gratiam facere volentes, etc. mandamus, quatenus prepositurам predictam, que in dicta ecclesia personatus aut officium existit [fructus 4 mr.], eidem Cesario auctoritate nostra conferre curetis . . . . Datum Rome 7. kal. julii anno 7.

V. gratis pro familiari regentis 17. kal. maji anno 8. de Phano.
Reg. Lat. 1052 fol. 74.

3722. **25. Juni 1499.**

Paven befaler Ærkebiskoppen i Ragusa og Provsten og Officialen i Lübeck at overdrage Klerken Cesarius de Henxtberch fra Køln Stift Kanonikat og Præbende i Slesvig.

Archiepiscopo Ragusino et preposito ecclesie Lubicensis ac officiali Lubicensi. Grata familiaritatis obsequia [etc.]. Cum itaque canonicatus et prebenda ecclesie Slesvicensis, quos Christianus Leuen obtinebat, . . .[1]) vacent . . ., nos . . . . .[1]) Cesario de Henxberch . . .[1]), qui etiam continuus commensalis noster existit et cui etiam hodie de prepositura Eyderstedt [fructus 4 mr.] pari modo vacante per alias nostras litteras mandavimus provideri, . . . specialem gratiam facere volentes, discretioni vestre mandamus, quatenus canonicatum et prebendam predictos [fructus 4 mr.] eidem Cesario auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome 7. kal. julii anno 7.

V. gratis pro familiari regentis. 17. kal. maji anno 8. de Phano.
Reg. Lat. 1052 fol. 76; ogsaa Supplik, fælles for Nr. 3721 og 3722 (Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis) i Suppl. 1079 fol. 4 v.

3723. **29. Juni 1499.**

Hertug Frederik faar bevilget, at Konventualerne i Franciskanerklostret i Slesvig maa blive udjagne og erstattede med Observanterne.

In ecclesia domus s. Francisci Slesvicensis ordinis fratrum Minorum guardiani et fratrum, conventualium nuncupatorum, qui in illa pro tempore habitaverunt, incuria ac negligentia et malo regimine divinus cultus debite non peragitur et regularis observantie dicti ordinis esse per fratres eiusdem ordinis, conventuales nuncupatos, in ea non viget, estque propterea Christi fidelium devotio ad illam plurimum diminuta, et per eos congruis honoribus non frequentatur, ac elemosine et pia suffragia, per Christi fideles huiusmodi domibus fieri solita, sunt plurimum diminuta, et structure et edificia eiusdem domus

[1]) Som Nr. 3721.

in se ipsa collapsa ruine subjacent et illius bona mobilia, etiam divino cultui dedicata, usque ad calices et cruces et libros pignorata cernuntur et in eadem domo duo eiusdem[1]) ordinis professores et filii, conventuales juxta morem dicti ordinis nuncupati, et unus conversus dumtaxat a longo tempore citra in eo habitaverunt et habitant de presenti, devenitque alias dicta domus ad miserabilem statum adeo, ut, nisi provideatur, de illius totali desolatione verisimiliter dubitatur (!). Verum si in dicta domo introducerentur fratres dicti ordinis, de observantia nuncupati, et dicti fratres conventuales et conversus ad alias domos eorundem fratrum, conventualium nuncupatorum, transferrentur, profecto in ecclesia dicte domus eorundem fratrum, de observantia nuncupatorum, exemplari vita, assidua et devota divinorum celebratione et predicationibus verbi dei et exhortationibus Christi fidelium devotio ad ipsam domum, audiendas in illa missas et alia divina officia de novo cum mira eorum spirituali consolatione et animarum salute susciperet[2]) incrementum. Supplicat igitur Franciscus (!) dux Slesvicensis, regis Dacie germanus, qui ad eandem domum, ordinatione et expensis progenitorum suorum ducum Slesvicensium fundatam et libris, calicibus et crucibus, paramentis et aliis ecclesiasticis ornamentis decenter munitam, specialem gerit devotionis affectum et pro dei laude et dicti ordinis honore cupit, quod ibi[3]) cultus divinus predictus vigeat et augeatur in dies, quatenus alicui prelato in partibus illis, ut ad dictam domum personaliter se conferat et illam reformet et, si expedire putaverit, amotis exinde dictis fratribus conventualibus, in illa dictos fratres, de observantia nuncupatos, introducat et eam per ipsos fratres in posterum juxta eorum laudabiles ritum et mores gubernandam obedientie eiusdem vicarii subjiciat et, quod per eosdem fratres, de observantia nuncupatos, perpetuis futuris temporibus regi debeat, qui eiusdem vicarii obedientie sint subjecti, statuat, mandare dignemini; liceat tamen, statuto et ordinatione huiusmodi nequaquam obstantibus, ministro generali fratrum dicti ordinis conventualium imposterum vel eius commissario totiens, quotiens secundum deum expedire putaverit, dictam domum et in ea pro tempore existentes guardianum et fratres presente[4]) vicario provinciali provincie Dacie, in qua domus ipsa consistit,

[1]) Cod. ex eiusdem [2]) Cod. susciperent [3]) Cod. ille
[4]) Gz. — Cod. presentate

dictorum fratrum, de observantia nuncupatorum, seu ipsius domus guardiano pro tempore existentibus, in capite et in membris visitare et visitationis officium juxta regularia instituta dicti ordinis exercere, dictique guardianus et fratres in ipsa domo tunc existentes eundem generalem ministrum et eius socios honorifice recipere et honorem sibi exhibere solitamque collectam ratione dicti monasterii dicto generali ministro solvi consuetam solvere teneantur, non obstantibus constitutionibus apostolicis Pauli II et Sixti IV super concordatis inter tunc generalem ministrum conventualium et vicarios de observantia fratrum predictorum confectis litteris, per quas inhibetur dictis fratribus de observantia, ut domos dictorum fratrum conventualium recipiant, sub censuris et penis in illis contentis . . . Fiat. R. . . . Videat protector ordinis. Videtur concedenda reservatis juribus generalis scilicet collecte. G. Vlixbonensis. Datum Rome 3. kal. julii anno 7.

Suppl. 1079 fol. 30.

Slesvicensis. Fridericus dux Slesvicensis. Amotio a domo s. Francisci civitatis Slesvicensis fratrum Minorum conventualium et receptio in illa fratrum Minorum de observantia.

Uddrag i Indice 341 efter Reg. Lat. Alex. VI anno 7 lib. 25 (tabt) fol. 80.

Fridericus dux Slesvicensis, Joannis Dacie regis germanus frater, hoc anno 3. id. (!) julii a pontifice obtinuit, ut conventus s. Francisci Slesvicensis, a progenitoribus suis ducibus Slesvicensibus egregie olim constructus, calicibus, paramentis omnique necessaria supellectili abundanter instructus, sed tunc incolis ferme destitutus et ad humilem statum redactus, transferretur ad observantes.

Uddrag i Wadding, Annales Minorum XV, 194 efter tabt Brev i »Lib. 198 fol. 80«; Datoen sikkert fejlagtig for 3. kal. julii.

3724. 1. (og 9.) Juli (og 31. Okt.) 1499.

Trondhjemkanniken Philip Ingemarsen, som er Kollektor i de 3 nordiske Riger, forpligter sig og sit Gods til det pavelige Kammer; Provsten Hemming Gad i Linköping, Ærkedegnen i Ribe, Aarhus og Viborg Laurens Vesteni og Forstanderen for den hellige Birgittes Hospital i Rom Petrus Henrici kautionerer for ham.

[1499] Die 1. mensis julii Philippus Inghemari canonicus Nidrosiensis sponte obligavit se et bona sua mobilia et immobilia presentia et futura in forma et sub penis camere et promisit assignare bonum et fidele computum de omnibus pecuniis per ipsum Philippum colligendis et exigendis ratione officii col-

lectorie regnorum Dacie Svecie et Norvegie, in quibus est per sanctissimum dominum nostrum papam et cameram apostolicam deputatus collector eiusdem camere etc. Renuntiavit etc., constituit etc., submisit se etc., voluit etc., juravit etc. et in dicta forma se obligavit etc. . . . et promisit relevare indemnem infrascriptum Herminghum fidejussorem etc.

Dicta die Heminghus Gad prepositus Lincopensis orator regis Svecie sponte accessit prefate obligationi et obligavit se et bona sua etc. in simili forma camere etc. Juravit etc.

Die 9. eiusdem [mensis] julii Laurentius Westeni archidiaconus Ripensis, Arusiensis et Vibergensis ecclesiarum sponte accessit prefate obligationi et promisit ut supra etc. Juravit etc.

Die ultima [mensis] oct. Petrus Henrici rector domus hospitalis s. Brigide de Urbe presens sponte etc. accessit supradicte obligationi in simili forma camere. Juravit etc.

Libri officialium 1479—1505 fol. 70 (Archivio di Stato). Trykt Dipl. Norv. XVII, 665—66.

3725. 10. Juli 1499.

Paven udnævner sin familiaris, Trondhjemkanniken Filip Ingemarsen til Nuntius og Kollektor i Danmark, Sverige og Norge og afsætter alle tidligere Kollektorer. Filip skal aflægge Troskabsed til den pavelige Kammermester, Kardinal Raphael (Riario).

Philippo Ingemari canonico Nidrosiensi, apostolice sedis nuntio, familiari nostro ac fructuum ac censuum et aliorum jurium in provinciis Dacie, Svecie et Norvegie cunctisque civitatibus et diocesibus regni Dacie debitorum collectori. Ex fideli solertia *(Dipl. Norv. XVII, 666—68)*. Datum Rome 6. id. julii anno 7.

Reg. Vat. 877 fol. 121.

3726. 18. Juli 1499.

Præsten Johan Breyde fra Slesvig Stift faar ny Provision paa et evigt Vikariat (Provsti) i Lüneburg.

Supplicat Johannes Breyde presbiter Slesvicensis diocesis, quatenus sibi de perpetua vicaria ad altare omnium apostolorum et s. Algund[is] situm in ecclesia parrochiali s. Johannis baptiste, prepositura nuncupata, opidi Luneburgensis Verdensis diocesis [fructus 4 mr.] . . . . de novo providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . . Datum Rome 15. kal. aug. anno 7.

Suppl. 1080 fol. 142 v.

3727. **27. Juli 1499.**

Paven giver Hertug Frederik af Slesvig og Holsten og Sofia af Mecklenburg Dispensation til at indgaa Ægteskab, skønt de er beslægtede i tredie Grad.

Nobili viro Frederico duci Holsacie et Slesvicensi. Devotionis tue probata sinceritas, quam ad nos et Romanam ecclesiam habere dinosceris, promeretur, ut juris temperato rigore votis tuis, per que status tui tranquillitati ac prosapie domus tue decori consulatur, quantum cum deo possumus, favorabiliter annuamus. Oblate siquidem nobis nuper pro parte tua petitionis series continebat, quod tu pro status tui quiete et conservatione ac dicte prosapie tue decore . . . . desideras cum nobili muliere Sophia, nobilis viri Magni ducis Magnipolensis nata, matrimonialiter copulari, sed quia tibi tertio consanguinitatis gradu est conjuncta, huiusmodi desiderium tuum adimplere non vales, dispensatione apostolica super hoc non obtenta. Quare pro parte tua nobis fuit supplicatum, ut tibi et dicte Sophie super hoc de oportune dispensationis gratia providere dignaremur. Nos igitur . . . . tecum et cum dicta Sophia, dummodo ipsa propter hoc rapta non fuerit, ut impedimento predicto non obstante matrimonium invicem contrahere et in eo, postquam contractum fuerit, remanere libere valeatis, tenore presentium dispensamus, prolem ex huiusmodi matrimonio suscipiendam legitimam nuntiantes . . . . Datum Rome 6. kal. aug. anno 7.

XXXX.

Orig. med Bulle i Silkesnor i Gemeinschaftl. Archiv I, 12. L. Dipl.; ogsaa Supplik (Fiat. R.) i Suppl. 1080 fol. 198.

3728. **1. Aug. 1499.**

Klerken Laurens Jensen faar ny Provision paa Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Vacantibus alias canonicatu et prebenda ecclesie Roskildensis per obitum Johannis Johannis, Laurentius Johannis clericus Roskildensis diocesis de illo [ɔ: illis] sibi auctoritate ordinaria provideri obtinuit possessione subsecuta. Cum autem dubitat provisionem huiusmodi et inde secuta viribus non subsistere, sed illos adhuc vacare, supplicat, quatenus sibi de canonicatu et prebenda predictis [fructus 4 mr.] providere dignemini . . . Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Datum Rome kal. aug. anno 7.

Suppl. 1080 fol. 283 v.

Roskildensis. Laurentius Joannis. Nova provisio canonicatus.

Uddrag i Indice 341 efter Reg. Lat. Alex. VI anno 7 lib. 21 (tabt) fol. 111.

3729. **12. Aug. 1499.**

Klerken Thomas Mortensen fra Roskilde Stift faar et evigt Vikariat i Roskilde Domkirke, skønt han i sin Ansøgning havde angivet Embedet forkert.

Dudum quodam perpetuo simplici beneficio, vicaria nuncupato, ad altare s. Magni situm in ecclesia Roskildensi vacante, s. v. de illo Thome Martini clerico Roskildensis diocesis per suas litteras providit . . . Cum autem dictum beneficium non ad s. Magni, prout expressum fuit, sed ad s. Crucis, Sacristige nuncupatum, altare intitulatur, et propterea dubitat litteras predictas de surreptionis vitio notari seque desuper molestari posse tempore procedente, supplicat, quatenus sibi, quod littere predicte ac illarum vigore facte collatio et provisio ac processus habiti per easdem [et] inde secuta quecunque a data presentium valeant plenamque roboris firmitatem obtineant et sibi suffragentur in omnibus, perinde ac si in eisdem litteris, quod beneficium ipsum non ad s. Magni, sed ad s. Crucis, Sacristige nuncupatum, altare intitulabatur, expressum fuisset, concedere dignemini . . . . Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Datum Rome pridie id. aug. anno 7.

Suppl. 1081 fol. 13.

Roskildensis. Thomas Martini. Vicaria per resignationem.

Uddrag i Indice 341 efter Reg. Lat. Alex. VI anno 6 lib. 2 (tabt) fol. 233.

3730. **23. Aug. 1499.**

Optegnelse om, at Trondhjemkanniken Filip Ingemarsen aflægger Ed som Kollektor i Danmark, Sverige og Norge til den pavelige Kammermesters Vikar Petrus (Isuali), Ærkebiskop af Reggio.

Anno 1499 die 23. aug. *(Dipl. Norv. XVII, 1134).* Acta fuerunt hec Rome in camera apostolica.

Reg. Vat. 875 fol. 70 v.

3731. **3. Sept. 1499.**

Præsten Magister Poul Andersen fra Roskilde Stift faar motu proprio to evige Vikariater i Roskilde og Lunde Domkirker.

Motu proprio Paulo Andree presbitero Roskildensis diocesis, in artibus magistro et antiquo curiali, de perpetua vicaria ad altare s. Lucii in ecclesia Roskildensi [fructus 3 mr.] necnon de perpetua vicaria ad altare s. Ypoliti martiris in ecclesia Lundensi [fructus similiter 3 mr.], per obitum Johannis Olaui in Romana

curia defuncti vacantibus, providemus . . . . Fiat. R. . . . . Datum Rome 3. non. sept. anno 8.

Suppl. 1084 fol. 100 v.

3732. **3. Sept. 1499.**

Klerken Magister Hans Brask fra Linköping Stift faar motu proprio Kanonikat og Præbende i Lund, ledige ved Jens (Olufsen)s Død ved Kurien.

Motu proprio etc. Johanni Brasche clerico Lincopensis diocesis in artibus magistro utriusque juris baccalario *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Fiat. R. Datum Rome 3. non. sept. anno 8.

Suppl. 1085, upag.

3733. **30. Okt. (5. Nov.) 1499.**

Klerken Niels Kepken fra Roskilde faar, skønt kun 24 Aar gammel, Dekanatet i Roskilde.

Cum decanatus ecclesie Roskildensis, qui inibi dignitas maior post pontificalem existit et qui de jure patronatus Johannis Dacie tunc regis [existit], per obitum Johannis Johannis tanto tempore vacaverit, quod illius collatio ad sedem apostolicam legitime devoluta existit, supplicat Nicolaus Kepken clericus Roskildensis, [qui] de nobili genere procreatus et in vigesimo quarto sue etatis anno quasi completo existit, quatenus sibi de decanatu predicto [fructus 30 mr.][1]) cum oportuna dispensatione etatis predicte providere dignemini. Fiat. R. . . Et si aliquis in eodem decanatu intrusus esset, tempus detentionis ac nomen, cognomen, gradus nobilitatis ac vera et specificata causa, per quam constat ipsum decanatum vacare, et alia juxta regulam de impetrantibus beneficia per annum possessa requisita exprimi possint in confectione litterarum . . . Datum Rome 3. kal. nov.[2]) anno 8.

Suppl. 1088 fol. 10 og (II) 1085, upag.

31. Okt. 1499.

Se 1. Juli 1499.

3734. **6. Nov. 1499.**

Optegnelse om, at Paven udnævner Kardinal Johannes (de Castro) til Administrator af Slesvig Stift.

[1499] Die et consistorio predictis [ɔ: die mercurii 6. mensis nov. idem sanctissimus dominus noster] motu proprio ecclesiam

[1]) II: 30 fl. auri de camera [2]) II: non. nov. anno 8.

Slesvicensem, vacantem per obitum Egeardi in Romana curia defuncti, Johanni cardinali Agrigentino in administrationem dedit.

Arch. Consist. Acta Camerarii 1 fol. 79 v.

1499. 6. nov. cardinalis Agrigentinus fit administrator Slesvicensis ecclesie per obitum Egeardi.

Uddrag af Garampi efter Prov. S. C. fol. 155 v (tabt).

3735. 6. Nov. 1499.

Paven befaler sin Kapellan og Auditør, Magister Guillermus de Perreriis at overdrage Ærkebiskop Johannes (de Castelar) i Trani Provstiet i Hildesheim, hvorom der ved Kurien var ført langvarige Processer, i hvilke bl. a. Biskop Eggert Durkop i Slesvig havde været indviklet.

Magistro Guillermo de Perreris, capellano nostro et causarum palatii apostolici auditori. Personam . . Johannis archiepiscopi Tranensis nobis et apostolice sedi devotam suis exigentibus meritis paterna benivolentia prosequentes, illa sibi favorabiliter concedimus, que suis commoditatibus fore conspicimus oportuna. Accepimus siquidem, quod, orta dudum inter Egerdum episcopum Slesvicensem et quondam Henricum Valdembourch, qui se gerebat pro clerico, super prepositura ecclesie Hildesemensis, quam quilibet eorum ad se de jure spectare asserebat, materia questionis, nos causam huiusmodi, non obstante quod ad Romanam curiam legitime devoluta et apud eam de juris necessitate tractanda et finienda non esset, bone memorie Georgio episcopo Milopotamensi, tunc in Romana curia residenti, ad ipsius Egerdi episcopi instantiam audiendam commisimus et fine debito terminandam, ipseque Georgius in causa huiusmodi procedens diffinitivam pro dicto Egerdo episcopo et contra prefatum Henricum sententiam promulgavit; a qua pro parte dicti Henrici ad sedem eandem appellato, nos causam appellationis huiusmodi Antonio episcopo Agiensi in eadem curia residenti audiendam commisimus et fine debito terminandam, ipseque Antonius episcopus in illa procedens diffinitivam, per quam dictam preposituram prefato Egerdo episcopo inter alia adjudicavit, sententiam promulgavit; et cum sententia predicta nulla provocatione suspensa in rem transivisset judicatam, et littere executoriales desuper decrete, et Henricus vita functus ac Egerdus episcopus prefatus ipsius prepositure possessionem assecutus fuissent, nos, ad instantiam prefati Johannis archiepiscopi, cui olim preposituram ipsam, quamprimum [per] decessum [ɔ: cessum] vel de-

cessum ipsius ecclesie tunc prepositi vacare contingeret, motu proprio commendaveramus, et, si inter ipsum prepositum et dictum Egerdum episcopum aut alium litigiosa esset, eum in eventum cessus vel decessus huiusmodi in omni jure, si quod eidem tunc preposito in illa quomodolibet competeret, surrogaveramus et jus huiusmodi sibi concesseramus, ac eum ad illud ac illius et litis et cause predictarum prosecutionem et defensionem in eo statu, in quo idem cedens vel decedens tempore cessus vel decessus huiusmodi esset et, si vixisset vel non cessisset, potuisset et debuisset admitti, etiam quoad ipsius prepositure possessionem, ut erat moris, admitti inter alia decreveramus, prout in aliis nostris inde confectis litteris plenius continetur, nullitatis sententiarum et litterarum executorialium huiusmodi negotiique principalis causas tibi audiendas commisimus et fine debito terminandas, tuque in illis ad nonnullos actus citra tamen conclusionem diceris processisse. Cum autem, lite huiusmodi sic coram te indecisa pendente, prefatus Egerdus episcopus in dicta curia fuerit vita functus, nos dicto Johanni archiepiscopo, qui secundum carnem nepos noster existit, ... specialem gratiam facere volentes, motu simili . . . discretioni tue etc. [ɔ: mandamus], quatenus eundem Johannem archiepiscopum, dummodo in prefata prepositura intrusus non fuerit, in omni jure, si quod Egerdo episcopo et Henrico prefatis tempore obitus ipsorum in eadem prepositura competebat, auctoritate nostra surroges . . . . et nichilominus preposituram ipsam, ... [fructus 100 mr.] eidem Johanni archiepiscopo per eum . . . gubernandam . . . auctoritate nostra commendes . . . Datum Rome 8. id. nov. anno 8.

Gratis pro nepote s. d.
Reg. Vat. 832 fol. 176.

3736. **6. Nov. 1499.**

Paven overdrager Kardinalpresbyteren af St. Prisca, Johannes (de Castro), Administrationen af Slesvig Stift.

Johanni tituli s. Prisce presbitero cardinali. Ecclesiarum quarumlibet utilitati tunc recte consulitur et indemnitati salubriter providetur, cum viris providis et circumspectis earum cura committitur. Unde Romanus pontifex, cui ex apostolatus incumbit officio de universi orbis ecclesiis solicite cogitare, illarum administrationem s. Romane ecclesie cardinalibus, quos in partem solicitudinis evocavit altissimus, interdum committit, ut

per illorum providentiam circumspectam ecclesie ipse preserventur a noxiis ac felicibus in spiritualibus et temporalibus dante domino proficiant incrementis. Dudum siquidem provisiones ecclesiarum omnium apud sedem apostolicam tunc vacantium et inantea vacaturarum dispositioni nostre reservavimus. Postmodum vero ecclesia Slesvicensi . . per obitum Egerdi episcopi, qui apud sedem predictam diem clausit extremum, apud sedem eandem pastoris solatio destituta, nos . . . . . te perpetuum administratorem in spiritualibus et temporalibus ecclesie predicte tenore presentium deputamus, ... tibi concedendo, quod, debitis et consuetis ipsius ecclesie supportatis oneribus, de residuis illius fructibus disponere libere valeas, . . . alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium et pretiosorum mobilium penitus interdicta . . . . Datum Rome 8. id. nov. anno 8.

Simili modo Johanni Dacie regi. Gratie divine premium et humane laudis preconium acquiritur, si per seculares principes prelatis, presertim cardinalatus honore fulgentibus et cathedralium ecclesiarum regimini presidentibus, oportuni favoris presidium et honor debitus impendatur. . . .

Simili modo Archiepiscopo Lundensi.
Capitulo ecclesie Slesvicensis.
Clero civitatis et diocesis Slesvicensis.
Populo — - — —
Universis vassallis ecclesie —

Reg. Vat. 841 fol. 17.

3737. **6. Nov. 1499.**

Paven tildeler Kardinalpresbyteren af St. Prisca, Johannes de Castro, Kanonikater og Præbender i Hildesheim og Lübeck, Skatmesterembedet i Lübeck og et evigt Vikariat i Verden, som alle var ledige ved Biskop Eggert Durkops Død.

Johanni tituli s. Prisce presbitero cardinali. Dum exquisitam [etc.]. Dudum siquidem omnes canonicatus et prebendas . . . apud sedem apostolicam vacantes dispositioni nostre reservavimus . . . Cum itaque postmodum Hildesemenses [fructus 6 mr.] ac Lubicenses canonicatus et prebende necnon eiusdem ecclesie Lubicensis thesauraria, que inibi dignitas non tamen post pontificalem maior existit [fructus insimul 10 mr.], ac quedam perpetua vicaria sine cura [fructus 8 mr.] in ecclesia Verdensi, quos Egerdus episcopus Slesvicensis ex dispensatione apostolica obtinebat, per obitum eiusdem Egerdi, qui apud sedem aposto-

licam diem clausit extremum, vacent ad presens, nos motu proprio tibi [eosdem] per te, quoad vixeris, etiam unacum s. Prisce de Urbe, que titulus tui cardinalatus existit, ac Agrigentina, cui ex dispensatione apostolica preesse dinosceris, necnon Slesvicensi, cui etiam hodie, per obitum Egerdi huiusmodi vacanti, te in administratorem in spiritualibus et temporalibus deputavimus, ac omnibus aliis ecclesiis ceterisque beneficiis, que obtines et obtinebis, gubernandos tenore presentium commendamus..... Quocirca Lucano et Vulterrano ac Ripensi episcopis mandamus [etc.]. Datum Rome 8. id. nov. anno 8.

Reg. Vat. 843 fol. 288 v.

3738. **6. Nov. 1499.**

Præsten Poul Andersen fra Roskilde Stift faar Sognekirken i Hørby i samme Stift og Tilladelse til at modtage og beholde to ellers uforenelige Embeder.

Supplicat Paulus Andree, presbyter Roskildensis diocesis anticuus curialis, quatenus sibi de parrochiali ecclesia in Herby Roskildensis diocesis [fructus 3 mr.], per obitum Johannis Alani in Romana curia ante duos menses defuncti vacante, providere et secum, ut quecunque duo curata vel alias invicem incompatibilia beneficia . . ., si sibi alias canonice conferantur . . ., recipere et insimul cum clausula permutandi totiens quotiens retinere libere possit, concedere dignemini. Fiat. R. . . . Et si orator aliquod curatum ad presens obtinet, id exprimi . . . . possit in litteris. Datum Rome 8. id. nov. anno 8.

Suppl. 1088 fol. 106 v.

3739. **8. Nov. 1499.**

Kardinalkollegiet opfordrer Kapitlet i Slesvig til at anerkende den af Paven udnævnte Kardinal Johannes (de Castro) som Administrator af Stiftet og lade ham nyde Indtægten deraf.

. . . . Episcopi, presbiteri, diaconi ss. Romane ecclesie cardinales capitulo ecclesie Slesvicensis sinceram in domino charitatem. Nuper ecclesie Slesvicensi predicte et certis aliis beneficiis per obitum Egerdi episcopi apud sedem apostolicam defuncti vacantibus sanctissimus dominus noster de optime merita persona . . . Johannis tituli s. Prisce presbiteri cardinalis Agrigentini confratris nostri providit, qui ob singularem eius virtutem ac summam bonitatem evectus ad dignitatem cardinalatus in hac curia et gratia et auctoritate apud omnes plurimum valet.

Propterea vos inprimis letari magnopere debetis, quod pietas apostolica talem vobis pastorem deputaverit, ut conservationi ecclesie ac commoditatibus vestris bene consultum esse videatur. Itaque hortamur vos atque etiam rogamus, uti pro communi utilitate et honore vestro curam adhibeatis, ne fructus et bona ecclesie predicte distrahantur, sed ea omnia vestra fide ac diligentia cum possessione ipsius ecclesie procuratori . . . cardinalis confratris nostri, cum istuc venerit, libere assignetis, in quo et obedientiam sancte sedi apostolice et reverentiam episcopo vestro sic [ut decet] cum laude vestra prestabitis, collegio autem nostro rem admodum [gratam efficietis. Datum Rome die 8. nov.] 1499 sub signetis nostrorum trium in [ordine priorum].

Henr. Tarentinus.

Udskrift: Canonicis et capitulo ecclesie Slesvicensis, amicis nostris charissimis, episcopi, presbiteri, diaconi, s. Romane ecclesie cardinales.

Orig. paa Papir med tre paatrykte Segl i Svavsteds Bispearkivs Papirsbreve Nr. 145. Trykt daarligt i Cypræus Annal. episc. Slesv. 399 f. (Reg. 5146*), hvorfra det i [ ] satte.

3740. **9. Nov. 1499.**

Præsten Christian Didriksen fra Slesvig Stift faar ny Provision paa Sognekirken i Aller i Slesvig Stift.

Ecclesia parrochiali Aluer (?) Slesvicensis diocesis per liberam resignationem Jacobi Thelens . . vacante, Cristianus Theoderici presbiter Slesvicensis diocesis ad eandem [est] presentatus, et ordinarius instituit illum et contulit illi etc. possessione subsecuta. Verum dubitat presentationem, institutionem, collationem et possessionem predictas et inde secuta forsan viribus non subsistere, sed eandem adhuc vacare. Supplicat igitur, quatenus . . eum (!), quatenus gratificationi locus sit, gratificando, de ecclesia parrochiali predicta [fructus 4 mr.] eidem oratori in forma nove provisionis si neutri [etc.] providere dignemini . . . Datum Rome 5. id. nov. anno 8.

Suppl. 1086 fol. 104.

3741. **9. Nov. 1499.**

Klerken Jens Didriksen fra Slesvig Stift faar to Kapeller i Ødis og Taps.

Supplicat Johannes Theoderici clericus Slesvicensis, quatenus sibi de duabus capellis parrochialibus invicem unitis in Odis et Taspe dicte Slesvicensis diocesis, per obitum Mathei

Johannis vacantibus [fructus 4 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Datum Rome 5. id. nov. anno 8.

Suppl. 1086 fol. 104.

3742. **10. Dec. 1499.**

Johan Jepsen (Ravensberg) faar Fristen for Publikationen af Provisionsbrevet paa en Sognekirke forlænget med 3 nye Maaneder foruden den allerede tidligere bevilgede Forlængelse af 3 Maaneder.

Reformatio Johannis Jacobi.

Orator in preinserta nominatus adhuc non potuit acceptationem, provisionem et publicationem predictas propter guerras et viarum discrimina ac nonnullos alios sinistros eventus intrusis in dicta parrochiali ecclesia intimare. Dignetur s. v. posteriorem terminum in preinserta reformatione ad tres menses concessum ad alios tres menses a fine dictorum trium mensium nondum elapsorum computandos prorogare, perinde ac si acceptationem et provisionem et publicationem predictas dictis intrusis intimasset, non obstante dicta regula s. v. in contrarium edita, cui, illa alias in suo robore permansura, hac vice dumtaxat derogare placeat. Concessum. A. cardinalis s. Praxedis. Et quod sola signatura presentis supplicationis sufficiat in judicio et extra, attento quod orator est presens in curia. Datum Rome . . . 4. id. dec. anno 8.

Suppl. 1088 fol. 67.

3743. **Før 26. Dec. 1499.**

Kong Hans, Dronning Christine, den udvalgte Konge Christiern, Prinsesse Elisabeth og Hertug Frederik faar Tilladelse til at vælge en Skriftefader, som kan give dem Absolution een Gang i Livet i Tilfælde, der ellers er forbeholdte Pavestolen, og saa ofte, de ønsker det, i alle andre Tilfælde, samt tillade dem at ombytte nogle fromme Løfter med andre og een Gang i Livet give dem Plenaraflad; endvidere faar de Lov til at lade holde Messe, modtage Sakramenterne og begraves under Interdikt, til ved Besøg i hjemlige Kirker at opnaa Jubelaarsafladen, til at spise Æg, Smør etc. i Fastetiden.

Ut animarum saluti Johannis Dacie, Svecie, Norvegie ac Slauorum et Gottorum regis necnon Cristine dictorum regnorum et dominiorum regine et Cristierni dicti regni Dacie regis electi ac Elizabeth dictorum regis et regine filie necnon Frederici etiam heredis Norvegie ac respective ducum et ducissarum Slesvicensis, Holzacie, Stormarie Ditmercieque comitum et comitissarum in Oldenburg et Delmenhorst salubrius consulatur, supplicant igitur s. v. devotissimi et illustrissimi prefati, quatinus

eis, ut confessor idoneus secularis vel cuiusvis ordinis regularis presbiter, quem quilibet ipsorum pro tempore duxerint eligendum, ipsos ab omnibus excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et penis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis et promulgatis, necnon peccatis, excessibus, criminibus et delictis, quantumcunque gravibus et enormibus, etiamsi talia forent, propter que sedes apostolica merito foret consulenda, de quibus corde contriti et ore confessi fuerint, videlicet de reservatis sedi apostolice casibus semel in vita et in mortis articulo exceptis in bulla *Cene domini* contentis, de aliis vero sedi apostolice non reservatis casibus totiens, quotiens opus fuerit, absolvere et eis pro commissis penitentiam salutarem injungere, vota vero quecunque per eos forsan emissa, Hierosolimitanum, visitationis apostolorum Petri et Pauli de Urbe, Jacobi de Compostella, religionis et continentie votis dumtaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare et juramenta quecunque relaxare necnon semel in vita et in mortis articulo plenariam omnium peccatorum suorum remissionem et absolutionem auctoritate apostolica impendere possit, et insuper, quod in eorum ac familiarium ipsorum presentia, in locis etiam ecclesiastico interdicto quavis ordinaria auctoritate suppositis, tam in altari portatili in locis congruis et honestis quam quibuscunque ecclesiis et capellis, clausis januis, excommunicatis et interdictis prorsus exclusis, missas et alia divina officia celebrari facere et interesse, ibidem eucaristiam et alia sacramenta ecclesiastica recipere et decedentium eorundem corpora tradi sepulture libere valeant, dummodo ipsi causam non dederint interdicto nec fuerit eis specialiter interdictum, quodque altaria aliqua in aliquibus ecclesiis seu aliquas ecclesias per eos et juxta eorum arbitrium eligenda seu eligendas tam quadragesimali quam aliis temporibus visitando easdem indulgentias et peccatorum remissiones, etiam si plenarie sint, consequantur, quas consequerentur, si diebus stationum ecclesiarum Urbis ipsas ecclesias stationum eisdem temporibus seu diebus stationum ac tam predictis quam aliis diebus seu temporibus septem ecclesias principales dicte Urbis seu extra illius muros personaliter visitarent et in anno jubileo proxime futuro eas, quas personaliter ad Urbem veniendo et limina sanctorum visitando; ipsi quoque adhibitis aliquibus familiaribus secretis quadragesimalibus et aliis anni temporibus et diebus prohibitis ovis, butiro, caseo et aliis lacticiniis absque conscientie

scrupulo libere totiens, quotiens eis placuerit, uti et vesci possint, eis licentiam et facultatem concedere et indulgere dignemini, non obstantibus regula s. v., quod indulgentie non concedantur ad instar, nisi ille exprimantur, necnon bulla suspensionis indulgentiarum et confessionalium per e. s. v. concessa et publicata, cui derogare placeat .... Fiat. R. .... Et quod transsumptum [ɔ: -to] presentium per notarium publicum subscriptum [ɔ: -to] et alicuius prelati seu curie spiritualis sigillo munito plena fides ubique adhibeatur. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat absque aliarum litterarum expeditione. *Uden Dato.*

[Indtaget i et Transsumpt, udstedt efter Originalen af Provsten Erik Valkendorf i Børglum og undertegnet og beseglet af hans Notar, Klerken Johan Hertenbreker fra Slesvig Stift, dateret Sønderborg 1500 (ɔ: 1499) die jovis 26. mensis dec., indictione 3, pontificatus anno 8], dette atter afskrevet i L. Dipl. og i Barth. H, 982 ff.

3744. **1. Jan. 1500 (1501?).**

Paven befaler Biskoppen Ditlev Pogwisch i Slesvig og Kantoren sammesteds at sørge for, at de Godser, der er fratagne Vikarerne i Slesvig, gives tilbage til disse.

Alexandri VI mandatum ad episcopum Slesvicensem Detlevum Pogwischium et cantorem directum, ut bona vicariis Slesvicensibus ablata et occulta restituantur. Rome 1500 kal. jan.

Uddrag i Westphalen, Monumenta IV, 3191. Reg. 5175.

3745. **13. Jan. 1500.**

Præsten Jesper Andersen faar Ærkedegneembedet i Ribe, hvortil Kong Hans har præsenteret ham.

Alias archidiaconatu ecclesie Ripensis, qui inibi dignitas existit, vacante, et qui de jure presentandi regis Dacie etc. existit, Jasperus Andree presbiter Ripensis diocesis illum ex presentatione Johannis moderni regis extitit assecutus. Dubitat autem de viribus premissorum; supplicat igitur, quatenus sibi . . . de eodem [fructus 24 fl. auri de camera] simpliciter vel de novo providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Datum Rome id. jan. anno 8.

Suppl. 1089 fol. 135.

3746. **20. Jan. 1500.**

Klerken Henrik Becker fra Roskilde Stift, Sognepræst i Sagarde (paa Rügen) faar Dispensation til i to Aar ikke at lade sig indvie til de gejstlige Grader.

Supplicat Henricus Becker clericus Roskildensis diocesis, rector parrochialis opidi Sagerde eiusdem diocesis, quatenus secum, ut ratione dicte ecclesie per eum obtente aut quorumcunque beneficiorum curatorum seu alias sacros ordines requirentium per eum obtentorum et imposterum obtinendorum ad biennium a fine primi anni computandum, in quo adhuc quoad dictam ecclesiam et obtenta existit, ad aliquem ex sacris ordinibus se promoveri facere minime teneatur, dispensare dignemini . . . Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 13. kal. febr. anno 8.

Suppl. 1090 fol. 2.

3747. **24. Jan. 1500.**

Akolyterne Jens Andersen i Nakskov og Jens Pedersen i Nyborg faar Tilladelse til at lade sig indvie til de gejstlige Grader af en hvilkensomhelst Biskop ved Kurien.

Cum Johannes Andree accolitus Roskildensis diocesis, perpetuus altarista altaris b. Marie virginis in collegiata ecclesia s. Nicolai in Naskoff Ottoniensis diocesis et Johannes Petri accolitus Ottoniensis, altarista altaris s. Anne in collegiata ecclesia b. Marie virginis in Nwbur eiusdem diocesis, ratione dictorum suorum beneficiorum ad omnes, etiam sacros et presbiteratus, ordines promoveri [se facere sint] astricti, supplicant igitur, quatenus eis, ut a quocunque catholico antistite in Romana curia residente aliquibus tribus diebus dominicis vel festivis, etiam extra tempora a jure statuta, ad omnes supradictos ordines promoveri possint, episcopo huiusmodi ordines conferendi et oratoribus recipiendi licentiam concedere dignemini . . . Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Et quod examinentur in camera apostolica, in qua etiam docere habeant, quod ratione dictorum beneficiorum arctati existunt. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat . . . Datum Rome 9. kal. febr. anno 8.

Suppl. 1089 fol. 310 = 289.

3748. **4. Febr. 1500.**

Paven befaler Provsten i Güstrow og Officialerne i Slesvig og Ribe at overdrage Klerken Jens Pedersen fra Før Sognekirken i Emmelsbøl i Slesvig Stift og et evigt Vikariat paa Før.

Preposito ecclesie s. Cecilie Gustrowensis Caminensis diocesis ac Slesvicensi et Ripensi officialibus. Grata familiaritatis obsequia . . . necnon vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque

parrochialis ecclesia s. Petri Emensbul infra limites prepositure Wyda et perpetua vicaria ad altare s. Anne situm in parrochiali s. Johannis in Fior dicte diocesis, que de jure patronatus laicorum existunt, vacent ad presens et tanto tempore vacaverint, quod earum collatio juxta Lateranensis statuta concilii est ad sedem apostolicam legitime devoluta, nos, volentes Johanni Petri de Fior clerico Slesvicensis diocesis familiari nostro, qui obsequiis magistri Dominici Galletti scriptoris et secretarii ac familiaris nostri insistendo etiam continuus commensalis noster existit, et cum quo dudum, tunc clericali caractere rite insignito, super defectu natalium, quem patitur de presbitero genitus et soluta, ut eo non obstante quecunque beneficia se invicem compatientia . . . . recipere et retinere valeret, apostolica fuit auctoritate dispensatum, . . gratiam facere specialem . . . discretioni vestre etc. [ɔ: mandamus], quatenus ecclesiam s. Petri et, que sine cura est, vicariam predictas [fructus insimul 4 mr.] eidem Johanni auctoritate nostra conferre curetis . . . . Datum Rome pridie non. febr. anno 8.

Gratis pro deo.

Reg. Vat. 831 fol. 154; ogsaa Supplik (Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis) i Suppl. 1091 fol. 30 v.

3749. **5. Marts 1500.**

Klerken Matheus Hacke fra Schwerin Stift faar evige Vikariater i Slesvig og Sudar paa Rügen.

Supplicat Matheus Hacke clericus Zwerinensis diocesis, s. v. familiaris continuus commensalis, quatenus sibi de perpetuis sine cura vicariis in ecclesia Slesvicensi ac parrochialem [ɔ: -li] opidi Sund in Rugia Zwerinensis et Roskildensis diocesium per obitum Johannis Weghenet et Petri Badendick vacantibus [fructus insimul 4 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . . Datum Rome 3. non. martii anno 8.

Suppl. 1093 fol. 187 v.

3750. **17. Marts 1500.**

Sognepræsten Jørgen Nielsen i Broager i Slesvig Stift faar Tilladelse til at lade sig indvie til de gejstlige Grader ved Kurien.

Supplicat Georgius Nogelssen rector parrochialis ecclesie Broacker Slesvicensis diocesis [*etc. som Nr. 3747*]. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Et quod pre-

sentis supplicationis sola signatura sufficiat. Et quod examinetur in camera apostolica. Datum Rome 16. kal. aprilis anno 8.

Suppl. 1092 fol. 225.

3751. **23. Marts 1500.**

Klerken Jens Pedersen fra Før faar ny Provision paa et evigt Vikariat i Slesvig Domkirke.

Vacante alias quadam perpetua vicaria in ecclesia Slesvicensi per obitum Johannis succentoris, Johannes Petri de Fior clericus dicte Slesvicensis diocesis, qui magistri Dominici Galletti scriptoris et secretarii apostolici obsequiis insistendo s. v. familiaris continuus commensalis existit, vigore gratie sue expectative per s. v. sibi concesse et processuum inde habitorum, prout ex illorum forma poterat, [illam] acceptavit et de illa sibi provideri obtinuit. Cum autem dubitet collationem et provisionem et quecunque inde secuta viribus non subsistere et dictam vicariam adhuc vacare, idcirco supplicat, quatenus sibi de dicta vicaria [fructus 3 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . . Et quod dicte littere in forma gratie [etc.] expediri possint. Et non obstante defectu natalium, super quo alias per sedem apostolicam cum eodem oratore extitit dispensatum. Datum Rome 10. kal. aprilis anno 8.

Suppl. 1092 fol. 57.

3752. **26. Marts 1500.**

Klerken Ludolf Knudsen fra Slesvig Stift faar ny Provision paa et evigt Vikariat i Husum.

Vacante nuper perpetua vicaria ad altare s. Gertrudis situm in ecclesia b. Marie Hussemensi Slesvicensis diocesis, que de jure patronatus laicorum existit, per obitum Nicolai Cock, Ludulphus Kanuti clericus dicte diocesis per patronos laicos, ad quos jus patronatus et presentandi personam idoneam ad eandem vicariam pro tempore vacantem pro tempore (!) pertinet, ad eandem vicariam, presentatus et in illa ordinaria auctoritate legitime institutus fuit, possessione subsecuta. Cum autem dubitet presentationem et institutionem predictas et inde secuta quecunque viribus non subsistere, sed eandem vicariam adhuc vacare, supplicat, quatenus vicariam predictam [ɔ: de vicaria predicta] [fructus 4 mr.] eidem oratori de novo providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Datum Rome 7. kal. aprilis anno 8.

Suppl. 1092 fol. 256.

3753. **26. Marts 1500.**

Klerken Peder Esgersen fra Ribe Stift faar ny Provision paa Sognekirken i Vilslev i samme Stift.

Alias parrochiali ecclesia s. Nicolai in Welsileff Ripensis diocesis per obitum Jacobi Stagi . . vacante, Petrus Esgeri clericus Ripensis diocesis illam . . ordinaria auctoritate sibi conferri et de illa etiam provideri obtinuit, possessione subsecuta forsan. Cum autem dubitet collationem et provisionem predictas viribus non subsistere, supplicat, quatenus sibi de dicta ecclesia [fructus 4 mr.] in forma simplicis vel nove prövisionis, si neutri [etc.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 7. kal. aprilis anno 8.

Suppl. 1093 fol. 14 v.

3754. **26. Marts 1500.**

Klerken Johan Wulf fra Bremen Stift faar Sognekirken i Halk i Slesvig Stift.

Alias parrochiali ecclesia s. Jacobi in Alke Slesvicensis diocesis per obitum Magni . . . . vacante, Johannes Vulff clericus Bremensis diocesis illam . . . . ordinaria auctoritate sibi conferri et de illa etiam provideri obtinuit, possessione forsan subsecuta. Cum autem dubitet collationem et provisionem predictas . . . . viribus non subsistere, supplicat, quatenus sibi de dicta ecclesia [fructus 4 mr.] in forma simplicis vel nove provisionis si neutri [etc.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Datum Rome 7. kal. aprilis anno 8.

Suppl. 1093 fol. 75 v.

3755. **10. Maj 1500.**

Slesvigkanniken Hęlmold Alverding faar et evigt Vikariat i Rendsborg.

Vacante alias quadam perpetua sine cura vicaria ad altare s. Catherine situm in parrochiali ecclesia oppidi Rendosberch Bremensis diocesis per liberam resignationem Detleui de Poggewisch electi Slesvicensis, Helmoldus Hilmerdingh canonicus Slesvicensis . . ad illam per ualdum (!) Benedictum Poggewisch nobilem ac patronum laicum dicte vicarie infra tempus legitimum ordinario loci presentatus extitit institutione et possessione subsecutis. Verum dubitat . . . . presentationem cum inde secutis posse viribus subsistere dictamque vicariam eapropter adhuc vacare; supplicat [igitur] dictus Helmoldus, qui Frederici [ducis

Holsatie secretarius][1]) existit, quatenus eidem [de dicta vicaria, que de jure][1]) patronatus laicorum ac nobilium . . . [existit][1]) [fructus . . .][1]) de novo providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Et cum derogatione juris patronatus pro hac vice dumtaxat . . . . Datum Rome 6. id. maji anno 8.

Suppl. 1096 fol. 136.

3756. **16. Maj 1500.**

Klerken Hans Brask fra Linköping Stift, det svenske Folks Udsending i Rom under Jubelaaret, faar Sognekirkerne i Løderup og Hørup i Lunde Stift, ledige ved Jens Olufsens Død ved Kurien.

Supplicat Johannes Brasche *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Datum 17. kal. junii anno 8.

Suppl. 1096 fol. 125 v.

3757. **22. Maj 1500.**

Klerken Henricus de Minden fra Lübeck Stift, som havde ført Proces ved Kurien om Provstiet i Ejdersted, faar det overdraget til Dommeren i Processen at give ham ny Provision derpaa i Formen si neutri.

Cum, lite et causa inter quendam Cesarium de Henxtberch assertum clericum adversarium actorem et Hinricum de Minden clericum Lubicensis diocesis reum et possessorem ac forsan quosdam alios exprimendos de prepositura Eyderstede in ecclesia Slesvicensi rebusque aliis in prima instantia indecisa pendente, a nonnullis asseritur neutri seu nulli dictorum collitigantium in dicta prepositura jus competere, supplicat dictus Hinricus de Minden, quatenus . . . prefato(!) auditori seu locumtenenti mandare dignemini, ut, si per eventum litis huiusmodi sibi constiterit neutri seu nulli dictorum collitigantium in dicta prepositura jus competere, preposituram predictam [fructus 6 mr.] eidem Hinrico conferat. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Cum derogatione regule de insordescentibus, quatenus sit opus . . . . Datum Rome 11. kal. junii anno 8.

Suppl. 1097 fol. 140 v.

3758. **22. Maj 1500.**

Klerken Benedikt Ahlefeld fra Slesvig Stift, som havde ført Proces ved Kurien om Kanonikat og Præbende i Slesvig, faar det overdraget til Dommeren i Processen at give ham Provision derpaa.

---

[1]) Supplikbindet ødelagt.

Cum, lite et causa inter quendam Cesarium de Henxtberch assertum clericum adversarium actorem et Benedictum de Aneuelt clericum Slesvicensis diocesis, de nobili genere ex utroque parente procreatum, reum et possessorem et forsan quosdam alios exprimendos de certis canonicatu et prebenda ecclesie Slesvicensis rebusque aliis in prima instantia indecisa pendente, a nonnullis asseratur neutri seu nulli dictorum collitigantium in dictis canonicatu et prebenda jus competere, supplicat dictus Benedictus, quatenus .... [auditori cause huiusmodi vel locumtenenti mandare dignemini, ut, si per eventum] litis huiusmodi sibi constiterit neutri seu nulli dictorum collitigantium in dictis canonicatu et prebenda jus competere, canonicatum et prebendam predictos [fructus 4 mr.] eidem Benedicto conferat .... Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. ... Et cum derogatione regule de insordescentibus, quatenus opus sit ... Datum Rome 11. kal. junii anno 8.

Suppl. 1097 fol. 207 v.

3759. **24. Maj 1500.**

Klerken Theodericus Deynem fra Mainz Stift faar Kanonikat og Præbende i Slesvig og Provstiet i Ejdersted.

Cum canonicatus et prebenda ecclesie Slesvicensis ac prepositura Eyderstede in eadem ecclesia, quos Cristianus Leuen obtinebat, vacent ad presens, supplicat Theodericus Deynem clericus Maguntine diocesis, quatenus ipsi .. de canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] necnon [de prepositura predictis] [fructus 6 mr.] providere dignemini .... Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. ... Et cum derogatione regule de insordescentibus, si opus sit .... Et cum derogatione regule de annali possessore .... Datum Rome 9. kal. junii anno 8.

Suppl. 1097 fol. 140[1].

3760. **9. Juni 1500.**

Klerken Niels Arvidsen fra Lunde Stift faar ny Provision paa St. Gertruds Kapel i Væ, ledigt ved Laurens Hermansens Død og tidligere tildelt ham af Ærkebiskop Jens Brostrup uden Hensyn til nogle Lægmænds paastaaede Patronatsret.

Cum capella s. Gertrudis in Waa Lundensis diocesis *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 5. id. junii anno 8.

Suppl. 1097 fol. 277.

3761. **27. Juni 1500.**

Raadet og Købmændene i Stralsund faar Bekræftelse paa to Kapeller i Dragør og Falsterbo, hvor Gudstjenesten som tidligere skal besørges af to Franciskanermunke fra Stralsund.

Cum proconsules et consules ac universi mercatores Sundis Zwerinensis diocesis ad loca Drakor et Valsterbode nuncupata Roskildensis et Lundensis diocesium pro eorum mercantiis expediendis et allectibus capiendis convenire consuevissent, prout conveniunt, et etiam pro predictis mercantiis, capturis allec[t]ium et aliis eorum negotiis pertractandis ibidem per dies et menses eos ibi morari oporteat, ipsi consules et proconsules ac mercatores, cupientes providere, ne absque divinorum officiorum auditu et tractatu remanerent, ex concessione clare memorie Christofori regis Dacie ac auctoritate tunc archiepiscopi Lundensis et episcopi Roskildensis, ordinariorum in eisdem locis Drakor et Valstrebode, duas capellas in honore[m] dei et sub invocatione b. Marie virginis et ss. Johannis baptiste et euangeliste respective construi fecerunt ac missas et alia divina officia per duos ex fratribus seu professis ordinis Minorum[1]) per guardianum domus dicti oppidi Sundis dicti ordinis fratrum Minorum ipsis oratoribus ad hoc concessos pro tempore celebrari fecerunt et faciunt, ecclesiastica sacramenta tempore necessitatis ab eisdem capellanis suscipiendo sine tamen prejudicio rectorum parrochialium ecclesiarum, si qui sint, fueruntque in possessione premissorum jam longissimo tempore observata, et plures reges Dacie et archiepiscopi Lundenses ac episcopi Roskildenses huiusmodi constructionem successive approbarunt, et predicti proconsules, consules et mercatores ipsas capellas linteaminibus et aliis ornamentis ad divinum cultum necessariis communiverunt et adjuvarunt et in illis missas et alia divina officia per dictos capellanos ordinis fratrum Minorum eis per dictum guardianum ad hoc pro tempore deputatos celebrari fecerunt, prout etiam moderni proconsules, consules et mercatores dicti oppidi celebrari faciunt. Cum autem dicti oratores cupiant concessionem et edificationem predictas pro illarum subsistentia firmiori per s. v. confirmari, supplicant, quatenus concessionem et confirmationem necnon edificationem cum omnibus inde secutis legitimis ac omnia in litteris apostolicis desuper confectis con-

[1]) Cod. Minorum eis ad hoc per

tenta ac omnia privilegia et indulta eisdem proconsulibus, consulibus, mercatoribus et capellanis circa premissa indulta et concessa confirmare ac illa omnia eisdem oratoribus de novo concedere dignemini . . . Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Et perpetuo in forma gratiosa. Et nulla fiat mentio, quod rex confirmavit. Datum Rome 5. kal. julii anno 8.

Suppl. 1099 fol. 55 v.

3762. **19. Aug. 1500.**

Ærkebiskop Jakob (Ulfson) i Upsala faar det overdraget til nogle Prælater in partibus at sørge for, at et tidligere paveligt Breve vedrørende hans Proces med Sten Sture bliver udført.

Orta dudum materia differentie inter devotam creaturam vestram Jacobum archiepiscopum Vpsalensem et nobilem virum Stenonem Sturre militem de nonnullis damnis, incendiis et rapinis eidem archiepiscopo illatis, s. v. causam damnorum, incendiorum et rapinarum huiusmodi regi Svecie Dacie etc. ac nonnullis prelatis in partibus per suas litteras apostolicas in forma brevis commisit audiendam et terminandam; prefatique rex et prelati in causa huiusmodi legitime procedentes diffinitivam in favorem ipsius archiepiscopi et contra dictum Stenonem promulgarunt sententiam, que nulla appellatione subsecuta in rem transivit judicatam, et propterea exequenda materia extitit, sed postmodum dictus Steno dicte sententie totaliter parere recusavit et recusat. Supplicat igitur eadem creatura, quatenus, ne effectu dicte sententie destitutus remaneat, et dictus Steno bona ablata et condemnata illicite et indebite retineat in anime sue detrimentum et prefate creature damnum et jacturam, mandare dignemini † prelatis in commissione et brevi prioribus expressis per unum breve hac supplicatione introclusa, ut dictum Stenonem ad satisfaciendum integraliter de omnibus condemnatis in dicta sententia comprensis sub excommunicationis aliisque penis et censuris ecclesiasticis moneant et compellant cum potestate sententias et censuras ecclesiasticas huiusmodi aggravandi et reaggravandi in regnis et dominiis dicti regis auxiliumque brachii secularis concedendi et implorandi, donec et quousque dicte sententie effectualiter et integraliter satisfactum fuerit, dictusque Steno beneficium absolutionis meruerit obtinere . . . . Concessum de legitima executione, in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Et per breve s. v., quia agitur

nunc super executione sententie, et causa principalis fuit etiam commissa per breve. Datum Rome 14. kal. sept. anno 8.

Suppl. 1101 fol. 285.

3763. **28. Aug. 1500.**

Paven giver Sognepræsten Henning Stenwer i Wiek i Roskilde Stift Dispensation til sammen med dette Embede at modtage og beholde et andet ellers dermed uforeneligt Embede.

Henningho Stenwer rectori parrochialis ecclesie ville Wick Roskildensis diocesis. Vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos, volentes te, qui parrochialem ecclesiam ville Wick Roskildensis diocesis inter alia obtines, . . favore prosequi gratioso, . . tecum, ut una cum dicta ecclesia unum vel absque illis duo alia quecunque curata seu alias invicem incompatibilia beneficia . . . ., si tibi alias canonice conferantur . . . ., recipere et insimul, quoad vixeris, retinere illaque, . . . quotiens tibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia beneficia duo dumtaxat curata seu alias invicem incompatibilia similiter recipere et insimul, quoad vixeris, retinere libere valeas, tenore presentium dispensamus . . . . Datum Rome 5. kal. sept. anno 9.

B. XXXX. Bolis.

Reg. Lat. 1084 fol. 358 v; ogsaa (II) Supplik (Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis) i Suppl. 1103 fol. 64 v.

3764. **28. Aug. 1500.**

Magister Anders Valkendorf faar Provstiet i Børglum, hvortil han var valgt af Kapitlet og præsenteret af Kong Hans, og Dispensation til i det første Aar ikke at aflægge Munkeløfte.

Vacante prepositura cathedralis ecclesie Burglanensis, que regularis ordinis Premonstratensis et in qua dicta prepositura dignitas maior post pontificalem et de [jure] patronatus regis Dacie existit, per liberam resignationem magistri Erici Walchendorff ordinario loci [factam ac] per eum admissam, Johannes rex Dacie, ad quem jus patronatus et presentandi prepositum in dicta prepositura, occurrente eius vacatione, pertinet, in possessione vel quasi juris presentandi pacifica et quieta existens, cupiens de persona habili et idonea eidem preposilure providere, cum consensu canonicorum et capituli eiusdem ecclesie Andream Walchendorff, in artibus magistrum et ex utroque parente de nobili genere procreatum, in prepositum eiusdem prepositure per suas litteras eius sigillo regio munitas s. v. presentavit et pre-

sentat. Supplicant igitur tam Johannes rex patronus presentans quam Andreas presentatus, quatenus, presentationem huiusmodi admittentes, eidem Andree de dicta prepositura [fructus 6 mr.] providere ipsumque confirmare ac secum, ut [per][1]) primum annum a die adepte possessionis, si ipsum illam vigore presentium assequi contigerit, inchoandum habitum regularem dicti ordinis [gerere] et professionem regularem emittere nullatenus teneatur, dispensare nec ad id a quoquam invitus compelli possit, indulgere dignemini . . Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Datum Rome 5. kal. sept. anno 9.

Suppl. 1103 fol. 142.

Burglanensis. Andreas Wolckendorff. Prepositura per resignationem.

Uddrag i Indice 342 efter Reg. Lat. Alex. VI anno 9 lib. 14 (tabt) fol. 129.

3765. **4. Sept. 1500.**

Præsten Hemming Stenwer fra Roskilde Stift faar paa Grund af sin fremskredne Alder Tilladelse til ikke at residere ved de to evige Vikariater, han har i Gingst og Lancken.

Supplicat Hemingus Semmen (!) presbiter Roskildensis diocesis, quatenus sibi, ut in Romana curia seu altero beneficiorum suorum seu aliquo studio generali residendo seu insistendo ratione duarum perpetuarum vicariarum in parrochialibus ecclesiis villarum Bynkste et Lantane (?) dicte Roskildensis diocesis [fructus insimul 2 mr.], que omnia (!) ex illarum fundatione personalem residentiam requirunt, ad residendum circa easdem in dictis villis propter locorum illorum asperitatem, que sue etati, cum supra sexagesimum etatis sue annum existat, non satis congruunt, necnon modicitatem fructuum earundem vicariarum minime teneatur, sed potius locum domicilii sui in aliquo oppido aut civitate, ubi maluerit et etati sue grandeve expedierit, eligere fructusque ex eisdem provenientes, quoad vixerit, cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, si que sint, percipere, dummodo onera incumbentia supportentur . . ., diocesani locorum predictorum plebanorum, patronorum aut aliorum quorumcunque licentia super hoc minime requisita, . . . possit, concedere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Datum Rome pridie non. sept. anno 9.

Suppl. 1103 fol. 231 v.

---

[1]) add. Gz.

3766. **8. Okt. 1500.**

Præsten Enicko Wyssike fra Roskilde Stift faar et evigt Vikariat i Wiek.

Cum perpetua sine cura vicaria sita ad altare N. in parrochiali ecclesia Wick Roskildensis diocesis, que de jure patronatus laicorum existit, ex primeva illius fundatione et desuper facta confirmatione residentiam personalem requirit, nichilominus quidam Hemingus Sunnen (!) clericus dicte Roskildensis diocesis eiusdem vicarie possessor, tenore fundationis predicte vicarie contento [ɔ: contempto], pluribus annis, quibus eandem vicariam possedit, circa illam non resederit et cultum divinum, cuius gratia est fundata, lamentabiliter cadere et negligentissime perire fec[er]it, unde merito dicta vicaria vacare [debet], prout vacat ad presens, supplicat igitur Enicko Wyssike presbiter dicte Roskildensis diocesis, quatenus sibi de dicta vicaria [fructus 2 mr.] providere jurique patronatus huiusmodi, quatenus opus fuerit, specialiter et expresse derogare dignemini . . . . Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Datum Rome 8. id. oct. anno 9.

Suppl. 1104 fol. 96.

3767. **17. Okt. 1500.**

Klerken Johannes Reymari fra Lübeck Stift, som havde ført Proces med Præsten Thomas Schröder fra samme Stift om et evigt Vikariat i Burg paa Femern, faar Bekræftelse paa, at Modstanderen skal have Embedet, men svare ham en aarlig Pension deraf.

Alias perpetua sine cura vicaria in parrochiali ecclesia Burgo terre Inbrie Ottoniensis diocesis per obitum Pauli Unestad vacante, Johanni Veymari [ɔ: Reymari] clerico Lubicensis diocesis per s. v. provideri concessum [extitit]. Cum autem de eadem vicaria fuit etiam per patronos laicos cuidam Thome Schroder asserto presbitero Lubicensis diocesis provisum, licet forsan de facto, possessione tamen subsecuta, verum, ne ipse Johannes orator et Thomas . . . . de eadem vicaria laboribus et expensis super validitate provisionis fatigarentur, conventum inter ipsos fuit coram Hertvico Brekenuolt prothonotario spectabilis consulatus imperialis civitatis Lubicensis, ut Johannes orator cederet omni juri sibi in dicta vicaria competenti in favorem Thome, ipseque Thomas, ne Johannes orator ex sua cessione nimium pateretur detrimentum, pensionem annuam 8 mr. monete Lubicensis, que faciunt 4 duc. auri in auro de camera, super fructibus dicte vicarie dicto Johanni Reymari oratori seu eius legitimo procuratori annis singulis in locis et terminis statuendis

per se et suos in dicta vicaria successores, donec ipse Johannes orator vixerit, solvendam assignaret, prout ipse Johannes orator tunc in manibus dicti Hertvici prothonotarii tamquam publice et autentice persone juri sibi in dicta vicaria competenti cessit, ac Thomas supradictus in dictam pensionem consensit. Verum dictus Johannes orator dubitat ipsam assignationem, pensionem consensumque prestitum per dictum Thomam coram prothonotario predicto cum omnibus inde secutis viribus posse subsistere; eapropter sepedictus Johannes Reymeri orator recurrit ad pedes s. v., ne ipse ob cessionem boni juris sui patiatur detrimentum, quatenus †[1]) pensionem annuam 8 mr. monete Lubicensis, que 4 duc. in auro de camera constituunt, super fructibus, quorum pensio tertiam partem non excedit, dicte vicarie dicto Johanni oratori seu eius legitimo procuratori, quoad vixerit, annis singulis in locis et terminis ac sub censuris et penis in litteris statuendis ac apponi solitis [per] prefatum Thomam et ipsius in dicta vicaria successores integre persolvendam, constituere et assignare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Datum Rome 16. kal. nov. anno 9.

Suppl. 1106 fol. 68 v.

3768. 23. Okt. 1500.

Klerken Magister Hans Brask fra Linköping Stift, den svenske Nations Sendebud ved Kurien, faar Dekanatet i Roskilde.

Alias decanatu ecclesie Roskildensis per obitum Johannis vacante, s. v. de illo Guillelmo de Beurgen (!) clerico Cameracensis diocesis gratiose providit . . . Cum autem dictus Guillelmus omni juri sibi in dicto decanatu quomodolibet competenti, litteris super illo non confectis . . . ., in manibus e. s. v. sponte resignat, supplica[n]t igitur tam dictus Guillelmus quam Johannes Brasche clericus Lincepensis (!) diocesis, in artibus magister necnon in decretis licentiatus, familiaris et continuus commensalis s. v. necnon commissarius camere apostolice pro natione Suecana, quatenus resignationem huiusmodi admittentes sibi de dicto decanatu, qui inibi dignitas maior post pontificalem ac curata et electiva existit, et qui de jure patronatus N. regis Dacie ex privilegio Sixti pape IV ac dudum per Innocentium papam VIII revocato [ɔ: renovato existit] [fructus 6 mr.], providere cum clausula permutandi totiens quotiens dignemini . . .

[1]) Cod. quatenus † dicto Johanni oratori pensionem

Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis . . . cum derogatione regule de annali possessore. Datum Rome 10. kal. nov. anno 9.

Suppl. 1106 fol. 155.

3769. **31. Okt. 1500.**

Klerken Jens Simonsen fra Odense Stift, Sognepræst i Lyndelse, faar Tilladelse til at lade sig indvie til de gejstlige Grader af en hvilkensomhelst Biskop ved Kurien.

Cum Johannes Simonis clericus Ottoniensis diocesis, rector parrochialis ecclesie Lumesa Ottoniensis diocesis, ex magno devotionis fervore cupiat ad sacros ordines, usque ad gradum presbiteratus inclusive, promoveri et in illis, postquam promotus fuerit, altissimo domino famulari, supplicat, quatenus sibi, ut a quocunque antistite in Romana curia residente tribus diebus festivis, etiam extra tempora a jure statuta, ad dictos ordines promoveri possit eidemque antistiti ordines conferendi et oratori illos suscipiendi licentiam concedere dignemini . . . . Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. . . . Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat, ac cum examine camere. Datum Rome pridie kal. nov. anno 9.

Suppl. 1106 fol. 254.

3770. **31. Okt. 1500.**

Subdiakonen Jens Nielsen fra Roskilde Stift, Sognepræst i Løderup i Lunde Stift, faar Tilladelse til at lade sig indvie til de gejstlige Grader af en hvilkensomhelst Biskop ved Kurien.

Cum Johannes Nicolai subdiaconus Roskildensis diocesis . . . *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. . . . Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat cum examine camere, cui de artatione fiat fides. Datum Rome pridie kal. nov. anno 9.

Suppl. 1106 fol. 241 v.

3771. **2. Nov. 1500.**

Paven stadfæster Aahus Hospitals Privilegier efter Ansøgning af dets Forstander, Niels Poulsen.

Nicolao Pauli, rectori hospitalis leprosorum circa Aosiam Lundensis diocesis. Cum a nobis petitur *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Datum Rome 4. non. nov. anno 9.

XXX carlini.

L. Dipl. efter Orig. i Kristianstads Arkiv. Uddrag med urigtig Dato 5. Nov. 1504: Reg. *9001.

3772. **3. Nov. 1500.**

Kardinal Raimundus (Peraudi) udnævner Abbeden Johannes Speglin fra Lausanne Stift og Præsten Herman Andersen fra Odense Stift til sine Kommissærer for Prædikenen af Korstogsaflad i Lunde Kirkeprovins samt Slesvig og Linköping Stifter.

[Raymundus] tituli s. Marie nove sacrosancte Romane ecclesie presbiter cardinalis Gurcensis ad serenissimos et illustrissimos principes et dominos Maximilianum Romanorum semper A[ugustum] . . . .[1]) principes, electores universamque Germaniam, Daciam, Sveciam, Norvegiam, Frisiam, Prussiam ac illarum provincias, civitates, terras et loca sacro Romano imperio in ipsa Germania subjecta . . . .[1]) [omnibus] presentes litteras inspecturis. Noveritis, quod nos, de circumspectione, fidelitate, moribus et diligentia . . . Johannis Speglin sacre theologie [doctoris abbatis][2]) Cisterciensis ordinis Lausannensis diocesis, et Hermanni Andree presbiteri Ottoniensis, capellani et familiaris nostri continui commensalis, magistri in artibus ac juris canonici doctoris, plurimum confidentes ac sperantes, quod [mandata nostra][2]) fraude cessante curabunt adimplere, idcirco omnibus melioribus modo, via, jure, causa et forma, quibus melius [et] efficacius possumus et debemus, eosdem Johannem Speglin abbatem et Hermannum Andree . . . .[1]) [commend]antes et quemlibet eorum in solidum nostros et apostolice sedis commissarios specialiter et expresse ad publicandum publicarique faciendum in regno Dacie, videlicet in provincia archiepiscopatus Lundensis ac diocesibus et aliis . . . .[1]) in regno Dacie consistentibus, necnon . . . .[1]) diocesi Slesvicensi et similiter in Lincopensi diocesi regni Svecie ac aliis circumjacentibus locis sacratissimas indulgentias jubilei per . . . .[1]) [Alexandrum] papam VI in fa[vorem cr]uciate pro tuitione fidei contra perfidissimos et spurcissimos Thurcos christiane religionis hostes concessas auctoritate apostolica, qua per litteras eiusdem [sanctissimi domini nostri vigore] presentium facimus, constituimus . . . et deputamus, dantes et concedentes per presentes prefatis dominis Johanni Speglin abbati et Hermanno Andree commissariis nostris et eorum cuilibet in solidum plenam . . . .[1]) facultatem auctoritate predicta . . . .[1]) indulgentiarum jubilei huiusmodi. Datum Rome 1500 3. non. [nov. pontificatus] anno 9.

Optaget i et Brev fra Kommissærerne af 8. Sept. 1501 (Orig. meget beskadiget), i Arnemagn. Dipl. VIII, 2.

---

[1]) Hul i Teksten. [2]) add. Gz.

3773. **5. Nov. 1500.**

Klerken Zutpheldus Wardenberg fra Schwerin Stift faar to evige Vikariater uden Sjælesorg i Rostock og Roskilde.

Supplicat Zutpholdus Werdenberg clericus Zuerinensis diocesis magistri Petri Wollkinn litterarum apostolicarum scriptoris familiaris continuus commensalis, quatenus sibi de perpetuis sine cura vicariis in collegiata s. Jacobi Rostoczensi † dicte Zuerinensis † ac Roskildensis diocesium [fructus insimul 3 mr.] per obitum Francisci Stomuch vacantibus, que partim de jure patronatus laicorum non tamen nobilium vel illustrium existunt . ., providere dignemini dictoque juri patronatus, quantum ad laicos predictos derogare placeat expresse[1]). Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Datum Rome non. nov. anno 9.

Suppl. 1108 fol. 289 v.

3774. **7. Nov. 1500.**

Kardinalerne Oliverius (Carafa), Jeronimus (Bassus de Rovere), Ludovicus Johannes (Mila), Guillermus (Briconnet) og Julianus (de Cæsarinis) giver Aflad til dem, der paa bestemte Dage besøger Jomfru Maries Kapel i Dominikanerklostrets Kirke i Ribe. Brevet gælder for al Fremtid.

Oliuerius Sabinensis et Jeronimus Prenestinensis episcopi, Ludouicus Johannes tituli ss. Quatuor Coronatorum et Guillermus tituli s. Pudentiane presbiteri necnon Julianus ss. Sergii et Bacchi diaconus . . . . ss. Romane ecclesie cardinales universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Quanto frequentius [etc.]. Cupientes igitur, ut capella b. Marie virginis sita in ecclesia conventus fratrum Predicatorum civitatis Ripensis, ad quam . . Petrus Laurentii et eius uxor dicte civitatis singularem gerunt devotionem, congruis frequentetur honoribus et a Christi fidelibus jugiter veneretur ac in suis edificiis debite reparetur [et] conservetur necnon libris, calicibus, luminaribus, ornamentis ecclesiasticis et rebus aliis pro divino cultu inibi necessariis decenter muniatur, utque Christi fideles ipsi eo libentius devotionis causa confluant ad eandem et ad reparationem, conservationem et munitionem huiusmodi manus promptius porrigant adjutrices, ... nos cardinales prefati, videlicet quilibet nostrum, ... omnibus Christi fidelibus utriusque sexus vere penitentibus et confessis, qui dictam capellam in nativitatis

[1]) Cod. expresse dignemini

b. Marie virginis et s. Sebastiani ac s. Dominici necnon s. Catherine ipsiusque capelle dedicationis festivitatibus et diebus a primis vesperis usque ad secundas vesperas inclusive devote visitaverint annuatim . . . ., pro singulis festivitatibus sive diebus predictis, quibus id fecerint, centum dies de injunctis eis penitentiis relaxamus, presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum fidem litteras nostras huiusmodi fieri nostrorumque sigillorum fecimus appensione muniri. Datum Rome in domibus nostris anno 1500 die vero 7. mensis nov. pontificatus . . . anno 9.

Samtidig Paaskrift bagpaa: Quingenti dies nativitatis Marie, b. Katherine martiris, s. Dominici, sanctorum martirum Fabiani et Sebastiani et in die dedicationis capelle contentitia harum literarum.

Orig. uden Segl i Ribe Bispedømmes og Kapitels Diplomer 166 (R. A.).

3775. **7. Nov. 1500.**

Kardinalerne Oliverius (Carafa), Georgius (de Costa), Jeronimus (Bassus de Rovere), Ludovicus Johannes (Mila), Dominicus (de Rovere), Baptista (de Ursinis), Johannes Antonius (de s. Georgio), Johannes (de Castro), Guillermus (Briçonnet), Petrus (Isvalies), Julianus (de Cæsarinis) og Alexander (de Farnesio) giver 100 Dages Aflad til dem, der paa bestemte Festdage (Inventio og Exaltatio Crucis, St. Gregorius, Marie Himmelfart og Kapellets Indvielsesdag) besøger Helligkors Kapel i Ribe, der er stiftet af Borgeren Laúrids Pedersen (Bagge) fra Ribe og hans Hustru, og hvortil der er knyttet et Broderskab. Brevet gælder for al Fremtid.

Oliverius Sabinensis, Georgius Albanensis et Jeronimus Prenestinensis episcopi, Ludovicus Johannes tituli ss. Quatuor Coronatorum, Dominicus tituli s. Clementis, Baptista tituli ss. Johannis et Pauli, Johannes Antonius tituli ss. Nerei et Achilei, Johannes tituli s. Prisce, Guillermus tituli s. Pudentiane et Petrus tituli s. Ciriaci presbiteri, Julianus ss. Sergii et Bacchi et Alexander ss. Cosme et Damiani diaconi . . . . cardinales universis [*etc. som Nr. 3774*]. Quanto frequentius *(Terpager, Ripæ Cimbricæ 392—93; Reg. 5193).* Datum Rome [*etc. som Nr. 3774*].

L. Dipl. efter »Orig. membr. in bibliotheca comitis de Holstein« med bedre Tekst end Terpagers.

3776. **7. Nov. 1500.**

Klerken Jens Olufsen fra Lunde Stift faar motu proprio Ventebrev paa to Kanonikater og Præbender og Ligestilling med pavelige familiares continui commensales, etiam antiqui in nostris litteris descripti.

Motu proprio Johanni Olaui clerico Lundensis diocesis magistro in artibus *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Fiat motu proprio. R. . . . Datum Rome 7. id. nov. anno 9.

Suppl. 1105 fol. 48 = 24.

3777. **26. Nov. 1500.**

Bartholomæus Saliceto betaler Annater til det pavelige Kammer af Provstiet i Lund.

Universis etc., quod Bartholomeus Saliceto pro annatis prepositure s. Laurentii Lundensis, in quibus etc., fl. auri de camera 52 sol. 20 ipsi camere solvit . . . 1500 die 26. nov.

Divers. 1500—1503 (= Quietantie) fol. 48 v (Archivio di Stato).

3778. **12. Dec. 1500.**

Paven befaler Biskoppen i Nocera, Provsten i Aarhus og Officialen i Ribe at overdrage Kanonikat og Præbende i Ribe til Klerken Jens Sørensen i Ribe.

Episcopo Nucerino et preposito ecclesie Arusiensis ac officiali Ripensi. Litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque canonicatus et prebenda ecclesie Ripensis, quos Boetius officialis Ripensis obtinebat, per obitum eiusdem Boetii vacent, nos, volentes Johanni Cenerini[1]) clerico Ripensi, magistro in artibus, gratiam facere specialem, discretioni vestre mandamus, quatenus canonicatum et prebendam predictos [fructus 3 mr.] prefato Johanni auctoritate nostra conferre curetis. . . . Datum Rome pridie id. dec. anno 9.

Jo. XX. 7. kal. febr. anno 9. electus Terracinensis.
Reg. Lat. 1079 fol. 282; ogsaa Supplik (Fiat. R.) i Suppl. 1108 fol. 151 v.

3779. **12. Dec. 1500.**

Paven befaler Officialen i Viborg at overdrage Klerken Peder Christiernsen fra Viborg Stift St. Mogens Kirken i Viborg.

Officiali Vibergensi. Dignum etc. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Petri Cristierni clerici Vibergensis diocesis petitio continebat, quod olim, parrochiali ecclesia s. Magni martiris Vibergensi vacante, tunc episcopus Vibergensis seu habens ad id ab eo specialem per eius litteras facultatem illius vigore eius vicarius in spiritualibus generalis illam eidem Petro ordinaria auctoritate contulit et providit etiam de eadem, ipseque Petrus collationis et provisionis huiusmodi vigore possessionem eiusdem

[1]) II: Seueri[ni]

ecclesie extitit assecutus. Cum autem dubitet collationem et provisionem predictas . . viribus non subsistere, et dicta ecclesia adhuc vacare noscatur, nos discretioni tue mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem eundem Petrum ad hoc idoneum esse reppereris, . . . ecclesiam predictam [fructus 2 mr.][1]) prefato Petro auctoritate nostra conferas. Datum Rome pridie id. dec. anno 9.

Jo. XX. 7. kal. febr. anno 9. electus Terracinensis.

Reg. Lat. 1079 fol. 284; ogsaa (II) Supplik (Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus) i Suppl. 1108 fol. 118.

3780. 12. Dec. 1500.

Klerken Jens Markvardsen fra Ribe Stift faar motu proprio Ventebrev paa to Kanonikater og Præbender og Ligestilling med pavelige »familiares continui commensales etiam antiqui in certis nostris litteris descripti«.

Motu proprio Johanni Marquardi clerico Ripensis diocesis decretorum et artium bacchalario de duobus canonicatibus cum reservatione totidem prebendarum duarum cathedralium, etiam metropolitanarum, vel collegiatarum ecclesiarum ac dignitatis, personatus, administrationis vel officii curati et electivi alterius earundem necnon uno vel duobus beneficiis . . . . providemus . . . . Et insuper . . . . volumus . . . ., quod . . . . omnibus prerogativis, quibus nonnulli familiares nostri continui commensales etiam antiqui in certis nostris litteris descripti . . . . gaudent . . . ., gaudere valeat . . . . Concessum motu proprio in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome pridie id. dec. anno 9.

Suppl. 1105 fol. 40 v.

3781. 16. Dec. 1500.

Klerken Bernhard Jakobsen fra Slesvig Stift, evig Vikar i Nybøl, faar Tilladelse til at lade sig indvie til Subdiakon og Præst (presbiter) af en hvilkensomhelst Biskop ved Kurien.

Supplicat Bernardus Jacobi clericus Slesvicensis diocesis, perpetuus vicarius ad altare b. Marie virginis situm in parrochiali ecclesia in Nybul dicte diocesis, quatenus sibi, qui tantum primam tonsuram obtinet, [ut][2]) ad omnes sacros, videlicet quattuor minores, subdiaconatus, etiam presbiteratus ordines, ad quos dicte vicarie ratione artatus existit, sibique specialem gra-

[1]) II: sive per resignationem Petri Jacobi in manibus ordinarii loci sponte factam et admissam sive alias quovis modo vacet [2]) add. Gz.

tiam facientes a[1]) quocunque catholico antistite in Romana curia residente . . tribus diebus dominicis vel festivis, extra tamen tempora a jure statuta, ordinari et promoveri libere possit, ipsi antistiti huiusmodi ordines sacros, etiam presbiteratus, conferendi et oratori recipiendi licentiam concedere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Et quod in camera apostolica examinetur, in qua docere teneatur, quod sit arctatus . . . Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Datum Rome 17. kal. jan. anno 9.

Suppl. 1108 fol. 173 v.

3782. **16. Dec. 1500.**

Klerken Niels Madsen fra Odense Stift, evig Vikar i Greifswald, faar samme Tilladelse.

Supplicat Nicolaus Mathie clericus Ottoniensis diocesis, perpetuus [vicarius] ad altare s. Catherine virginis situm in ecclesia collegiata s. Nicolai opidi in (!) Gripsvelde Caminensis diocesis, quatenus [*etc. som foregaaende Brev, ogsaa Resolutionen og Tilføjelserne derefter samt Datoen*].

Suppl. 1108 fol. 173 v.

3783. **20. Dec. 1500.**

Ærkedegnen Johan Jepsen (Ravensberg) i Aarhus faar Bekræftelse paa Dekanatet i Roskilde, som han havde tilbyttet sig mod at overlade Indehaveren Jens Markvardsen (Tinhus) sin Ærkedegnestilling i Aarhus.

Alias Johannes Jacobi archidiaconatum Arusiensem et Johannes Maquardi, magistri in artibus et baccalaurei in decretis, decanatum Roskildensem, qui inibi dignitates non tamen maiores post pontificales et de jure patronatus regis Dacie pro tempore existentis existunt, que [ɔ: quos] tunc obtinebant, desiderantes illos invicem permutare, ex causa permutationis huiusmodi in manibus ordinariorum collatorum de consensu dicti regis sponte resignarunt, ipsique collatores resignationibus huiusmodi per eos ordinaria auctoritate admissis decanatum[2]) Johanni Jacobi ac archidiaconatu[m] huiusmodi per Johannem [ɔ: Johanni] Marquardi prefatis contulerunt et providerunt etiam de eisdem, possessione forsan subsecuta. Cum autem dubitet dictus Johannes Jacobi collationem et provisionem predictas viribus non subsistere, supplicat, quatenus sibi de dicto decanatu [fructus 8 mr.] providere dignemini . . . . Concessum in presentia pape.

[1]) Cod. ut a [2]) Cod. de decanatu

A. cardinalis s. Praxedis. . . . Et quod littere etiam in forma simplicis provisionis expediri possint . . . Datum Rome 13. kal. jan. anno 9.

Suppl. 1109 fol. 94.

3784. **19. Jan. 1501.**

Paven erklærer, at Ditlev Pogwisch, som uretmæssig var valgt til Biskop i Slesvig af Kapitlet. og hans Vælgere skal ifalde Kirkens haardeste Bandsstraf og Stiftet belægges med Interdikt, hvis de ikke anerkender den af Paven udnævnte Administrator, Kardinal Johannes (de Castro), og overdrager det til Biskoppen Felinus (de Sandeis) i Lucca, Biskoppen i Lübeck og Dekanen i Ribe at sørge for, at Brevet bringes til Udførelse. Hvis de ikke adlyder, skal Biskoppen i Cesena, der er det pavelige Kammers Generalauditør, sammen med »procurator fisci nostri« foretage de videre Skridt i Sagen.

Ad futuram rei memoriam. Ad Romani pontificis auctoritatem pertinere dinoscitur, ut ad ea diligenter intendat, per que provisiones et quevis alie dispositiones de ecclesiis, presertim cathedralibus, et beneficiis quibuslibet per eum personis benemeritis, presertim s. Romane ecclesie cardinalibus, quos in partem solicitudinis evocavit altissimus, facte debitum consequantur effectum et illas impedientium nepharii conatus taliter compescantur, quod ab huiusmodi impedimentis, si non virtutis amore, saltem formidine pene desistant, et alii eorum exemplo perterriti similia committere non presumant. Dudum siquidem provisionem ecclesiarum omnium apud sedem apostolicam tunc vacantium et inantea vacaturarum dispositioni nostre reservavimus . . .; et deinde, ecclesia Slesvicensi, cui Egerdus episcopus Slesvicensis presidebat, per obitum eiusdem Egerdi, qui apud sedem predictam debitum nature persolvit, apud sedem eandem vacante, nos eidem ecclesie, de cuius provisione nullus preter nos se intromittere potest, reservatione obsistent[e] supradict[a], Johannem tituli s. Prisce presbiterum cardinalem, quoad viveret, in administratorem in spiritualibus et temporalibus deputavimus . . . . Cum autem, sicut non sine animi nostri displicentia accepimus, Detleuus Pogwysch, qui se gerit pro clerico, pretextu cuiusdam electionis de persona sua ad eandem ecclesiam per Joachim de Alevelt archidiaconum, Theodoricum Tetens cantorem, Johannem etiam Tetens lectorem, Andream Junghen seniorem, Johannem Bossen, Ottonem Nicolai, Ottonem Boetlouwen (!), Elmoldum Aluerdinghen, Me[n]ricum Membel (!), Ghisonem Uszlet, Henricum Mynden et Johannem Coci canonicos dicte ecclesie et, ut asserebant, capitulum dicte ecclesie representantes

post et contra reservationem predicta[m] quamvis de facto facte in regimine ipsius ecclesie de facto se intruserit illamque et illius bona ac etiam castra detinuerit, prout adhuc detinet, indebite occupata in anime sue periculum, perniciosum exemplum et scandalum plurimorum ac nostre ac sedis predicte auctoritatis contemptum, nos, ad quos spectat talium ausus refrenare, attendentes premissa per Detleuum et alios predictos attemptata mali exempli existere ac non valentes, necnon etiam nolentes[1]), prout justitia id exigente velle non debemus, ne ceteris transeat in exemplum, conniventibus oculis pertransire, sed cupientes, prout nostro pastorali incumbit officio, premissis congruentibus remediis providere ac dicti Johannis cardinalis jus illesum preservare, justitia et equitate id exigentibus, motu proprio . . . ac ex certa scientia prefatum Detleuum et quoscunque alios in regimine, castris et bonis predictis forsan intrusos et intrudendos necnon archidiaconum, cantorem, lectorem et alios electores prefatos ac capitulum dicte ecclesie et quoscunque alios eisdem Detleuo electo ac aliis intrusis et intrudendis circa huiusmodi intrusionem auxilium, consilium vel favorem . . . . prestantes, cuiuscunque status existant, ac clerum et capitulum civitatis et diocesis Slesvicensis necnon universos commissarios, collectores et reddituarios vasallosque et subditos ac feudatarios, arrendatarios, censuarios, colonos et laboratores dicte ecclesie et illius bonorum tenore presentium requirimus ac hortamur in domino, eis in virtute sancte obedientie et sub penis infrascriptis districte precipiendo mandantes, quatenus, postquam deputationis predict[e] et presentium litterarum nostrarum notitiam quomodolibet habuerint, infra sex dierum spatium, quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo et reliquos duos dies pro tertio et peremptorio termino ac monitione canonica eis in hiis scriptis assignamus, Detleuus videlicet et alii intrusi et intrudendi ab huiusmodi intrusione ac electores prefati et alii circa huiusmodi intrusionem et occupationem auxilium, consilium vel favorem prestantes . . . ab huiusmodi auxilii prestatione omnino desistant, Detleuus vero et alii intrusi seu intrudendi prefati pacificam possessionem vel quasi regiminis ecclesie ac bonorum predictorum eidem Johanni cardinali vel eius procuratori legitimo realiter et cum effectu relaxent et dimittant ac de illorum fructibus a die fact[e] deputationis predict[e] de persona

[1]) Gz. — Cod. volentes

ipsius Johannis cardinalis, ut prefertur, fact[e] per ipsos intrusos seu eorum nomine perceptis et habitis et qui, nisi impedivissent, haberi potuissent, eidem Johanni cardinali vel eius procuratori predicto integre satisfaciant, capitulum vero, clerus et populus prefati, eundem Johannem cardinalem et administratorem tamquam patrem et pastorem animarum suarum admittentes, sibi in hiis, que ad huiusmodi administratoris officium de jure vel consuetudine pertinent, obedientiam et reverentiam debitas et devotas, vasalli quoque et alii subditi fidelitatem solitam necnon consueta servitia et jura sibi ab eis debita Johanni cardinali vel eius procuratori prefato et non dicto Detleuo aut cuicunque alteri intruso vel intrudendo integre exhibeant, commissarii autem, collectores, reddituarii, arrendatarii, feudatarii, censuarii ac coloni et laboratores predicti de ipsius ecclesie fructibus et aliis juribus, prout ad eos pertinet, Johanni cardinali vel eius procuratori prefato et non dicto Detleuo aut cuicunque alteri intruso vel intrudendo respondeant; alioquin, si quis ex predictis in premissis culpabilis pontificali dignitate preditus monitioni et mandato nostris huiusmodi non paruerit cum effectu, ei extunc lapsis dictis sex diebus ingressum ecclesie interdicimus in hiis scriptis, et si sub huiusmodi interdicto per quatuor dies dictos sex dies immediate sequentes animo indurato perstiterit, eum[1]) et capitulum prefatos suspensionis a divinis, si vero salutis sue immemor et censurarum huiusmodi contemptor sub huiusmodi suspensione per reliquos quatuor[2]) dies quatuor dies predictos immediate sequentes perseverare non erubuerit, tam eum sic pontificali dignitate preditum huiusmodi octo quam primo dictis sex diebus elapsis Detleuum ac alios intrusos et intrudendos necnon clerum, populum, vasallos, subditos, commissarios, collectores, reddituarios, arrendatarios, feudatarios, censuarios, colonos et laboratores predictos ac capituli predictorum singulares personas et alios, ad quos pertinet, huic nostre intentioni et mandato, prout ad singulos ipsorum pertinuerit, non parentes excommunicationis sententia, quam in hiis scriptis proferimus, exnunc, prout extunc, auctoritate predicta innodamus, predictamque ecclesiam Slesvicensem ecclesiastico interdicto subjicimus, decernentes ipsos sic interdictos, suspensos et excommunicatos interdicti et suspensionis relaxationem necnon ab excommunicationis sententia huiusmodi ab-

[1]) Gz. — Cod. in eum [2]) Gz. — Cod. octo

solutionem ab alio quam a Romano pontifice preterquam in mortis articulo constitutos et satisfactione previa obtinere et huiusmodi interdictum, donec ipse Johannes cardinalis pacificam possessionem vel quasi regiminis ecclesie ac bonorum predictorum assecutus et sibi de injuria propterea irrogata satisfactum aut alias cum eo vel eius procuratore legitimo amicabiliter concordatum fuerit, relaxari non posse nec debere; et nichilominus, si capitulum suspensionis ac illi et alii ex predictis inferiores ab episcopis excommunicationis sententiam per decem dies predictos sex immediate sequentes animo indurato sustinere non formidaverint, singulos ex capitulo ac alios sic inferiores ab episcopis lapsis dictis decem diebus omnibus beneficiis cum cura et sine cura, que in titulum vel commendam, ac etiam, si seculares fuerint, feudis et juribus, que a predicta Slesvicensi ecclesia obtinent vel recognoscunt, eadem auctoritate privamus ac ad similia beneficia, feuda et jura imposterum obtinenda perpetuo inhabilitamus . . ., huiusmodique beneficia tamquam vacantia a nobis vel sede predicta impetrari posse libere decernimus et declaramus; necnon loca quecunque, ad que ipsos sic excommunicatos declinare contigerit, et in quibus scienter stare permissi fuerint, ecclesiastico interdicto subjicimus, decernentes illud, quamdiu ipsi excommunicati inibi steterunt, ut prefertur, et per[1]) biduum post eorum inde recessum firmiter observandum fore. Quocirca Felino Lucano in Romana curia residenti et Lubicensi episcopis ac decano ecclesie Ripensis motu simili mandamus, quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alios tam predictas nostr[e] deputationis quam presentes litteras nostras prefatis Detleuo ac [aliis][2]) forsan intrusis et intrudendis necnon archidiacono, cantori, lectori et aliis electoribus necnon capitulo ac auxilium, consilium et favorem prestantibus cleroque, populo, commissariis, collectoribus, reddituariis, vasallis, subditis ac feudatariis, arrendatariis, censuariis, colonis et laboratoribus predictis etiam per edi[c]tum publicum locis publicis circumvicinis affigendum, constito summarie, etiam extrajudicialiter, de non tuto ad eos accessu, per insertum tenorem priorum predictarum et presentium nostrarum litterarum intiment, insinuent et notificent ac eis ad docendum legitime coram eis se monitionibus et requisitionibus nostris

[1]) Gz. — Cod. post [2]) add. Gz.

huiusmodi paruisse terminum peremptorium alium competentem prefigant et assignent et in eventum, quo infra illum se paruisse non docuerint, eosdem ex illis de sua paritione coram eis non docentes interdictos, suspensos, excommunicatos, privatos et inhabiles ac ecclesiam Slesvicensem et alia, ad que ipsos excommunicatos declinare contigerit, loca ecclesiastico interdicto supposita fore declarent ac tandiu etiam cum candelis accensis et postmodum extinctis ac in terram projectis et cum trina lapidum projectione publice nuntient et faciant ab aliis nuntiari, donec ipsi sic interdicti, suspensi et excommunicati interdicti et suspensionis relaxationem ac ab huiusmodi excommunicationis sententia absolutionis beneficium necnon rehabilitationis gratiam satisfactione previa meruerint obtinere, et nichilominus legitimis servatis processibus censuras ipsas iteratis vicibus, prout expedire cognoverint, aggravare procurent, contradictores auctoritate etc., invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Nos enim episcopis et decano prefatis intrusos et requisitos predictos ad premissa omnia etiam edi[c]to simili coram se citandi facultatem concedimus per presentes, non obstantibus Bonifacii pape VIII, quibus inter alia cavetur, ne aliquis extra suam civitatem et diocesim nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a fine sue diocesis ad judicium evocetur, seu ne judices et conservatores a sede predicta deputati extra civitatem et diocesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere aut aliis vices suas committere presumant, et de duabus dietis in concilio generali edita, dummodo aliquis ex monitis et requisitis predictis, qui laicales persone existant, auctoritate presentium ultra tres dietas non trahatur, et aliis apostolicis constitutionibus contrariis. Volumus autem, quod deputationis predict[e] et presentium litterarum nostrarum tenores monitis et requisitis prefatis ut supra intimandi et insinuandi per eorum insertionem perinde ipsos monitos etiam pro citationibus faciendis arctent, ac si ips[a] deputatio et presentes littere nostre eis personaliter et presentialiter insinuarentur et intimarentur. Ceterum (quod non credimus) si prefati Detleuus intrusus ac Joachim archidiaconus, Theodoricus cantor, Johannes Telens lector, Andreas Junghen senior, Johannes Bosen, Otto Nicolai, Otto Racthouwen, Elmondus Aluerdinghen, Mericus Menckel, Gheso Uszleti, Henricus Vynden et Johannes Coci canonici dicte ecclesie Slesvicensis, qui tanquam ipsius ecclesie Slesvicensis capitulum representantes predictam

de persona prefati Detleui, ut prefertur, fecerunt electionem, ac alii forsan intrusi et intrudendi huiusmodi monitionibus et mandatis nostris non paruerint, exnunc, prout extunc, lapsis singulis terminis per presentes eis, ut prefertur, assignatis, per easdem presentes eosdem Detleuum, Joachim ac alios proxime dictos sub similibus censuris et penis monemus et citamus, ut infra trium mensium spatium personaliter ad Romanam curiam se conferant et coram nobis se presentent suam excusationem facturi, quare premissis monitionibus nostris non paruerint, et allegaturi, quare non debeat contra eosdem Detleuum, Joachim ac alios proxime dictos tamquam inobedientes ac reservationum et mandatorum apostolicorum contemptores ad predictarum censurarum et penarum contra eos declarationem ac ad artiores penas eorum contumacia id exigente procedi, mandantes etiam per presentes Petro episcopo Cesenatensi, causarum curie camere apostolice auditori generali, seu eius locumtenenti et fisci nostri procuratori, ut lapsis dictis tribus mensibus absque aliqua commissione eis desuper facienda contra Detleuum intrusum, Joachim et alios subditos (!) proxime dictos procedant tamquam contumaces ad penas predictas et alias graviores, de quibus eis videbitur, donec spiritu saniori resumpto ipsi sic excommunicati et interdicti nostram et dicte sedis gratiam et reconciliationem satisfactione previa meruerint obtinere. Datum Rome 14. kal. febr. anno 9.

Reg. Vat. 882 fol. 440.

3785. **22. Jan. 1501.**

Paven befaler Biskoppen i Ribe at overdrage Præsten Mikkel Mogensen fra Aarhus Stift et evigt Vikariat i Aarhus Domkirke.

Episcopo Ripensi. Dignum etc. Cum itaque quedam perpetua vicaria, Jerusalem nuncupata, in ecclesia Arusiensi vacet ad presens et tanto tempore vacaverit, quod eius collatio juxta Lateranensis statuta concilii est ad sedem predictam (!) legitime devoluta, nos, volentes Michaelem Magni presbiterum Arusiensis diocesis favore prosequi gratioso . . ., fraternitati tue mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem eundem Michaelem ad hoc idoneum esse reppereris . . ., vicariam predictam, cui[1]) cura imminet animarum, [cuius et illi annexorum fructus 4 mr.]

[1]) II: que personalem requirit residentiam cuique

eidem Michaeli auctoritate nostra conferas[1]) . . . . Datum Rome 11. kal. febr. anno 9.

F. XX. 3. id. febr. anno 9. Sanctorius.

Reg. Lat. 1072 fol. 17; ogsaa (II) Supplik (Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis) i Suppl. 1109 fol. 239 v.

3786. 22. Jan. 1501.

Præsten Mikkel Mogensen fra Aarhus Stift faar ny Provision paa Sognekirken i Lyngaa i Aarhus Stift og Kanonikat og Præbende i Aarhus.

Alias parrochiali ecclesia in Lyungo Arusiensis diocesis vacante, Michael Magni presbiter Arusiensis diocesis illam ordinaria auctoritate sibi conferri et de illa provideri obtinuit, possessione subsecuta. Cum autem dubitet collationem et provisionem predictas viribus non subsistere, [et] cum canonicatus [ac], s. Spiritus nuncupata, prebenda ecclesie Arusiensis per obitum Petri Lolj vacent, supplicat prefatus Michael, quatenus sibi de canonicatu et prebenda necnon de parrochiali ecclesia predictis [quorum ac eisdem canonicatui et prebende annexorum insimul fructus 4 mr.] . . . . in forma simplicis vel nove provisionis aut alias, prout sibi melius videbitur, providere dignemini, non obstantibus statutis etc. ecclesie Arusiensis juramento etc. roboratis, illis presertim, quibus inter alia caveri dicitur expresse, quod nullus ipsius ecclesie canonicus aliquam parrochialem ecclesiam cum suis canonicatu et prebenda obtinere possit, que latius extendi possint, quibus placeat hac vice derogare . . . Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus . . . . . . Et cum derogatione regule de annali possessore, super quibus littere per viam perinde valere expediri possint. Fiat. R. Datum Rome 11. kal. febr. anno 9.

Suppl. 1109 fol. 238.

3787. 23. Jan. 1501.

Sognepræsten Mikkel Mogensen i Lyngaa faar Dispensation til at modtage og beholde 3 ellers uforenelige Embeder.

Supplicat Michael Magni rector parrochialis ecclesie de Lumgo cum suis annexis Arusiensis diocesis, quatenus secum, ut unacum dicta parrochiali ecclesia, quam obtinet, duo et absque illa quecunque tria alia curata seu alias invicem incompatibilia beneficia necnon duo alia . . simplicia . . . . sub uno et eodem tecto unius et eiusdem ecclesie dumtaxat consistentia, se

[1]) II: Et cum derogatione regule de annali possessore.

invicem tamen et cum dictis incompatibilibus compatientia, beneficia . . ., si sibi alias canonice conferantur, recipere et insimul, quoad vixerit, retinere cum clausula permutandi totiens quotiens etc. libere possit, dispensare dignemini . . . Fiat. R. . . . Et de parrochialibus ad vitam, dummodo inter ipsa tria plures quam due parrochiales ecclesie vel earum perpetue vicarie non existant . . . Datum Rome 10. kal. febr. anno 9.

Suppl. 1109 fol. 237 v.

3788. **23. Jan. 1501.**

Præsten Niels Henriksen fra Lunde Stift faar Kanonikat og Præbende i Aarhus og Sognekirken i Hald i Aarhus Stift, ledige ved Peder Jensens Død.

Supplicat Nicolaus Henrici presbiter Lundensis diocesis *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Fiat. R. Datum Rome 10. kal. febr. anno 9.

Suppl. 1109 fol. 237.

3789. **1. Febr. 1501.**

Kardinal Johannes (de Castro) lover at betale Halvdelen af sine Servispenge for Slesvig Bispestol til det pavelige Kammer og Kardinalkollegiet.

[1501] Die 1. [mensis] febr. Mathias de Cornali nomine Johannis tituli s. Prisce presbiteri cardinalis obtulit camere apostolice et sacro collegio cardinalium pro communi servitio ecclesie Slesvicensis ratione provisionis de persona eiusdem cardinalis eidem ecclesie sub data 8. id. nov. anno 8 auctoritate apostolica facte fl. auri de camera 1000, ad quas dicta ecclesia in libris dicte camere taxata reperitur, et quinque minuta servitia consueta. Card. XIII. Eorundem autem communis et minutorum servitiorum medietatem solvere promisit et se in forma, prout alii cardinales, obligavit.

Oblig. 1498—1502 fol. 109 v (Archivio di Stato). Uddrag af Garampi.

3790. **5. Febr. 1501.**

Klerken Johannes Brandes fra Bremen Stift, som er Notar ved Kurien, faar et evigt Vikariat ved Slesvig Domkirke.

Supplicat Johannes Brandis clericus Bremensis diocesis ac vestri sacri palatii causarum notarius, quatenus illi de quadam perpetua sine cura vicaria sita in cathedrali ecclesia Slesvicensi, per obitum Bernardi Enichle . . vacante [fructus 4 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus . . . Datum Rome non. febr. anno 9.

Suppl. 1110, ufol.

3791. **6. Febr. 1501.**

Ærkebiskoppen i Lund fritages paa Grund af Embedets ringe Indtægter og den lange Vej (3000 Mil!) i de første tre Aar for at opfylde sin Forpligtelse til at besøge Rom; Ansøgningen gjaldt hans hele Levetid.

Cum propter tenuitatem fructuum etc. mense archiepiscopalis Lundensis *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Fiat. R. Et per breve s. v. Et ad triennium. Fiat. R. Datum Rome 8. id. febr. anno 9.

Suppl. 1110, ufol.

3792. **6. Febr. 1501.**

Klerken Gregorius Fruenberck fra Brandenburg Stift faar en (unævnt) Sognekirke i Slesvig Stift.

Supplicat Gregorius Fruenberch clericus Bra[n]denburgensis diocesis, ex utroque parente de militari genere procreatus, quatenus sibi de quadam parrochiali ecclesia loci N. Slesvicensis diocesis, quam Bruchardus [ɔ: Bernhardus] Enichlo obtinebat, per obitum eiusdem Briichardi [ɔ: Bernhardi] vacante [fructus 4 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Datum Rome 8. id. febr. anno 9.

Suppl. 1110, ufol.

3793. **6. Febr. 1501.**

Klerken Conradus Cock fra Hildesheim faar et evigt Vikariat ved Slesvig Domkirke.

Supplicat Conradus Cock clericus Hildesemensis, quatenus sibi de perpetua vicaria in ecclesia Slesvicensi [fructus 4 mr.], per obitum Bernardi N. vacante, providere dignemini. Fiat. R. Datum Rome 8. id. febr. anno 9.

Suppl. 1110, ufol.

3794. **8. Febr. 1501.**

Klerken Tymme Strenck fra Lübeck Stift faar Kanonikat og Præbende i Slesvig.

Alias certis canonicatu et prebenda ecclesie Slesvicensis per obitum Luberti Huygink . . vacantibus, prepositus, canonici et capitulum dicte ecclesie illos . . . Tymmoni Strenck clerico Lubicensis diocesis contulerunt et illi de eisdem providerunt, possessione subsecuta. Cum autem dubitet collationem et provisionem huiusmodi cum inde secutis . . viribus non subsistere ipsosque canonicatum et prebendam adhuc vacare, supplicat igitur, quatenus sibi . . . . de antedictis canonicatu et prebenda

[fructus 3 mr.] de novo providere dignemini, dicte ecclesie statutis etc., etiam juramento etc. roboratis, et presertim de optando, quibus inter alia caveri dicitur expresse, quod nullus in eadem ecclesia canonicatum [ɔ: -us] et prebendas maiores assequi possit, nisi de minori ad mediam et de media prebenda ad maiores prebendas huiusmodi gradatim et per optionem ascendat, . . . non obstantibus . . . . Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Datum Rome 6. id. febr. anno 9.

Suppl. 1111 fol. 8 v.

3795. **9. Febr. 1501.**

Klerken Eggerdus Krantz fra Bremen Stift faar et evigt Vikariat i Slesvig Domkirke, som Klerken Johannes Brandes fra Bremen Stift opgiver.

Nuper quadam perpetua sine cura vicaria sita in cathedrali ecclesia Slesvicensi per obitum Bernhardi Cnichlo (!) . . vacante, fuit de illa . . Johanni Brandes clerico Bremensis diocesis auctoritate apostolica provisum, possessione minime subsecuta. Verum prefatus Johannes cupit dictam [ɔ: -te] vicariam [ɔ: -rie] seu omni juri sibi ad illam quomodolibet competenti, litteris apostolicis desuper non confectis, in manibus s. v. seu ad illam [ɔ: id] potestatem habentis cedere, prout cedit de presenti. Supplicant igitur tam dictus Johannes quam etiam Egerdus Krantz clericus Bremensis diocesis, quatenus cessionem huiusmodi admittentes dicto Egerdo de prefata vicaria [fructus 4 mr.] providere dignemini . . . Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Datum Rome 5. id. febr. anno 9.

Suppl. 1110, ufol.

3796. **11. Febr. 1501.**

Paven befaler Biskoppen i Ribe at overdrage Kanonikat og Præbenden Allom i Aarhus til Præsten Mikkel Mogensen fra Aarhus Stift.

Episcopo Ripensi. Dignum etc. Dudum siquidem omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia apud sedem apostolicam vacantia et inantea vacatura dispositioni nostre reservavimus. Cum itaque postmodum canonicatus et, Allom[1]) nuncupata, prebenda ecclesie Arusiensis per liberam resignationem Laurentii Egerdi de illis in manibus nostris sponte factam et per nos admissam apud sedem predictam vacent, ... nos, volentes Michaelem Magni presbiterum Arusiensis diocesis . . .

[1]) H: Halloni

favore prosequi gratioso . . ., fraternitati tue mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem eundem Michaelem ad hoc idoneum esse reppereris, ... canonicatum et prebendam predictos [fructus 4 mr.] eidem Michaeli auctoritate nostra conferas . . . Datum Rome 3. id. febr. anno 9.

Jo. XX. 15. kal. aprilis anno 9. electus Terracinensis.

Reg. Lat. 1091 fol. 161 v; ogsaa (II) Supplik (Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis) i Suppl. 1111 fol. 52.

3797. **13. Febr. 1501.**

Paven tillader Ærkebiskop Birger Gunnersen i Lund at sammenkalde et Provincialconcilium for det danske Rige (in regno Dacie) og der reformere, hvad der tiltrænges.

Birgero archiepiscopo Lundensi. Devotis tuis *(Dipl. dioc. Lund. V).* Datum Rome id. febr. anno 9.

Jo. XX. electus Terracinensis.

Reg. Lat. 1097 fol. 178; ogsaa Supplik (Fiat. R.) i Suppl. 1111 fol. 110. (Trykt Dipl. dioc. Lund. V).

3798. **13. Febr. 1501.**

Paven bevilger en Ansøgning fra Hertug Frederik om, at denne maa indgaa Ægteskab med Anna, Datter af Markgrev Johan af Brandenburg, skønt de er beslægtede i 3die Grad.

Nobili viro Frederico duci Holsacie et Slesvicensi. Devotionis tue probata sinceritas *(Pontoppidan, Ann. eccl. Dan. II, 717—18; Reg. 5178*[1]*); Dipl. Norv. XVII, 678).* Datum Rome id. febr. anno 9.

XXX.

Orig. med Bulle i Silkesnor i Gemeinschaft. Archiv I, 13 (R. A.). L. Dipl. Reg. Vat. 882 fol. 366; ogsaa Supplik (Fiat. R.) i Suppl. 1113 fol. 198 (= 258).

3799. **23. Febr. 1501.**

Klerken Vennemarus Krawinckel fra Køln Stift faar paany Provision paa Kanonikat og Præbende i Slesvig.

Vacantibus canonicatu et prebenda in ecclesia Slesvicensi per obitum Luberti Hernssen (!), ... fuit Uuanemaro Kranvinckel clerico Coloniensis diocesis de dictis canonicatu et prebenda auctoritate ordinaria provisum, possessione subsecuta. Verum dubitat provisionem predictam viribus non subsistere; supplicat [igitur], quatenus sibi de canonicatu et prebenda pre-

[1]) Her dog med det urigtige Aar 1500.

dictis [fructus 4 mr.] de novo providere dignemini . . . Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 7. kal. martii anno 9.

Suppl. 1112 fol. 66.

3800. **27. Febr. 1501.**

Klerken Dulman de Castro fra Zaragosa Stift faar Kanonikat og Præbende i Slesvig.

Cum canonicatus et prebenda ecclesie Slesvicensis per obitum Johannis Bosen . . . vacent, supplicat Dulman de Castro clericus Cesaraugustensis diocesis, s. v. familiaris continuus commensalis, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] providere dignemini . . . Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Et de consensu Johannis tituli s. Prisce presbiteri cardinalis Agrigentini dicte ecclesie perpetui administratoris . . . Datum Rome . . . 3. kal. martii anno 9.

Suppl. 1111, ufol.

3801. **6. Marts 1501.**

Klerken, Dr. Mathias de Canali fra Ferrara Stift faar Provstiet i Haderslev, Kanonikat og Præbende i Slesvig samt Trefoldigheds Kirken og et evigt Vikariat sammesteds.

Cum prepositura, ut reputatur, ecclesie Harlerstenensis [ɔ: Haderslevensis] Slesvicensis diocesis, que forsan in ecclesia Slesvicensi personatus in Barecksusel existit, quam Johannes Bosen, ac canonicatus et prebenda ipsius ecclesie Slesvicensis, quos Lulbertus Hayghunk, necnon parrochialis ecclesia s. Trinitatis Slesvicensis ac quedam perpetua vicaria seu cappellania dicte ecclesie Slesvicensis, quas Bernardus Enicklo respective obtinebant, per obitum eorundem vacent, supplicat s. v. illius familiaris continuus commensalis Mathias de Canali clericus Ferrariensis, decretorum doctor ac de nobili genere procreatus, quatenus sibi preposituram, canonicatum et prebendam, vicariam et parrochialem ecclesiam predictos [fructus insimul 15 mr.], videlicet preposituram, canonicatum, prebendam et vicariam predictos conferre, parrochialem vero ecclesiam per eum, quoad vixerit, etiam una cum omnibus beneficiis secularibus et ordinum quorumvis regularibus, que in titulum vel commendam obtinet et imposterum obtinebit, ac pensionibus annuis, quas super quibusvis fructibus etc. percipit et percipiet in futurum, regendam ita, quod liceat sibi de illius fructibus etc. disponere,

providere secumque, ut canonicatum et prebendam et personatum predictos † ad tres menses insimul sub eodem tecto in titulum ac parrochialem ecclesiam prefatam † retinere libere valeat, dispensare dignemini . . Fiat. R. . . . Et cum derogatione regule de idiomate etc., quatenus sit opus . . Et quod seorsum littere super singulis beneficiis expediri possint etc. Et de consensu cardinalis dicte Slesvicensis ecclesie administratoris. Datum Rome pridie non. martii anno 9.

Suppl. 1112 fol. 193.

3802. **7. Marts 1501.**

Præsten Mikkel Mogensen fra Aarhus Stift faar Kanonikat og Præbende samt Kantoriet i Roskilde.

Supplicat Michael Magni presbiter Arusiensis diocesis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ac cantoria ecclesie Roskildensis [fructus insimul 6 mr.], per obitum Petri Reber vacantibus, providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Datum Rome non. martii anno 9.

Suppl. 1114 fol. 40 v.

3803. **11. Marts 1501.**

Biskop Ditlev Pogwischs Prokurator i Rom, Leander de Pellagallis de Perusia, takker for et Brev af 2. Dec. 1500 og forsikrer, at han skal virke for, at Biskoppen bliver stadfæstet af Paven. Chancerne er dog ikke store, da nogle af Biskoppens Modstandere har paavirket Kardinal Johannes de Castro, saa han ikke vil træde tilbage for ham. Kardinalen antager endvidere, at Kongen er villig til at anerkende ham. Leander og Kanniken Giso Usler har været hos flere Kardinaler, men til ingen Nytte; i Konsistoriet 10. Marts var man imod Ditlev Pogwisch og enig om, at trods Bullen af 11. Juli 1494 (Nr. 3420) kunde Paven meget vel besætte Slesvig Bispestol. Hvis Biskoppen ikke vil ofre mange Penge, er hans Sag haabløs. Der er allerede udstedt et skarpt Monitorium mod ham, og Biskoppen i Ribe har faaet det Hverv at forkynde Brevet. Leander raader Biskoppen til straks at appellere; selv har han og Giso Usler allerede appelleret og desuden henvendt sig til en Advokat.

Dettlewo Poggewysch electo [Slesvi]censi domino meo in Slesuich. Literas vestras *(Danske Mag. 5. R. VI, 181—83).* Rome 11. marcii 1501.

Orig. paa Papir i Svavsted Bispearkivs Papirsbreve Nr. 146 (R. A.).

3804. **14. Marts 1501.**

Slesvigkanniken Giso Usler, Prokurator for Biskop Ditlev Pogwisch og Slesvig Kapitel, protesterer mod Pavens Udnævnelse af Kardinal Johannes (de Castro) til Biskop i Slesvig, erklærer, at Ditlev Pogwisch er bleven kanonisk valgt og Valget i rette Tid meddelt Paven, og appellerer Sagen til Paven.

Cum tam a sacrorum canonum quam sacrarum legum conditoribus *(Danske Mag. 5. R. VI, 183—84).* [Anno 1500 ɔ: 1501 indictione 4, die vero 14. martii, pontificatus anno 9].

Kopi i Istromenti 5 fol. 5 v (Arch. di s. Spirito i Rom).

3805. 15. Marts 1501.

Paven befaler Ærkedegnen i Slesvig at overdrage Klerken Poul Rantzow fra Slesvig Stift Kanonikat og Præbende i Haderslev.

Archidiacono ecclesie Slesvicensis. Dignum etc. Dudum siquidem omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia apud sedem apostolicam vacantia et inantea vacatura dispositioni nostre reservavimus. Cum itaque postmodum canonicatus et prebenda maior ecclesie b. Marie Haderslevensis Slesvicensis diocesis, in qua nonnulle maiores et minores prebende fore noscuntur, per liberam resignationem Egerdi Herinck de illis per Ghisonem de Uszler clericum Maguntine diocesis procuratorem suum . . in manibus nostris sponte factam et per nos acceptam apud sedem predictam vacent, . . . nos, volentes Paulum Ranthow[1]) clericum dicte diocesis favore prosequi gratioso . . ., discretioni tue mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem eundem Paulum ad hoc idoneum esse reppereris . . ., canonicatum et prebendam predictos [fructus 4 mr.], eidem Paulo auctoritate nostra conferas[2]). Datum Rome id. martii anno 9.

Jo. XX. 3. id. maji anno 9. electus Terracinensis.

Reg. Lat. 1088 fol. 327; ogsaa (II) Supplik (Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus) i Suppl. 1113 fol. 123 v.

3806. 21. Marts 1501.

Paven tillader Kong Hans's tidligere Hofmester, Ridderen Erik Ottesen (Rosenkrantz), som er gammel og svagelig, sammen med een Ledsager at optages i Mariager Kloster og nyde dettes Privilegier.

Erico Ottonis laico Arusiensis diocesis. Sincere devotionis affectus [etc.]. Hinc est, quod nos te, qui miles et eques auratus senio confectus et viribus tui corporis plurimum destitutus existis ac olim curie regalis moderni Dacie regis rector et magister fuisti, ac summopere affectas residuum dierum tuorum in quiete ducere et in monasterio Marieaggher congregationis s. Birgite

[1]) II: Rantzow

[2]) II: Et cum derogatione statutorum de optando, quatenus opus sit.

ordinis s. Augustini Arusiensis diocesis vitam agere, gratioso favore prosequi volentes, tibi, ut in dicto monasterio de illius superioris consensu cum uno familiari tuo seculari, qui vita tibi comite necessaria ibidem tibi ministret, quoad vixeris, permanere et in choro eiusdem monasterii ac cum illius fratribus divina officia audire ac per proprium vel alium confessorem idoneum, quem duxeris eligendum, penitentie, eukaristie, extreme unctionis et alia sacramenta ecclesiastica recipere ac omnibus concessionibus fratribus et sororibus eiusdem confraternitatis sub invocatione eiusdem s. Brigite in eodem monasterio institute ac aliis eiusdem monasterii [personis] illique ac eidem ordini a sede apostolica et alias concessis, et quibus dicti fratres et sorores gaudent, gaudere libere valeas, tenore presentium indulgemus . . . Datum Rome 12. kal. aprilis anno 9.

F. XXV. Sanctorius.

Reg. Lat. 1080 fol. 114 v; ogsaa Supplik (Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis) i Suppl. 1113 fol. 119 v.

3807. **22. Marts 1501.**

Skolaren Thomas Busk fra Slesvig Stift faar Tilladelse til at modtage den første Tonsur og lade sig indvie til de fire andre lavere gejstlige Grader i Rom.

Supplicat Thomas Busk scolaris Slesvicensis diocesis, s. v. familiaris continuus commensalis, quatenus sibi, ut a quocunque antistite in Romana curia residente . . . primam tonsuram clericalem ac etiam quatuor alios minores ordines insimul recipere possit et in illis ministrare valeat, antistiti illos conferendi auctoritatem dare et oratori prefato . . . recipiendi licentiam concedere dignemini . . . Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Et de prima tonsura et quatuor minoribus ordinibus quocunque die . . . Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat . . . Datum Rome 11. kal. aprilis anno 9.

Suppl. 1113 fol. 157 v.

3808. **23. Marts 1501.**

Kong Hans's Udsending ved Kurien, Slesvigkanniken Ghise Usler faar Dispensation til at modtage og beholde tre ellers uforenelige Embeder.

Supplicat Ghiso de Oserlet (!) canonico [ɔ: -cus] Slesvicensis, Johannis Dacie regis ad s. v. et sedem apostolicam nuntius et orator, quatenus secum, ut quecunque tria curata seu alias invicem incompatibilia beneficia . . ., si sibi alias canonice con-

ferantur . . ., recipere cum clausula permutandi totiens quotiens etc. retinere libere possit, dispensare dignemini . . . Fiat. R. . . . Datum Rome 10. kal. aprilis anno 9.

Suppl. 1113 fol. 136 (116).

3809. **24. Marts 1501.**

Kardinalkollegiet meddeler Kong Hans, at man i Konsistoriet har drøftet et Brev fra ham og Hertug Frederik, hvori de anmodede om Stadfæstelse af Ditlev Pogwisch som Biskop i Slesvig. Kollegiet kunde dog ikke paa nogen Maade opgive Pavens Udnævnelse af Kardinal Johannes (de Castro) og bad derfor Kongen om at anerkende denne.

Episcopi, presbiteri, diaconi s. Romane ecclesie cardinales Johanni regi Dacie. Presentate ac lecte fuerunt *(Danske Mag. 5. R. VI, 185).* Datum Rome die 24. mensis martii 1501 sub signetis nostrorum trium in ordine priorum.

Orig. paa Papir i Svavsted Bispearkivs Papirsbreve Nr. 147 (R. A.).

3810. **27. Marts 1501.**

Abbeden i Allehelgens Kloster ved Lund faar bevilget, at Ærkebiskoppen for Fremtiden ikke, som hidtil, skal tynge Klostrets Bønder og Undergivne med Gæsteri, men nøjes med at gæste Klostret selv.

Licet abbates monasterii Sanctorum omnium ordinis s. Benedicti Lundensis diocesis *(Dipl. dioc. Lund. V).* Concessum, prout de jure, in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 6. kal. aprilis anno 9.

Suppl. 1113 fol. 195 (255).

3811. **3. April 1501.**

Paven giver Jens Jakobsen, evig Vikar i Roskilde, Dispensation til at modtage og beholde to ellers uforenelige Beneficier.

Johanni Jacobi perpetuo vicario ad altare s. Catherine, junioris nuncupate, situm in ecclesia Roskildensi. Vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos, te . . . gratioso favore prosequi volentes . . . . ., tecum, ut quecunque duo curata seu alias invicem incompatibilia beneficia . . . . ., si tibi alias canonice conferantur . . . . ., recipere et insimul, quoad vixeris, retinere illaque dimittere et loco dimissorum alia . . . duo dumtaxat invicem incompatibilia similiter recipere et insimul, quoad vixeris, ut prefertur, retinere libere valeas, ... tenore presentium dispensamus . . . . . Datum Rome 3. non. aprilis anno 9.

Jo. XXXX. electus Terracinensis.

Reg. Lat. 1077 fol. 122; ogsaa Supplik (Fiat. R.) i Suppl. 1114 fol. 146 v.

3812. **3. April 1501.**

Roskildekanniken Otto Jensen (Foged) faar Kantoriet sammesteds.

Vacante nuper cantoria ecclesie Roskildensis per obitum Petri Reberger, Otto Johannis canonicus Roskildensis de illa per iconomum eiusdem ecclesie, eadem ecclesia pastore vacante per capitulum dicte ecclesie deputatum, sibi provideri obtinuit, possessione subsecuta. Cum autem dubitet provisionem huiusmodi viribus non subsistere, sed eandem cantoriam adhuc vacare, supplicat idem orator, de nobili genere procreatus, quatenus sibi de cantoria predicta, que in eadem ecclesia dignitas curata, non tamen maior post pontificalem existit [fructus 4 mr.], providere dignemini. Fiat. R. Et [quod] maior et verior specificatio fructuum usque ad alias 4 mr., si opus fuerit, fieri possit in confectione litterarum, que etiam, si videbitur, expediri possint in forma simplicis provisionis. Datum Rome 3. non. aprilis anno 9.

Suppl. 1114 fol. 146 v.

Roskildensis. Otto Johannis. Cantoria per obitum.

Uddrag i Indice 342 efter Reg. Lat. Alex. VI anno 9 lib. 1 (tabt) fol. 180.

3813. **3. April 1501.**

Klerken Jakob Eriksen fra Roskilde Stift faar motu proprio Ventebrev paa 2 Kanonikater og Præbender.

Motu proprio Jacobo Erici clerico Roskildensis diocesis, de nobili genere ex utroque parente procreato, de duobus canonicatibus cum reservatione totidem prebendarum duarum cathedralium, etiam metropolitanarum, vel collegiatorum ecclesiarum ac dignitatis, personatus, administrationis vel officii curati et electivi alterius earundem necnon de uno vel duobus beneficio seu beneficiis . . . . spectantibus ad collationem etc. quorumcunque collatorum et collatricum secularium et quorumvis ordinum regularium in confectione litterarum exprimendorum etiam ratione dignitatis etc. providemus . . . Et insuper . . . . motu simili volumus, quod in canonicatuum et prebendarum et dignitatis etc. necnon beneficiorum huiusmodi assecutione omnibus ac illis prorsus similibus antelationum prerogativis et indultis, quibus nonnulli familiares nostri continui commensales, etiam antiqui in certis nostris litteris descripti, in simili assecutione canonicatuum et prebendarum ac dignitatis necnon beneficiorum

sub gratiis expectativis per nos eis concessis comprehensorum, [que][1]) expectant et duxerint acceptanda, gaudent seu gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non ad eorundem familiarium instar, sed pariformiter et absque ulla differentia, absque tamen eorum prejudicio, gaudere libere valeat in omnibus, perinde ac si unus ex eisdem familiaribus ac in dictis litteris descriptus esset .... Fiat motu proprio. R. ... Datum Rome 3. non. aprilis anno 9.

Suppl. 1106 fol. 88.

3814. **3. April 1501.**

Klerken Oluf Andersen fra Roskilde Stift faar Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Alias canonicatu et prebenda ecclesie Roskildensis, quos Nicolaus Henrici obtinebat, per obitum eiusdem Nicolai vacantibus, tunc iconomus seu vicarius capituli Roskildensis, ecclesia Roskildensi tunc pastoris regimine destituta, canonicatum et prebendam predictos Olao Andree clerico Roskildensis diocesis ordinaria auctoritate contulit et providit etiam de eisdem, possessione subsecuta. Cum autem dubitet collationem et provisionem predictas .... viribus non subsistere, supplicat, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] in forma simplicis vel nove provisionis aut alias, prout oratori melius videbitur, providere dignemini. Fiat. R. ... Datum Rome 3. non. aprilis anno 9.

Suppl. 1114 fol. 147.

3815. **5. April 1501.**

Paven befaler Biskoppen i Terni, Dekanen i København og Officialen i Aarhus at overdrage Ærkedegneembedet i Aarhus til Klerken Morten Krabbe fra Viborg Stift, naar Kong Hans, som har Patronatsret, giver sit Samtykke dertil.

Episcopo Interamnensi et decano ecclesie b. Marie virginis Nafenensis (!) Roskildensis diocesis ac officiali Arusiensi. Litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque, sicut accepimus, archidiaconatus ecclesie Arusiensis, qui inibi dignitas maior post pontificalem et ex privilegio apostolico, cui in aliquo non est hactenus derogatum, de jure patronatus regis Dacie pro tempore existentis existit, et quem Johannes Theyticus[2])

[1]) add. Gz. [2]) H: Theyenhws

obtinebat, per obitum eiusdem Johannis vacet ad presens, nos . . . . . . discretioni vestre mandamus, quatenus . . per vos vel alios archidiaconatum predictum [fructus 5 mr.] . . . ., dummodo tempore date presentium non sit in eo alicui specialiter jus quesitum et ad hoc Johannis Dacie regis eiusdem archidiaconatus patroni expressus accedat assensus, . . . Martino Koabbe (!)[1]) clerico Vibergensis diocesis magistro in artibus auctoritate nostra conferre curetis . . . . . . Datum Rome non. aprilis anno 9.

Jo. XXX. 17. kal. maji anno 9. electus Terracinensis.

Reg. Lat. 1089 fol. 82 v; ogsaa Supplik (Fiat. R.) i Suppl. 1114 fol. 146 v.

3816. 5. April 1501.

Klerken Knud Pallesen (Ulfeld) fra Odense Stift faar indsat Dommere imod Præsten Knud Bryske fra samme Stift, der har overfaldet ham og bl. a. slaaet en Tand ud paa ham.

Exponitur pro parte Kanuti Palnoris (!) clerici Ottoniensis diocesis regni Dacie, ut[2]) dicitur, gravi cum querela, quod, licet dictus orator a pluribus annis retroactis fuerit, prout est de presenti, clericus secularis habitumque etiam et tonsuram publice et honeste deferens clericales ac etiam ab ineunte sua etate homo bonorum nominis et fame, laudabilis vite et conversationis honeste deumque timens[3]) ab omnibus actibus illicitis, quantum id humana permisit et permittit fragilitas, se abstinuerit et propterea non debuerit nec meruerit a quoquam et maxime infrascripto injuriari et diris[4]) verberibus affici et usque ad sanguinis effusionem vapulari, nichilhominus quidam Kanutus Brusche, gerens se pro presbitero dicte diocesis, quo spiritu ductus penitus ignoretur [ɔ: -ratur], in eundem oratorem notorium clericum in habitu clericali publice incedentem, nulla penitus causa rationabili subsistente, sed temere et de facto, nuper certa die mensis febr. anni 1497, ipso oratore in domicilio sue proprie habitationis existente, manus suas temere violentas, etiam usque ad non modicam sanguinis effusionem ac unius ex dentibus suis erutione[m], injecit, penas canonis *Si quis suadente diabolo* etc. temere incurrendo in anime sue grave periculum, ecclesiastice libertatis vilipendium et contemptum dictique oratoris non modicum prejudicium, damnum, injuriam et gravamen ac perniciosum exemplum et scandalum plurimorum. Cum autem utilitati rei publice intersit, ne crimina remaneant

---

[1]) H: Krabbe [2]) Cod. et [3]) Gz. — Cod. demumque timeret [4]) Cod. diriis

impunita, ut aliis cedat in exemplum, et ne dictus Kanutus adversarius de tanto facinore remaneat impunitus, recurrit ad pedes s. v. dictus orator, quatenus sibi, qui in artibus magister et de nobili genere ex utroque parente procreatus et dudum maior effectus existit, paterno compatientes affectu . . dignemini aliquibus prelatis in partibus residentibus per unum breve s. v. hac supplicatione introclusa, attenta gravissima inopia dicti oratoris, qui nondum emancipatus, sed adhuc in patria potestate constitutus existit et nil penitus in beneficiis aut bonis propriis possidet et pro brevi huiusmodi extrahendo in dicta curia presens existit, mandare, ut causas, quas prefatus orator habet habereque intendit contra antedictum Kanutum Bruske adversarium omnesque alios sua interesse putantes et in executione citationis vigo[re] dicti brevis decernende nominandos de antedicta manuum violentarum in ipsum oratorem clericum injectione et injuriis ei, sic ut prefertur, irrogatis rebusque aliis in actis causarum huiusmodi latius exprimendis quacunque appellatione frivola remota audiant, cognoscant, decidant et fine debito terminent cum . . . potestate dictum Kanutum Brusche adversarium omnesque alios supradictos etiam per edictum publicum, constito de non tuto accessu, cum propter potentiam et immoderatos favores dicti Canuti adversarii, qui etiam de nobili genere ex utroque parente procreatus esse dicitur, non sperat idem orator in civitate vel diocesi Ottoniensi predicta in causis huiusmodi justitie consequi complementum, quod paratus est jurare, citandi sibique et quibusvis aliis etiam judicibus et personis totiens, quotiens opus fuerit, sub censuris ecclesiasticis et 200 duc. auri in auro de camera pro una dicte camere, reliqua vero medietatibus dicto oratori in eventum contraventionis irremisibiliter applicandis penis inhibendi et dicto oratori suisque complicibus salvum conductum sub similibus censuris et penis applicandis dandi ac dictum Kanutum Brusche adversarium penas antedicti canonis *Si quis suadente* etc. causis ex premissis incidisse temere et alia quecunque justa de causa declarandi aggravandique reaggravandi † et auxilium brachii secularis invocandi ceteraque faciendi, que in premissis necessaria fuerint seu etiam quomodolibet oportuna, quibusvis privilegiis inhabitatoribus dicti regni Dacie etc. apostolica vel imperiali seu etiam regali auctoritatibus de illos extra dictum regnum etc. etiam adversus instantiam nisi in certis exceptis casibus ad judicium non evocando, ut dicitur, concessis . . . . necnon constitutionibus

apostolicis et presertim Bonifacii pape VIII de una et generalis concilii de duabus dietis, dummodo non ultra tres, [non obstantibus] . . . . Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus . . . . Datum Rome non. aprilis anno 9.

Suppl. 1114 fol. 115 v.

3817. **14. April 1501.**

Kanniken Poul Andersen i København faar Tilladelse til ikke at residere dèr (jfr. Nr. 3826).

Supplicat Paulus Andree canonicus collegiate ecclesie b. Marie Haffenensis Roskildensis diocesis, quatenus secum [ɔ: sibi][1]), ut residendo in altero beneficiorum, que obtinet vel pro tempore obtinebit, in quo sibi residere magis placuerit, ad residendum in altero beneficiorum suorum invitus a quoquam cogi quavis auctoritate minime possit, concedere dignemini . . . Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Datum Rome 18. kal. maji anno 9.

Suppl. 1115, ufol.

3818. **15. April 1501.**

Klerken Morten Olufsen fra Aarhus Stift faar Kantoriet i Aarhus.

Cum cantoria in ecclesia Arusiensi vacet ad presens et tanto tempore vacaverit, quod eius collatio juxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta existat, supplicat Martinus Olaui clericus dicte Arusiensis diocesis, quatenus sibi de dicta cantoria [fructus 4 mr.] providere dignemini . . . . Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Datum Rome 17. kal. maji anno 9.

Suppl. 1115, ufol.

3819. **15. April 1501.**

Klerken Laurens Vesteni fra Aarhus Stift faar Kirkerne i Tiset og Ørsted i samme Stift.

Cum parrochiales ecclesie in Tisundh (!) et Orstedh cum suis annexis Arusiensis diocesis vacent ad presens et tanto tempore vacarunt [ɔ: -verint], quod eius [ɔ: earum] collatio juxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta existant [ɔ: -at], supplicat Laurentius Westrin (!) clericus dicte Arusiensis diocesis, quatenus sibi de parrochialibus eccle-

---

[1]) Gz.

siis huiusmodi [fructus insimul 8 mr.] providere dignemini . . . Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 17. kal. maji anno 9.

Suppl. 1115, ufol.

3820. **18. April 1501.**

Dronning Christine faar Tilladelse til at forskaffe St. Claraklostret i København nogle Helgenrelikvier fra Klostret Tre Fontane ved Rom.

Cum Cristena Dacie Svecie et Norvegie regina [ad] monasterium monialium ordinis s. Clare in oppido Haffenensi Roskildensis diocesis sub invocatione eiusdem sancte [erectum specialem gerat devotionis affectum] cupiatque ecclesiam dicti monasterii reliquiis et aliis populum ad devotionem inducentibus ornare, supplicat, quatenus sibi, quod aliquas particulas reliquiarum sanctorum decem mille (!) martirum in monasterio, s. Anastasii ad Tres Fontes nuncupato, extra muros Urbis Cisterciensis ordinis, quod Raphael s. Georgii ad Velum aureum diaconus cardinalis ex concessione et dispensatione apostolica obtinet in commendam †, a prefato cardinali vel aliis eius vices gerentibus † per nuntium suum recipere et ad prefatum monasterium portari facere libere possit, concedere dignemini . . . . Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Et presentis supplicationis sola signatura sufficiat . . . . Datum Rome 14. kal. maji anno 9.

Suppl. 1115, ufol.

3821. **19. April 1501.**

Klerken Laurens Mikkelsen (Jernskæg) fra Roskilde Stift faar Dispensation til, skønt kun 15 Aar gammel, at faa et Embede (Beneficium), hvortil der kræves en højere Alder.

Supplicat Laurentius Michaelis clericus Roskildensis diocesis, quatenus, eum, qui in quinto decimo sue etatis anno et de nobili genere ortus existit, specialibus favoribus et gratiis prosequentes, secum, ut quodcunque curatum seu alias maiorem etatem requirentem [ɔ: -rens] [beneficium] unum dumtaxat . . . ., si sibi alias canonice conferatur, recipere et retinere illudque dimittere et loco illius aliud similiter curatum vel alias maiorem etatem requirentem [ɔ: -rens] recipere et retinere libere possit, dispensare dignemini . . . Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . . Datum Rome 13. kal. maji anno 9.

Suppl. 1115, ufol.

3822. **19. April 1501.**

Klerken Jens Mogensen fra Roskilde Stift faar et evigt Vikariat i Roskilde Domkirke.

Nuper perpetua vicaria ad altare s. Magni situm in ecclesia Roskildensi ex eo, quod Andreas Petri illam obtinens certos canonicatum et prebendam dicte ecclesie vacantes sibi collatos assecutus fuerat, vacante, Johannes Magni clericus eiusdem diocesis de illa per Jeronimum [ɔ: iconomum] eiusdem ecclesie, eadem ecclesia pastore carente per ipsius ecclesie capitulum deputatum, juxta antiquam eiusdem ecclesie consuetudinem sibi provideri obtinuit, possessione subsecuta. Cum autem dubitet provisionem huiusmodi et inde secuta viribus non subsistere sed ipsam vicariam adhuc vacare, supplicat, quatenus sibi de vicaria predicta [fructus 4 mr.] providere dignemini . . . . Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Et quod littere expediri possint in forma † provisionis nove, gratie [etc.]. Datum Rome 13. kal. maji anno 9.

Suppl. 1115, ufol.

3823. **19. April 1501.**

Magister Anders Pedersen, evig Vikar i Roskilde, faar Kanonikat og Præbende sammesteds.

Nuper certis canonicatu et prebenda ecclesie Roskildensis per obitum Petri Reber vacantibus, Andreas Petri in artibus magister, dicte ecclesie vicarius, de illis . . . . per iconomum dicte ecclesie [*som forrige Brev til*] provideri obtinuit, possessione subsecuta. Cum autem dubitet provisionem huiusmodi et inde secuta viribus non subsistere, supplicat, quatenus sibi de canonicatu et prebenda predictis [fructus 4 mr.] providere dignemini. . . . Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Datum Rome 13. kal. maji anno 9.

Suppl. 1115, ufol.

3824. **20. April 1501.**

Klerken Laurens Vesteni fra Aarhus Stift, som havde ført Proces for Ærkebiskoppen i Lund og andre danske Prælater om Ærkedegneembedet i Aarhus med Jens Tinhus, faar nu efter dennes Død ny Provision paa Embedet.

Lite sive causa inter devotum oratorem vestrum Laurentium Vnosteni [ɔ: Vesteni] clericum Arusiensis diocesis, [s. v.] familiarem continuum commensalem, de militari genere ex utroque parente procreatum, et quendam Johannem Tekenssen, qui pro clerico

se gerebat, super archidiaconatu ecclesie Arusiensis, de quo alias vacante idem orator apostolica auctoritate sibi provideri obtinuit, possessione subsecuta, coram archiepiscopo Lundensi et aliis episcopis et prelatis regni Dacie in partibus ordinaria auctoritate vel ex delegatione apostolica deputatis † etiam de consensu partium in prima instantia indecisa pendente, prefatus Johannes vita functus est. Supplicat igitur prefatus Laurentius, quatenus . . eisdem judicibus cum clausula, quatenus ipsi vel duo aut unus eorum etc. †, ut dictum oratorem in omni jure, [quod eidem Johanni in archi]diaconatu quomodolibet competebat, [surroget dictumque] jus sibi conferat et provideat de eodem, ... et nihilhominus archidiaconatum predictum, qui inibi dignitas maior post pontificalem existit [fructus 6 mr.], ... eidem oratori conferat et provideat de eodem, mandare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Et quod littere expediri possint in forma surrogationis, nove † provisionis, perinde valere etc. valere (!), prout oratori magis expedierit et ipse elegerit . . . Datum Rome 12. kal. maji anno 9.

Suppl. 1115, ufol.

3825. **20. April 1501.**

Kanniken Poul Andersen i København faar Tilladelse til ikke at residere dèr (jfr. Nr. 3818).

Supplicat Paulus Andree canonicus ecclesie Huferensis [ɔ: Haffniensis] Roskildensis diocesis, quatenus sibi, ut in Romana curia seu altero beneficiorum per eum pro tempore obtentorum residendo seu litterarum studio in loco, ubi illud vigeat generale, insistendo omnes fructus canonicatus et prebende dicte ecclesie, quos obtinet, ac omnium aliorum beneficiorum, que in quibusvis aliis ecclesiis sive locis obtinet et in posterum obtinebit, ... quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, libere percipere valeat, ... et ad residendum in eisdem interim minime teneatur, concedere dignemini, non obstantibus, si in eisdem ecclesiis sive locis personalem non fecerit residentiam consuetam, ac Bonifacii pape VIII, per quam concessiones de fructibus percipiendis in absentia huiusmodi sine prefinitione temporis fieri prohibentur, et aliis constitutionibus apostolicis . . . . . . Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. . . . Datum Rome 12. kal. maji anno 9.

Suppl. 1115, ufol.

3826. **21. April 1501.**

Optegnelse om, at Paven udnævner Dekanen i Roskilde Johan Jepsen (Ravensberg) til Biskop sammesteds.

Die 21. [mensis] aprilis 1501 sanctissimus dominus noster in suo consistorio secreto ad relationem cardinalis Capuani providit de persona [Johannis] Jacobi decani ecclesie Roskildensis eidem ecclesie Roskildensi vacanti per obitum ultimi dicte ecclesie episcopi.

Arch. consist. Acta camerarii I fol. 93 v.

1501. 21. aprilis Jacobas (!) Roskildensis ecclesie decanus fit eius episcopus per obitum.

Uddrag af Garampi efter Prov. S. C. fol. 183 v (tabt).

3827. **21. April 1501.**

Paven udnævner Dekanen i Roskilde Johan Jepsen (Ravensberg) til Biskop sammesteds.

Johanni electo Roskildensi. Apostolatus officium [etc.]. Dudum siquidem, Nicolao episcopo Roskildensi regimini ecclesie Roskildensis presidente, nos . . provisionem ipsius ecclesie dispositioni nostre duximus ea vice specialiter reservandam . . . Postmodum vero, prefata ecclesia per obitum dicti Nicolai pastoris regimine destituta, nos . . . ad te, decanum eiusdem ecclesie, in presbiteratus ordine constitutum, quem capitulum dicte ecclesie in eorum ac eiusdem ecclesie episcopum concorditer elegerunt, quique electioni huiusmodi consensisti quamvis de facto, ... direximus oculos nostre mentis . . . . [ac] de persona tua . . eidem ecclesie providemus . . . Datum Rome 11. kal. maji anno 9.

Simili modo Capitulo Roskildensi.
Clero civitatis et diocesis Roskildensis.
Populo — - — —
Universis vasallis ecclesie —
Archiepiscopo Lundensi.
Johanni Dacie regi.

Jo. XX. X. X. X. X. X. X. electus Terracinensis.
Reg. Lat. 1035 fol. 41 v.

3828. **21. April 1501.**

Paven giver Dekanen Johan Jepsen (Ravensberg) i Roskilde Absolution for eventuelle Kirkestraffe, for at han kan opnaa Bispeværdigheden sammesteds.

Johanni Jacobi decano ecclesie Roskildensis. Apostolice sedis circumspecta benignitas [etc.]. Cum itaque nos hodie de

persona tua . . . . ecclesie Roskildensi pastoris regimine destitute providere . . . intendamus, nos, ne provisio predict[a], si forsan aliquibus sententiis et censuris ecclesiasticis ligatus existis, valeat invalid[a] reputari, providere volentes, teque [ɔ: te] a quibuscumque sententiis ecclesiasticis ad hoc dumtaxat, ut provisio predict[a] ac singule littere apostolice desuper conficiende suum consequantur effectum, tenore presentium absolvimus . . . . Datum Rome 11. kal. maji anno 9.

Jo. XX. electus Terracinensis.
Reg. Lat. 1035 fol. 44 v.

3829. **21. April 1501.**

Paven befaler Biskoppen i Aarhus, Dekanen i Worms og Officialen i Roskilde at overdrage Klerken Anders Glob fra Viborg Stift Dekanatet i Roskilde.

Episcopo Arusiensi et decano ecclesie Vormaciensis ac officiali Roskildensi. Nobilitas generis, vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque decanatus ecclesie Roskildensis, qui inibi dignitas post pontificalem maior et ex speciali sedis apostolice privilegio, cui hactenus derogatum non est, de jure patronatus regis Dacie pro tempore existentis existit, et quem Johannes electus Roskildensis tempore electionis facte de persona sua ad ecclesiam Roskildensem tunc pastore carentem per capitulum dicte ecclesie facte (!) obtinebat, prout obtinet, ex eo, quod nos hodie electionem ipsam confirmando ac de persona eiusdem Johannis eidem ecclesie providendo . . . . illum per confirmationem ac provisionem huiusmodi harum serie vacare decernimus, vacet ad presens, nos, Andree Gloab[1]) clerico Vibergensis diocesis, qui de nobili genere procreatus existit . . ., specialem gratiam facere volentes, . . . motu proprio . . . discretioni etc. mandamus, quatenus . . . decanatum predictum [fructus 4 mr. cum 4 ex 5 partibus alterius similis mr. — 24 fl. auri de camera non excedentium][2]), dummodo prefati regis ad id expressus accedat assensus et tempore date presentium non sit in eo alicui specialiter jus quesitum, . . . eidem Andree auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome 11. kal. maji anno 9.

B. XXX. 9. kal. febr. anno 10. Bolis.
Reg. Lat. 1105 fol. 204; ogsaa (II) Supplik (Fiat motu proprio. R.) i Suppl. 1116 fol. 235 v.

[1]) II: Gloeb [2]) II: [fructus 5 mr.]

3830. **21. April 1501.**

Paven tildeler motu proprio Jakob Eriksen Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Jacobo Erici canonico Roskildensi. Nobilitas generis, vite ac morum honestas [etc.]. Dudum siquidem omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia etc. [ɔ: , que promovendi per nos ad cathedralium ecclesiarum regimina tempore promotionum huiusmodi obtinebant,] dispositioni nostre reservavimus. Cum itaque postmodum canonicatus et prebenda ecclesie Roskildensis, quos Johannes electus Roskildensis tempore electionis facte de persona sua ad ecclesiam predictam tunc pastore carentem per capitulum Roskildense obtinebat, prout obtinet, ex eo, quod nos hodie electionem ipsam confirmando ac de persona eiusdem Johannis eidem ecclesie providendo canonicatum et prebendam predictos per huiusmodi provisionem harum serie vacare decernimus, apud sedem predictam vacent . . ., nos tibi, qui de nobili genere ex utroque parente procreatus existis . . ., motu proprio . . . canonicatum et prebendam predictos [fructus 4 mr.] conferrimus (!) et de illis etiam providemus . . . . Datum Rome 11. kal. maji anno 9.

Simili modo decano Vormaciensis et Jeronimo Balzano canonico Tridentine ecclesiarum ac officiali Roskildensi.

F. XII. X. 8. kal. junii anno 9. Sanctorius.

Reg. Lat. 1089 fol. 115 v; ogsaa Supplik (Fiat motu proprio. R.) i Suppl. 1116 fol. 235.

3831. **21. April 1501.**

Klerken Laurentius Vesteni fra Aarhus Stift faar Provsti, Kanonikat og Præbende i Lund, ledige ved Johan Jepsen (Ravensberg)s Forfremmelse til Biskop i Roskilde.

Cum prepositura ac canonicatus et prebenda ecclesie Lundensis *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Fiat. R. Datum Rome 11. kal. maji anno 9.

Suppl. 1116 fol. 251 v.

3832. **22. April 1501.**

Paven tillader den udvalgte Biskop Johan Jepsen (Ravensberg) i Roskilde at lade sig indvie af en anden Biskop og aflægge Lydighedseden til denne.

Johanni electo Roskildensi. Cum nos pridem [*som Nr. 653*]. Datum Rome 10. kal. maji anno 9.

Jo. XXVIII. electus Terracinensis.

Reg. Lat. 1035 fol. 43 v.

3833. **28. April 1501.**

Biskop Johan Jepsen (Ravensberg) i Roskilde lover at betale Servispenge til det pavelige Kammer og Kardinalkollegiet; samtidig betaler han Afgifterne til Kammeret.

Die 28. aprilis 1501 Leander de Perusio tamquam procurator vice et nomine Johannis Jacobi electi Roskildensis obtulit camere apostolice et sacro collegio cardinalium pro communi pape dicte ecclesie Roskildensis ratione provisionis de persona sua eidem ecclesie per bullas pape Alexandri VI sub data Rome 11. kal. maji anno 9 facte fl. auri de camera 1000, ad quos dicta ecclesia in libris camere taxata reperitur, et quinque minuta servitia consueta. Card. XIIII. Eorundem autem communis et minutorum servitiorum medietatem infra sex menses proxime sequentes, aliam vero medietatem infra alios sex menses extunc proxime futuros solvere promisit. Submisit et renuntiavit et juravit et se in forma et sub penis camere obligavit etc. Et Antonius de Viterbio clericus camere apostolice tulit sententias in his scriptis . . .

Dicta die date fuerunt bulle supradicto Leandro, quia solvit commune pape et minuta servitia omnia. Jura autem collegii promisit solvere ad statim de consensu et commissione Henrici archiepiscopi Tarentini Johanni de Fucario suo et sociorum nomine sub penis camere etc. Juravit etc.

Die 11. junii 1501 solvit jura collegii. Patet per cedulas.

Oblig. 1498—1502 fol. 116 v (Archivio di Stato).

1501. 28. aprilis Johannis Jacobus electus Roskildensis provisus 11. kal. maji anno 9 obtulit fl. 1000.

Uddrag af Garampi efter S. C. fol. 98 (tabt).

3834. **28. April 1501.**

Biskop Johan Jepsen (Ravensberg) i Roskilde betaler Servispenge til det pavelige Kammer.

Universis etc. Raphael etc. [ɔ: domini pape camerarius], quod Johannes Jacobus [ɔ: -bi] electus Roskildensis pro totali et integra solutione sui communis servitii dicte ecclesie, in quo camere apostolice sub certis sententiis et penis ratione provisionis de persona sua eidem ecclesie auctoritate apostolica facte erat efficaciter obligatus, fl. auri in auro de camera 475, Hadriano Castellen prothonotario apostolico, camere apostolice clerico ac sanctissimi domini nostri secretario domestico ac thesau-

rario generali, pro ipsa camera recipienti, ac pro totali et integra solutione minuti servitii nobis ac eiusdem camere clericis debiti, pro quo erat in dicta camera similiter obligatus, fl. auri in auro de camera similes 36 necnon pro totali et integra solutione trium minutorum servitiorum familiaribus et officialibus sanctissimi domini nostri debitorum, pro quibus erat in dicta camera pariformiter obligatus, fl. similes 108 ipsis clericis nostro et eorum propriis ac familiarium et officialium predictorum nominibus recipientibus die date presentium per manus Leandri de Perusio in Romana curia causarum procuratoris solvi fecit realiter et cum effectu . . . De quibus quidem [etc.]. In quorum etc. Datum etc. [Rome in camera apostolica] die 28. aprilis anno 9.

Oblig. 85 fol. 43.

3835. **10. Maj 1501.**

Roskildekanniken Otto Jensen (Foged) faar Kantoriet sammesteds, hvorom han har ført Proces ved Kurien med Klerken Mikkel Mogensen.

Cum, lite in Romana curia coram certo causarum palatii apostolici auditore inter Ottonem Johannis canonicum Roskildensem et quendam Michaelem Magni, qui pro clerico seu presbitero se gerit, super cantoria ecclesie Roskildensis in prima instantia indecisa pendente, a nonnullis asseratur neutri oratoris et Michaelis predictorum in dicta cantoria jus competere, supplicat dictus orator, quatenus eidem auditori mandare dignemini, et [ɔ: ut], si per eventum litis huiusmodi sibi constiterit neutri oratoris et Michaelis predictorum in dicta cantoria jus competere, cantoriam predictam, que inibi dignitas curata, electiva et jurisdictionalis, non tamen principalis, existit [fructus 4 mr.], . . . eidem oratori conferat . . . Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Et quod littere per viam nove provisionis, gratie [etc.], surrogationis etiam quoad possessionem perinde etiam valere expediri possint. Et quod liceat oratori fateri sibi nullum jus competere et exprimere causas, propter quas. Datum Rome 6. id. maji anno 9.

Suppl. 1116 fol. 95 v.

3836. **11. Maj 1501.**

Paven giver Biskop Johan Jepsen (Ravensberg) i Roskilde Tilladelse til at lade Kirker og Kirkegaarde rense og indvie paa ny[1]) ved en Kannik eller Præst; Brevet gælder, saa længe Biskoppen lever.

[1]) II: cum aqua gregoriana per se exorcizata per aliquem canonicum sue ecclesie vel alium presbiterum per eum destinandum

Johanni electo Roskildensi. Tue devotionis precibus [*etc. som Nr. 1170*]. Datum 5. id. maji anno 9.

V. L. de Phano.

Reg. Lat. 1087 fol. 157; ogsaa (II) Supplik (Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis) i Suppl. 1116 fol. 95 v.

3837. 15. Maj 1501.

Paven befaler Biskoppen i Lübeck at paadømme en Sag imellem Kong Hans og Hertug Frederik som Arvinger efter deres Fader og Klerken Theodericus de Huddesen fra Schwerin Stift, som paastod fra Kong Christierns Tid at have en Gældsfordring paa dem.

Episcopo Lubicensi. Humilibus supplicum votis [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Johannis Dacie regis ac nobilis viri Frederici Holsatie ducis fratrum germanorum in hac parte litis consortium petitio continebat, quod olim, Theoderico de Huddesen, qui pro clerico Zwerinensis diocesis se gerit, falso subgerente nobis, quod dictus Fredericus dux et coheredes sui occasione hereditatis paterne summam 1400 fl. Renensium auri occasione certarum mercium per quondam ipsius Theoderici genitorem Cristierno regi Dacie tunc in humanis agenti eorundem fratrum genitori venditarum pro dote certi beneficii ecclesiastici tunc expressi, ut dicebat, deputatam sibi solvere legitime tenerentur, quodque ipsi coheredes et Fredericus legitime requisiti dictam summam ei solvere indebite differebant, et quod ipse Theodericus contra eos in partibus illis non speraret consequi posse justitie complementum, prout jurare paratus erat, nos falsa suggestione huiusmodi circumventi causam, quam idem Theodericus contra ducem et coheredes prefatos ac quoscunque alios, cuiuscunque status forent, etiam si regali prefulgerent dignitate, ac sua interesse putantes super dicta pecuniarum summa necnon damnis, expensis et interesse, que idem Theodericus perpessus fuerat, rebusque aliis movere intendebat, Egerdo episcopo Slesvicensi, tunc in humanis agenti ac locum unius ex palatii apostolici causarum auditoribus de mandato nostro tenenti, audiendam commisimus et fine debito terminandam, idemque Theodericus, prestito per eum juramento predicto, commissionis huiusmodi ac per certum edictum publicum ab eodem episcopo decrete citationis pretextu Johannem regem tamquam ipsius ducis coheredem, de quo tamen in eadem commissione nulla specialiter mentio facta fuit, et ducem prefatos super hiis coram prefato episcopo traxit in causam, et idem episcopus ac eo interim vita functo diversi causarum eiusdem

palatii auditores loco ipsius episcopi per nos in huiusmodi causa surrogati, quamvis certus legitimus eiusdem Frederici ducis procurator eorum jurisdictionem, in quantum potuit, declinasset, in causa huiusmodi ad terminorum substantialium ac nonnullos ulteriores judiciales actus, citra tamen conclusionem, dicuntur[1]) processisse. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, Nicolaus papa V per quasdam statuerit, quod extunc inantea nullus ex incolis regni Dacie in quibuscunque causis, etiam pretextu quarumcunque litterarum apostolice sedis [vel] legatorum eius, etiam si in illis de statuto predicto specialis mentio fieret, extra dictum regnum in prima instantia in causam trahi et conveniri posset[2]), sed huiusmodi cause in prima instantia coram competentibus judicibus in ipso regno decidi deberent, ac decreverit omnes processus ac quicquid contra statuti huiusmodi formam et tenorem haberi contingeret, irrita et inania; et deinde Calixtus papa III per alias statutum predictum confirmaverit ac sententias, censuras et penas post statutum huiusmodi per quosvis judices seu conservatores a predicta sede deputatos contra tenorem statuti predicti decretas, et quas [ex]tunc imposterum decerni contingeret, nullius roboris vel momenti esse illisque nullatenus obedire [ɔ: -ri] teneri decreverit, ac delegatis et conservatoribus huiusmodi, quibus imposterum contra predictos incolas per sedem predictam causarum cognitione [ɔ: -io] delegaretur, sub excommunicationis late sententie pena, quam contra eos, si contra facerent, tulit, precipiendo inhibuerit, ne in statuti predicti prejudicium extunc de cetero incolas prefatos extra dictum regnum in prima instantia ad judicium evocare vel citare aut contra eos ad actum aliquem judicialiter procedere presumerent, certis executoribus, qui premissa observari facerent, desuper deputatis; et successive Innocentius papa VIII ad supplicationem Johannis regis et Frederici ducis predictorum statutum, decretum et inhibitionem ac mandata predicta et, prout illa concernebant, omnia in eisdem litteris contenta per reliquas suas litteras approbaverit ac robur perpetue firmitatis obtinere debere decreverit necnon suas litteras huiusmodi . . ad incolas Slesvicensis, Holsatie et Stormarie ducatuum, qui ad Johannem regem et Federicum fratres prefatos communiter spectare[n]t, extenderit[3]), et, quod extunc de cetero perpetuis futuris temporibus incole regni et ducatuum predictorum pro tempore existentium [ɔ: -es] extra

[1]) Gz. — Cod. dicitur [2]) Gz. — Cod. posse [3]) Gz. — Cod. extenderet

regnum et ducatos [ɔ: -tus] predictos, alias juxta Nicolai et Calisti litterarum huiusmodi tenorem, ad judicium evocari nequirent, de novo statuerit, et, ne contra statuta huiusmodi extra regnum et ducatos [ɔ: -tus] predictos traherentur, sub similibus censuris inhibuerit, . . . ac propterea causa huiusmodi, que juxta dicta privilegia in partibus cognosci et determinari debet, si in commissione predicta de premissis, et quod dictus Johannes rex foret, expressa mentio facta fuisset, in Romana curia commissa non extitisset, pro parte eorundem Johannis regis et Federici ducis litis consortium, asserentium non minus eis quam eorum subditis consulendum esse eosque non minori prerogativa gaudere debere, nobis fuit supplicatum, ut causam predictam ab eisdem auditoribus ad nos advocare illamque etiam in statu debito resumendam ulterius audiendam et fine debito terminandam . . . aliquibus probis viris in partibus illis committere aliasque in premissis ei[s] oportune providere dignaremur. Nos igitur, causam predictam harum serie ad nos advocantes, fraternitati tue mandamus, quatenus, vocatis predicto Theoderico et aliis, qui fuerint evocandi, advocatam causam huiusmodi illis in statu debito resumptis ulterius audias [ac] appellatione remota fine debito decidas, faciens, quod decreveris, per censuram ecclesiasticam firmiter observari . . . Datum Rome id. maji anno 9.

Jo. XIIII. electus Terracinensis.
Reg. Lat. 1090 fol. 154 v.

3838. **22. Maj 1501.**

Klerken Niels Antonsen fra Roskilde Stift faar motu proprio Ventebrev paa 2 Kanonikater og Præbender.

Motu proprio Nicolao Antonii clerico Roskildensis diocesis de duobus canonicatibus cum reservatione totidem prebendarum [*etc. som Nr. 3815*]. Fiat motu proprio. R. Datum Rome 11. kal. junii anno 9.

Suppl. 1105 fol. 102.

3839. **24. Maj 1501.**

Klerken Vicco de Lancken fra Roskilde Stift faar Kanonikat og Præbende i Butzow i Schwerin Stift.

Nuper canonicatu et prebenda in collegiata ecclesia Butzowensi Zwerinensis diocesis per obitum Nicolai Moller . . . vacantibus, illos Vicko de Lancke clericus Roskildensis diocesis, de nobili genere ex utroque parente procreatus et quondam cardi-

nalis Segobricensis . . . familiaris continuus commensalis, vigore sue gratie expectative per s. v. gratiose concesse et processuum desuper fulminatorum infra tempus debitum acceptavit et de illis sic acceptatis sibi provideri obtinuit. Cum autem dubitet acceptationem et provisionem . . . viribus non subsistere et propterea eosdem canonicatum et prebendam adhuc vacare, supplicat igitur . ., quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda . . . . [in forma] si neutri, si nulli perinde valere [providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis][1]) . . . . Datum Rome 9. kal. junii anno 9.

Suppl. 1117, ufol.[1])

3840. **5. Juni 1501.**

Paven stadfæster alle de Rettigheder, som Bækkeskov Kloster har til Vor Frue Kirke i Væ, samt tillader dette at overdrage sine Sognekirker til Klostrets egne Kanniker og truer alle, der vil krænke dettes Privilegier, med Bandsstraf. Brevet gælder for al Fremtid.

Abbati Bæckeskoff eiusque conventualibus Premonstratensis ordinis Lundensis diocesis. Solet annuere *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Datum Rome non. junii anno 9.

Indtaget i Notarialinstrument af Notaren Oluf Pedersen, dateret 1501 ipso die Mathei apostoli; dette afskrevet i Barth. H, 535—38.

11. Juni 1501.

Se Nr. 3834.

3841. **23. Juni 1501.**

Dominikanerne i Greifswald og Pasewalk i Camin Stift, som hidtil er regnede med til Provinsen Polen, og i Reval, som hidtil er regnede med til Provinsen Dacia, faar Tilladelse til at overflyttes til Provinsen Sachsen.

Exponitur pro parte Martini moderni episcopi Caminensis ac nobilis et illustris principis Burgslai Pomeranie et Stetinensium ducis necnon proconsulum, consulum et communitatum Bripesuualdensis (!) et Passeuualkensis Caminensis diocesis ac Reualiensis oppidorum, quod, cum in de Bripesuualdensis (!) et Passeuualkensis Polonie et de Raualiensis (!) oppidorum predictorum Dacie provinciarum ordinis fratrum Predicatorum domibus degentes fratres adeo a moribus incolarum in Polonie et Dacie regnis ac provinciis diformes et dispares existunt, quod inter alia illorum idioma non intelligunt nec intelligibiliter loqui

[1]) Bindet ødelagt af Fugtighed.

sciunt, ita quod inibi fructum aliquem facere nec sibi ipsis nec aliis proficere possunt, et graves discordie et interdum scandala inter eos exinde oriuntur, quodque, si domus huiusmodi a dictis provinciis totaliter amovere[n]tur ac separare[n]tur et ad provinciam Saxonie, cuius provincie hominum idioma in prefatis domibus habitantes fratres intelligunt et intelligibiliter loqui sciunt [ac] eis[dem] moribus et modo vivunt, transfererentur (!) et illi ap[p]licarentur et appropriarentur, ac, quod de cetero perpetuis futuris temporibus sub prioris provincialis correctione et obedientia subesse tenerentur, statueretur, profecto quieti et paci ipsorum quamplurimum consuleretur et scandalis huiusmodi obviaretur; supplicant [igitur] oratores prefati, quatenus Grispesuualdensis et Passenualkensis a Polonie necnon Reualiensis oppidorum domos predictas illarumque conventus et in illis pro tempore degentes fratres a Dacie provinciis huiusmodi amovere et totaliter separare, segregare et dismembrare ac domos, conventus et fratres huiusmodi ad dictam provinciam Saxonie transferre et illi ap[p]licare et appropriare, quodque de cetero perpetuis futuris temporibus sub potestate, cura et obedientia, visitatione, correctione prioris provincialis pro tempore existentis dicte provincie Saxonie esse debeant, statuere, et nichilominus, si separationem, translationem, ap[p]licationem [et] statutum huiusmodi fieri contigerit, eis domibus et in eisdem pro tempore degentibus fratribus et, ut premittitur, translatis, ut omnibus privilegiis et indultis, [quibus alie] ordinis reformati domus congregationis Rolandie [ɔ: Hollandie?] . . [gaudent][1]), gaudere poterunt quomodolibet . . ., indulgere dignemini, ita tamen, quod dicte provincie, de quibus prefati conventus transferuntur, debitis contributionibus non defraudentur secundum moderamen per generalem dicti ordinis apponendum. Fiat. R. . . . Et in forma gratiosa ad perpetuam rei memoriam . . . Et quod littere expediantur cum clausula, quod etiam protector supplicat. Videat protector. O. cardinalis Neapolitanus protector manu propria . . . Fiat. R. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 9. kal. julii anno 9.

Suppl. 1119 fol. 147 (meget ødelagt).

3842. **30. Juli 1501.**

Paven giver Sognepræsten Engelbert Moller i Svantegor (Rügen) i Roskilde Stift Dispensation til med denne Kirke at forene Besiddelsen af to andre indbyrdes forenelige Embeder.

[1]) Supplikbindet ødelagt af Fugtighed.

Engelberto Moler rectori parrochialis ecclesie s. Stephani ville Swanteghur Roskildensis diocesis. Vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos te, cum quo dudum super defectu natalium, quem pateris de presbitero genitus et soluta, ut eo non obstante ad minores ordines et unum sine cura ordinaria primo et deinde, postquam caractere clericali rite insignitus et ad minores ordines huiusmodi promotus fueras, ut ad omnes, etiam sacros, ordines promoveri ac aliud, etiam si curam haberet animarum, obtinere valeres, et successive, postquam ad omnes, etiam sacros, ordines huiusmodi rite promotus et quoddam sine cura tunc expressum beneficium assecutus fueras, ut una cum dicto beneficio obtento unum aliud et, si ex illius et obtinendi beneficii fructibus sustentari non posses, unum aliud beneficia invicem et cum alio beneficio predicto obtento compatibilia . . . . recipere et retinere ipsaque obtenta beneficia huiusmodi . . . . semel tantum dimittere et loco dimissorum alia tria dumtaxat beneficia invicem compatibilia, etiam si unum ipsorum curatum foret, similiter recipere et retinere valeres, apostolica fuit auctoritatibus dispensatum . . . ., gratioso favore prosequi volentes . . ., tecum, ut quecunque alia se invicem et cum predictis beneficiis compatientia beneficia . . . ., si tibi alias canonice conferantur, recipere et retinere illaque omnia dimittere et loco dimissorum alia beneficia, alias tamen, ut prefertur, invicem compatientia, similiter recipere et, quoad vixeris, ... retinere libere valeas, tenore presentium dispensamus . . . Datum Velletri 3. kal. aug. anno 9.

B. XXXX. Bolis.
Reg. Lat. 1084 fol. 357 v.

3843. **13. Aug. 1501.**

Klerken Jens Laurenssen faar Ærkedegneembedet og Kanonikat og Præbende i Roskilde, som Klerken Johan Cordes fra Havelberg Stift opgiver mod at faa en aarlig Pension deraf.

Alias archidiaconatu, qui inibi dignitas non tamen post pontificalem maior existit, ac canonicatu et prebenda ecclesie Roskildensis vacantibus, s. v. Johanni Cordes clerico Hauelbergensis diocesis de illis providit . . ., possessione minime subsecuta, qui archidiaconatu ac canonicatu et prebenda predictis ac omni juri (!) sibi in illis competenti in manibus ordinarii collatoris resignavit, qui resignatione huiusmodi admissa Johanni Laurentii clerico N. diocesis de archidiaconatu ac canonicatu

et prebenda providit, possessione subsecuta. Ne autem prefatus Johannes Cordes ex resignatione huiusmodi nimium dispendium pati[a]tur, supplicant prefati Johannes Cordes et Johannes Laurentii, quatenus eidem Johanni Cordes pensionem annuam 40 fl. Renensium auri in auro de fructibus eorundem archidiaconatus ac canonicatus et prebende [fructus insimul 150 fl. similium], eidem Johanni Cordes vel procuratori suo legitimo per prefatum Johannem Laurentii et successores suos dictos archidiaconatum et canonicatum et prebendam pro tempore obtinentes annis singulis in civitate Lubicensi infra octavas pasche sub penis et censuris ecclesiasticis in talibus apponi consuetis integre persolvendam, de ipsius Johannis Laurentii expresso consensu reservare dignemini . . . . . Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome id. aug. anno 9.

Suppl. 1122 fol. 115.

3844. 23. Aug. 1501.

Paven giver Præsten Jesper Andersen fra Viborg Stift Dispensation til at modtage og beholde to ellers uforenelige Embeder.

Jaspero Andree presbitero Vibergensis diocesis. Vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos . . . . tecum, ut una cum uno curato seu alias incompatibili beneficio per te forsan obtento unum et sine illo duo quecunque alia curata seu alias invicem incompatibilia beneficia . . . . . ., si tibi alias canonice conferantur . . ., recipere et insimul, quoad vixeris, retinere illaque dimittere et loco dimissorum alia beneficia duo dumtaxat invicem incompatibilia similiter recipere et insimul, quoad vixeris, retinere libere valeas, tenore presentium dispensamus . . . .[1]) Datum Rome 10. kal. sept. anno 9.

B. XXXX. Bolis.

Reg. Lat. 1087 fol. 136 v; ogsaa (II) Supplik (Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis) i Suppl. 1122 fol. 133 v.

3845. 16. Sept. 1501.

Kong Hans's Sekretær, Klerken Jens Andersen (Beldenak) fra Viborg Stift faar med Kong Hans's Samtykke motu proprio Provstiet i Lund, ledigt ved Johan Jepsen (Ravensberg)s Forfremmelse til Biskop i Roskilde.

Motu proprio etc. Cum prepositura ecclesie Lundensis *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Fiat. R. Datum Rome 16. kal. oct. anno 10.

Suppl. 1124 fol. 266.

---

[1]) II: Et exprimi possit, an ipse orator sit de directo familiaris v. s. vel alicuius prelati domestici seu referendarii.

3846. **16. Sept. 1501.**

Roskildekanniken Niels Konradsen Kepken faar med Kong Hans's Samtykke Dekanatet i Roskilde.

Cum decanatus ecclesie Roskildensis, qui inibi dignitas post pontificalem maior et de jure patronatus regis Dacie pro tempore existentis existit, et quem Johannes Jacobi clericus Roskildensis tempore promotionis de persona sua ad prefatam ecclesiam factam [ɔ: facte] obtinebat, per huiusmodi promotionem et munus consecrationis eidem Johanni Jacobi electo impendendum vacare speretur, supplicat Nicolaus Chepchit (!), alias Conradi, canonicus eiusdem ecclesie, de nobili genere ex utroque parente procreatus, quatenus sibi de dicto decanatu [fructus 10 mr.] de consensu moderni Dacie regis providere dignemini . . . Fiat. R. . . . Et quod . . ., si dictus electus jam forsan munus consecrationis extra Romanam curiam susceperit, exprimi possit in litteris. Datum Rome 16. kal. oct. anno 10.

Suppl. 1124 fol. 266.

3847. **30. Okt. 1501.**

Munken Peder fra Sorø Kloster, som er Subdiakon, faar Tilladelse til at lade sig præstevie af en hvilkensomhelst Biskop ved Kurien.

Cum frater Petrus de Sora ordinis Cisterciensis, in subdiaconatus ordine constitutus, fervore devotionis accensus cupiat ad reliquos sacros, etiam presbiteratus, ordines promoveri et in illis, postquam promotus fuerit, altissimo perpetuo famulari, supplicat, quatenus . . ., ut a quocunque catholico antistite in Romana curia residente, quem duxerit eligendum, aliquibus duobus diebus dominicis vel festivis, etiam extra tempora a jure statuta, ad reliquos duos sacros ordines se promoveri facere [valeat][1]) et antistiti illos conferendi et oratori prefato illos ab eo recipiendi licentiam concedere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat . . . . . Datum Rome 3. kal. nov. anno 10.

Suppl. 1126, ufol.

3848. **16. Nov. 1501.**

Kong Hans's Kammermester, Klerken Jens Laurenssen fra Odense Stift, faar Dispensation til at modtage og beholde tre ellers uforenelige Embeder.

---

[1]) add. Gz.

Supplicat Johannes Laurentii clericus Ottoniensis diocesis, camerarius Johannis regis Dacie etc., quatenus . . secum, ut † quecunque tria curata sive alias invicem incompatibilia secularia aut cum uno vel duobus ex eis sive absque illis unum cuiusvis ordinis regulare beneficia . . . ., si sibi alias canonice conferantur, recipere et secularia in titulum, regulare vero in commendam, quoad vixerit, retinere ac de fructibus etc. dicti beneficii etc. alienatione etc. disponere libere valeat, cum potestate permutandi et comende cedendi totiens, quotiens etc., dispensare dignemini . . . Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Datum Rome 16. kal. dec. anno 10.

Sappl. 1127, ufol.

3849. **27. Nov. 1501.**

Lægmanden Jens Pedersen i Helsingør og Alheid Volters i København faar Dispensation til, skønt aandelig beslægtede, at indgaa Ægteskab.

Cum Johannes Petri laicus oppidi Helsingorensis Roskildensis diocesis et Alheid Volteri mulier oppidi Haffnensis dicte diocesis matrimonium inter se per verba legitime de presenti contrahere proponant, sed quia alias [ɔ: avia?] quedam dicti Johannis tunc in humanis agens et jam defuncta prefatam Alheid in confirmationis crismate in fronte (!) tenuit, impedimento cognationis spiritualis exinde proveniente eorum desiderium in hac parte adimplere non possunt, dispensatione apostolica desuper non obtenta, supplicant igitur, quatenus cum eis, ut impedimento cognationis spiritualis huiusmodi non obstante matrimonium inter se contrahere et in eo, postquam contractum fuerit, remanere libere valeant, dispensare dignemini, prolem exinde suscipiendam legitimam nuntiando. Fiat. R. . . . Et per breve s. v. Fiat. R. Datum Rome 5. kal. dec. anno 10.

Suppl. 1128 fol. 46 v.

3850. **2. Dec. 1501.**

Klerken Mikkel Gertsen fra Lunde Stift faar ny Provision paa et evigt Vikariat i Lunde Domkirke, ledigt ved Birger (Gunnersen)s Resignation.

Nuper, videlicet anno 1496, die vero 11. mensis augusti *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 4. non. dec. anno 10.

Suppl. 1129 fol. 23.

3851. **10. Dec. 1501.**

Theodericus Rentii, Kantor og Kannik i Hildesheim, som fører Proces ved Kurien om Kanonikat og Præbende i Slesvig mod Wennemarus Krawinckel, faar Fristen for Sagens Forløb forlænget med et halvt Aar.

Cum alias, vacantibus canonicatu et prebenda in ecclesia Slesvicensi per obitum Luberti Layessen . . ., Theodoricus Rentii legum doctor, cantor et canonicus Hildesemensis, dictos canonicatum et prebendam gratie expectative processuumque desuper decretorum vigore sibi per s. v. gratiose concesse infra tempus debitum acceptavit et de illis sibi provideri obtinuit ac publicavit causamque contra quendam Wolmarium Crawinckel in dictis canonicatu et prebenda intrusum episcopo Castellimaris, unius ex sacri palatii apostolici causarum auditoribus locumtenenti, committi obtinuit, qui in ea ad dicti Theoderici instantiam citationem una cum inhibitione inserta in forma solita et consueta ad partes decrevit ceterasque diligentias fecit, prout latius in deductione cause huiusmodi ap[p]arebit, nichilominus tamen non sperat huiusmodi citationem propter temporis brevitatem ac nimiam distantiam loci contra dictum suum adversarium posse facere insinuari et exequi, cuius † territoria †[1]) propter dicti adversarii in castris et aliis locis, ubi dicto oratori tutus non patet accessus, residentiam, qui etiam familiaris et secretarius ducis Holsatie etc. existit, et se de jure suo infra annum minime posse experiri. Ne igitur bono suo jure frustretur, supplicat, quatenus annum huiusmodi ad intimandum vel experiendum contra intrusum, in quo adhuc existit, ad alium annum a fine dicti anni computandum prorogare dignemini. Concessum ad sex menses in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus . . . Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat . . . Datum Rome 4. id. dec. anno 10.

Suppl. 1129 fol. 194 v.

3852. **6. Jan. 1502.**

Akolyten Laurens Andersen fra Viborg Stift, som er evig Vikar i Aarhus Domkirke, faar Tilladelse til at lade sig indvie til de gejstlige Grader af en Biskop ved Kurien.

Cum Laurentius Andree accolitus Vibergensis diocesis, perpetuus beneficiatus in ecclesia cathedrali Arusiensi, fervore devotionis accensus cupiat [ad] subdiaconatus, etiam omnes sacros et

---

[1]) Teksten korrupt.

presbiteratus, ordines promoveri et, postquam in illis promotus [fuerit], altissimo famulari, qui ratione dicti beneficii artatus existit, supplicat, quatenus . . ., ut a quocunque catholico antistite in Romana curia residente[1]) tribus dominicis aut festivis diebus, etiam extra tempora a jure statuta, se promoveri facere possit, ipsique antistiti illos conferendi et oratori recipiendi licentiam concedere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Et quod examinetur in camera apostolica, in qua teneatur docere, qualiter est artatus. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Datum Rome 8. id. jan. anno 10.

Suppl. 1130, ufol.

3853. **8. Jan. 1502.**

Klerken Morten Olufsen (Krabbe) fra Aarhus Stift faar Kantoriet i Aarhus.

Supplicat Martinus Olaui clericus Arusiensis diocesis, de nobili genere procreatus, quatenus sibi de cantoria ecclesie Arusiensis provincie Dacie, que inibi personatus existit [fructus 4 mr.], per obitum Pauli Hoffman vacante, providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Datum Rome 6. id. jan. anno 10.

Suppl. 1129 fol. 236 v.

3854. **10. Jan. 1502.**

Optegnelse om, at Paven udnævner Jens Andersen (Beldenak) til Biskop i Odense.

Die lune 10. [mensis] jan. 1502 sanctissimus dominus noster in suo consistorio secreto, ut moris est, ad relationem cardinalis Capuani, alias Mutinensis, providit ecclesie Ottoniensi de persona Johannis Andree secretarii regis Dacie, vacanti per obitum Caroli.

Acta camerarii I, 103 (Arch. consist.).

1502. 10. jan. Johannes Andreas regis Dacie secretarius fit episcopus Ottoniensis per obitum Caroli.

Uddrag af Garampi efter Prov. S. C. fol. 202 (tabt).

3855. **10. Jan. 1502.**

Paven udnævner Kong Hans's Sekretær, Ærkedegnen i Viborg Jens Andersen (Beldenak), til Biskop i Odense, hvortil han forud var valgt af Kapitlet.

[1]) Cod. residente ut

Johanni electo Ottoniensi. Apostolatus officium [etc.]. Dudum siquidem Carolo episcopo Ottoniensi regimini ecclesie Ottoniensis ordinis s. Benedicti presidente, nos . . provisionem ipsius ecclesie dispositioni nostre duximus ea vice specialiter reservandam . . . Postmodum vero, prefata ecclesia per obitum dicti Caroli pastoris regimine destituta, nos . . . ad te, archidiaconum ecclesie Vibergensis, in archimagistratu et presbiteratus ordine constitutum ac Johannis Dacie regis secretarium, quem capitulum eiusdem ecclesie Ottoniensis in eorum ac dicte ecclesie Ottoniensis episcopum elegerunt, quamvis de facto, quique electioni huiusmodi illius tibi presentato decreto consensisti etiam de facto, . . . dreximus oculos nostre mentis [ac . . . de persona] tua eidem ecclesie Ottoniensi providemus. Datum Rome 4. id. jan. anno 10.

Simili modo Capitulo ecclesie Ottoniensis ordinis s. Benedicti.
Populo civitatis et diocesis Ottoniensis.
Clero — - — —
Universis vassallis ecclesie —
Archiepiscopo Lundensi.
Johanni Dacie regi.

B. XX. X. X. X. X. X. X. Bolis.
Reg. Lat. 1035 fol. 103.

3856. 10. Jan. 1502.

Paven giver den ny udnævnte Biskop Jens Andersen (Beldenak) i Odense Absolution for de Kirkestraffe, han maatte være ifalden.

Johanni Andree archidiacono ecclesie Vibergensis, magistro in artibus. Apostolice sedis circumspecta benignitas [etc.]. Cum itaque nos hodie de persona tua . . . ecclesie Ottoniensi ordinis s. Benedicti providere . . . . intendamus, nos [*som Nr. 2972*]. Datum Rome 4. id. jan. anno 10.

B. XX. Bolis.
Reg. Lat. 1035 fol. 105.

3857. 10. Jan. 1502.

Paven tildeler motu proprio Magister Tyge Vincentsen (Lunge) Kanonikat og Præbenden Hvellinge i Lund, ledige ved Jens Andersen (Beldenak)s Udnævnelse til Biskop i Odense.

Ticoni Vincentii canonico Lundensi magistro in artibus. Nobilitas generis, litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.] *(Dipl. dioc. Lund. V).* Datum Rome 4. id. jan. anno 10.

Simili modo episcopo Vibergensi et decano ecclesie Vormaciensis et officiali Lundensi.

B. XII. X. 9. kal. febr. anno 10. Bolis.

Reg. Lat. 1104 fol. 193 v; ogsaa Supplik motu proprio (Fiat. R.) i Suppl. 1130, ufol.

3858. **10. Jan. 1502.**

Klerken Jakob Krumpen fra Aarhus Stift faar motu proprio Ærkedegneembedet i Viborg.

Cum archidiaconatus ecclesie Vibergensis, quem Johannes Andree electus Ottoniensis tempore provisionis de persona sua ecclesie Ottoniensi ordinis s. Benedicti per nos hodie facte obtinebat, prout obtinet, ex eo, quod nos archidiaconatum predictum per solam provisionem huiusmodi dumtaxat harum serie vacare decernimus, apud sedem apostolicam vacet ad presens, nos, Jacobo Krumpen clerico Arusiensis diocesis, qui magister in artibus et de nobili genere procreatus existit, specialem gratiam facere volentes, de archidiaconatu predicto, qui inibi dignitas non tamen post pontificalem maior existit [fructus 4 mr.], [eidem oratori] providemus. Fiat motu proprio. R. Datum Rome 4. id. jan. anno 10.

Suppl. 1130, ufol.

3859. **10. Jan. 1502.**

Præsten Morten Olufsen (Krabbe) fra Aarhus Stift faar motu proprio Provstiet i Lund, ledigt ved Johan Jepsen (Ravensberg)s Udnævnelse til Biskop i Roskilde.

[Motu proprio etc. Cum prepositura ecclesie Lundensis.] *(Dipl. dioc. Lund. V).* Fiat motu proprio. R. Datum Rome 4. id. jan. anno 10.

Suppl. 1130, ufol.

3860. **10. Jan. 1502.**

Præsten Thomas fra Roskilde Stift faar motu proprio et evigt Vikariat, ledigt ved Jens Andersen (Beldenak)s Udnævnelse til Biskop i Odense.

. . . . . . [Johannes] electus Ottoniensis . . . .[1]) vicariam predictam per solam . . . .[1]) apud sedem apostolicam . . . .[1]) presbitero Roskildensis diocesis . . . .[1]) 3 mr. . . . .[1]) eidem Thome . . . .[1]) providemus. Fiat motu proprio. R. Et si de jure patronatus clericorum, videlicet archi-

[1]) Hul i Cod.

diaconi dicte ecclesie pro tempore existentis, existat, cum illius derogatione, quatenus opus sit. Datum Rome 4. id. jan. anno 10.

Suppl. 1130, ufol.

3861. **12. Jan. 1502.**

Paven giver den udvalgte Biskop i Odense Jens Andersen (Beldenak) Tilladelse til at lade sig indvie af en hvilkensomhelst Biskop.

Johanni electo Ottoniensi. Cum nos pridem [*etc. som Nr. 861*]. Datum Rome pridie id. jan. anno 10.

B. XXVIII. Bolis.
Reg. Lat. 1035 fol. 105 v.

3862. **12. Jan. 1502.**

Klerken Johannes Synich fra Hildesheim Stift faar et evigt Vikariat i Slesvig.

Supplicat Johannes Synich clericus Hildesemensis diocesis, quatenus sibi de quadam perpetua sine cura vicaria ad altare s. Jacobi in ecclesia Slesvicensi, nuper per obitum N. vacante [fructus 4 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome pridie id. jan. anno 10.

Suppl. 1131 fol. 234 v.

3863. **15. Jan. 1502.**

Klerken Jens Nielsen fra Roskilde Stift faar Dispensation til at modtage og beholde to ellers uforenelige Embeder.

Supplicat Johannes Nicolai clericus Roskildensis diocesis, quatenus secum, ut quecunque duo curata seu alias invicem incompatibilia beneficia . . ., si sibi alias canonice conferantur, . . . recipere et insimul, quoad vixerit, retinere illaque dimittere et loco dimissorum alia beneficia duo dumtaxat invicem incompatibilia similiter recipere et insimul, quoad vixerit, retinere libere valeat, dispensare dignemini. Fiat. R. . . . Datum Rome 18. kal. febr. anno 10.

Suppl. 1130, ufol.

3864. **15. Jan. 1502.**

Klerken Jens Jensen fra Odense Stift faar Dispensation til at modtage og beholde to ellers uforenelige Embeder.

Supplicat Johannes Johannis clericus Ottoniensis diocesis, quatenus secum, ut quecunque duo [*etc. helt igennem som forrige Brev*]. Fiat. R. Datum Rome 18. kal. febr. anno 10.

Suppl. 1130, ufol.

3865. **19. Jan. 1502.**

Den udvalgte Biskop Jens Andersen (Beldenak) i Odense lover at betale Servispenge til det pavelige Kammer og Kardinalkollegiet.

[1502] Die 19. [mensis] jan. Aleander (!) de Perusio nomine Johannis Andree electi Ottoniensis obtulit camere apostolice et sacro collegio cardinalium pro communi servitio dicte ecclesie ratione provisionis de persona dicti Johannis electi eidem ecclesie per bullas domini Alexandri per cancellariam expeditas sub data 4. id. jan. anno 10 auctoritate apostolica facte fl. auri de camera 150, ad quos dicta ecclesia in libris camere taxatam [ɔ: -ta] reperitur, et quinque minuta servitia consueta. Card. XIIII. Eorundem autem communis et minutorum servitiorum medietatem infra sex menses, aliam vero medietatem infra alios sex menses proxime sequentes solvere promisit, submisit et juravit etc. Et Antonius decanus tulit sententias in camera apostolica. Dicta die bulle supradicte ecclesie date fuerunt eidem Leandro, quia solvit omnia jura, prout patet per cedulas.

Oblig. 1498—1502 fol. 150 (Archivio di Stato).

1502. 19. jan. Johannes Andreas electus Ottoniensis provisus 4. id. jan. anno 10 obtulit fl. 150.

Uddrag af Garampi efter Obl. C. A. fol. 150 (tabt).

3866. **19. Jan. 1502.**

Optegnelse om, at Biskop Jens Andersen (Beldenak) betaler Servispenge til det pavelige Kammer.

[1502] Dicta die [ɔ: 19. mensis jan.] habuit [thesaurarius] duc. similes [ɔ: de camera] 71 et bononienses 20 a Johanne Andree electo Ottoniensi pro communi pape ecclesie Ottoniensis per manus de Fucheris. fl. 96 bol. 30 (!).

Introitus et Exitus 532 fol. 41 v (12 v).

3867. **23. Jan. 1502.**

Johanniterklostret i Ribe, der af Eggert Durkop er blevet dømt til at tilbagegive Benediktiner-Nonneklostret udenfor Byen til de tidligere Beboere, men nu strides med disse om den Erstatning, det skulde udrede til dem, faar Sagen henvist til Afgørelse af en Prælat »in partibus«.

Alias lite et causa coram bone memorie Ergerdo episcopo Slesvicensi, unius ex vestri sacri palatii apostolici causarum auditoribus locumtenente, inter priorissam et conventum monasterii monialium s. Nicolai ordinis s. Benedicti extra et prope

portas civitatis Ripensis actrices et devotos oratores vestros priorem et fratres domus hospitalis s. Johannis Jerusolimitani Ripensis de pretenso spolio eiusdem monasterii s. Nicolai rebusque aliis in actis rerum et causarum huiusmodi latius expressis reum [ɔ: reos] et conventum [ɔ: -tos] in prima instantia pendente, prefatus episcopus et locumtenens diffinitivam restitutoriam adversus huiusmodi spolium pro eisdem priorissa et conventu et contra oratores sententiam cum fructuum et expensarum condempnatione tullit (!), que nulla provocatione suspensa in rem transivit judicatam; et successive idem episcopus expensas litis et cause huiusmodi taxavit litterasque executoriales decrevit et demum eosdem oratores ab illarum non executione penas et censuras in illis contentas incidisse declaravit illasque aggravavit usque ad invocationem auxilii brachii secularis; eapropter oratores quoad possessionem dicti monasterii paruerunt et expensas taxatas solverunt et pro pretensis fructibus, in quibus condempnati fuerunt, dis[ɔ: de]posuerunt certam pecuniarum summam apud episcopum Ripensem, offerentes se ad quorumcunque proborum virorum judicium fructus predictos liquidatos se (!) satisfacere velle. Cum autem super hoc adhuc concordari non potuerit, et ambe partes ibi presentes sint et dictorum fructuum liquidatio ibi commodius fieri possit, recurrunt ad s. v. oratores prefati, quatenus alicui prelato seu probo viro in partibus illis mandare dignemini, ut, vocatis, quorum interest, pretensos fructus predictos liquidet et taxet et, postquam illos taxarit et oratores de illis juxta huiusmodi taxationem satisfecerint, eos a penis et censuris predictis, prout justum fuerit, absolvat ac gremio sancte matris ecclesie participationique ecclesiasticorum sacramentorum restituat litterasque desuper necessarias et oportunas decernat. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Et per breve s. v. hac supplicatione introclusa. Concessum. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 10. kal. febr. anno 10.

Suppl. 1130, ufol.

3868. **24. Jan. 1502.**

Klerken Laurens Nielsen fra Odense Stift, Kapellan i Løderup i Lunde Stift, faar Tilladelse til at lade sig præstevie af en Biskop ved Kurien.

Cum Laurentius Nicolai *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Et quod examinetur in camera apostolica . . . Datum Rome 9. kal. febr. anno 10.

Suppl. 1131 fol. 198 v.

3869. **30. Jan. 1502.**

Optegnelse om, at Akolyten Laurens Andersen i Aarhus indvies til Subdiakon, Diakon og Presbyter.

Simili modo [ɔ: Universis etc. Raphael etc. Universitati etc. quod] Franciscus episcopus Glandelatensis de mandato etc. et auctoritate etc. ac vigore cuiusdam supplicationis per sanctissimum dominum nostrum papam [approbate][1]) sub data 8. id. jan. anno 10 die dominica 23. presentis mensis jan. Laurentium Andree acolitum perpetuum beneficiatum in ecclesia Arusiensi ad subdiaconatus et 25. eiusdem jan., qua (!) fuit festum conversionis s. Pauli apostoli, ad diaconatus et postmodum die 30. dominica eiusdem jan. ad presbiteratus sacros ordines rite promovit et ordinavit. Datum dicta die 30. jan. anno 10.

Libri formatari 1496—1503 fol. 11 (Archivio di Stato).

3870. **1. Febr. 1502.**

Paven befaler Hemming Gad, der i Kraft af et ulovligt Valg af Kapitlet i Linköping og med Støtte af Sten og Svante Sture samt andre Adelige havde bemægtiget sig Linköping Bispestols Ejendomme og nu forholdt den af Paven indsatte Administrator, Kardinal Jacobus (Serna) Stiftet, at oplade ham det i Løbet af 6 Dage. I modsat Fald skulde Hemming og alle hans Tilhængere ifalde Kirkens Band i den strængeste Form. Paven giver Ærkebiskoppen i Ragusa samt Biskopperne i Roskilde og Lübeck Ordre til at bringe Bandlysningen til Udførelse.

Ad futuram rei memoriam. Ad Romani pontificis auctoritatem *(Aarsberetn. fra Geh. Arch. IV, 300—304; Reg. *8808)*. Datum Rome kal. febr. anno 10.

Optaget i Stadfæstelse af Julius II 20. Aug. 1506.

3871. **16. Febr. 1502.**

Paven stadfæster Cistercienserordenens Privilegier.

Cistercii Cabilonensis diocesis ac universis aliis abbatibus, abbatissis, conventibus monasteriorum ac prioribus et priorissis prioratuum Cisterciensis ordinis. Cum a nobis petitur [etc.]. Eapropter vestris justis postulationibus grato occurrentes assensu, omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris sive per privilegia vel alia indulta vobis et ordini vestro concessas necnon libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus ac aliis Christi fidelibus vobis et eidem or-

[1]) add. Gz.

dini rationabiliter indultas, sicut eas juste et pacifice possidetis, vobis et per vos eidem ordini confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Datum Rome 14. kal. martii anno 10.

Afskrift i Sorøbogen (Arnemagn. 290 Fol.) fol. 44.

3872. **21. Febr. 1502.**

Kardinal Raphael (Riario), Pavens Kammermester, bevidner, at Franciscus, Biskop af Glandeves, har indviet Akolyten Laurens Nielsen fra Odense Stift, Kapellan i Løderup Kirke i Lunde Stift, til Præst (iflg. Supplik fra denne af 24. Jan. 1502).

Universis presentes literas inspecturis Raphael s. Georgii ad Velum aureum s. Romane ecclesie diaconus cardinalis domini pape camerarius. Universitati vestre *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Datum Rome in camera apostolica die lune 21. mensis febr. 1502 anno 10.

VI.
L. Dipl. efter Orig. i Stockholm.

3873. **April 1502.**

Kanniken Hermannus Koch fra Hildesheim faar Dispensation til med Provstiet i Slesvig, hvorom han fører Proces ved Kurien, at forene to andre ellers dermed uforenelige Embeder.

Supplicat Hermannus Coch, decretorum doctor, in diaconatus ordine constitutus, canonicus Hildensemensis et archidiaconus Banni in Borsem ecclesia in eadem et familiaris s. v. continuus commensalis, servitiis Johannis tituli s. Crisogoni presbiteri cardinalis, Mutinensis vulgariter nuncupati, insistendo, quatenus secum, cui de prepositura ecclesie Slesvicensis provisum extitit, super qua contra quendam suum adversarium in Romana curia litigat, et quam orator non possidet, ut cum dicta prepositura, si illam evincat, necnon cum archidiaconatu quodcunque tertium incompatibile beneficium et sine illis quecunque tria alia curata incompatibilia beneficia recipere et insimul, quoad vixerit, cum clausula resignandi et permutandi . . . retinere libere valeat, dispensare dignemini . . . . Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Datum Rome . . .[1]) aprilis anno 10.

Suppl. 1135, ufol.

[1]) Datoen ulæselig i Cod.

3874. **14. Maj 1502.**

Slesvigkanniken Ghise Usler faar Provstiet i Vidaa i Slesvig Stift.

Cum Conradus Mulebach canonicus Mislaviensis [ɔ: Slesvicensis] alias preposituram in Vinda in ecclesia Slesvicensi, quam tunc obtinebat, . . . sponte resignaverit, supplicat Ghiszo Uszler canonicus Slesvicensis, quatenus resignationem huiusmodi, si illa hactenus admissa non sit, admittentes dicto oratori de prepositura predicta, que personatus, administratio vel officium existit [fructus 4 mr.], providere dignemini. Fiat. R. . . . Datum Rome pridie id. maji anno 10.

Suppl. 1138 fol. 133 v.

3875. **21. Maj 1502.**

Klerken Remoldus Horner fra Lübeck faar Sognekirken i Aller i Slesvig Stift.

Cum parrochialis ecclesia in Aluer Slesvicensis diocesis vacet ad presens et tanto tempore vacaverit, quod eius collatio juxta Lateranensis statuta concilii est ad sedem apostolicam legitime devoluta, supplicat Remoldus Horner clericus Lubicensis, quatenus sibi de dicta parrochiali ecclesia [fructus 4 mr.], sive quovis modo seu per liberam cuiusdam Henrici Negad resignationem vacet, providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . . Et cum expressione in litteris, an predicta ecclesia parrochialis fuerit de jure patronatus laicorum, cui tunc placeat derogare hac vice pro medietate. Et si sit aliquis possessor vel detentor dicte parrochialis ecclesie, quod illius nomen, cognomen, gradus nobilitatis et causa, quare jus sibi non competit, et alia necessaria ac tempus detentionis habeantur pro expressis seu exprimi possint in litteris cum derogatione regule de annali, quatenus opus sit . . . Datum Rome 12. kal. junii anno 10.

Suppl. 1138 fol. 132.

3876. **21. Maj 1502.**

Klerken Henrik Wyden fra Slesvig Stift faar ny Provision paa et evigt Vikariat i Lübeck.

Nuper vacante perpetua vicaria ad altare s. N. situm in ecclesia Lubicensi per simplicem resignationem Luderi Brunswick, Henricus Wyden clericus Slesvicensis diocesis de dicta vicaria sibi provideri obtinuit . . . .; dubitat tamen provisionem huiusmodi de se factam viribus subsistere et prefatam vicariam for-

tasse adhuc vacare. Supplicat igitur, quatenus † sibi de dicta vicaria [fructus 4 mr.] per modum nove provisionis providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Datum Rome 12. kal. junii anno 10.

Suppl. 1138 fol. 147.

3877. **29. Maj 1502.**

Kardinalerne Oliverius (Carafa), Georgius (de Costa), Jeronimus (Bassus de Rovere), Laurentius (Cybo), Ludovicus Johannes (Mila), Antoniottus (Pallavicini), Baptista (de Ursinis), Johannes Antonius (de s. Georgio), Johannes (Borgia), Bernardinus (Carvajal), Dominicus (de Grimanis), Guillermus (Briçonnet), Johannes (de Castro), Didacus (Hurtadus de Mendoza), Franciscus (Borgia), Petrus (Isvalies), Jacobus (Serra), Franciscus (Todeschini-Piccolomini), Raphael (Riario), Johannes (de Medicis), Fredericus (de s. Severino), Julianus (de Cæsarinis) og Alexander (de Farnesio) giver hver 100 Dages Aflad til dem, der paa 5 Dage (Corpus domini, visitatio og nativitas Marie, St. Nicolaus confessor og Kirkens Indvielsesdag) besøger St. Nicolai Sognekirke i Rønne. Brevet gælder for al Fremtid.

Oliverius Sabinensis, Georgius Tusculanus, Jeronimus Prenestinus et Laurentius Albanensis, episcopi, Ludovicus Johannes tituli ss. Quatuor Coronatorum, Antoniottus tituli s. Praxedis, Baptista tituli ss. Johannis et Pauli, Johannes Antonius tituli ss. Nerei et Acchilei, Johannes tituli s. Susanne, Bernardinus tituli s. Crucis in Jerusalem, Dominicus tituli s. Nicolai inter imagines, Guillermus tituli s. Pudentiane, Johannes tituli s. Prisce, Didacus tituli s. Sabine, Franciscus tituli s. Cecilie, Petrus tituli s. Cinali [ɔ: Cyriaci] et Jacobus tituli s. Clementis presbiteri, Franciscus s. Eustacchii, Raphael s. Georgii ad Velum aureum, Johannes s. Marie in Dominica, Fredericus s. Theodori, Julianus ss. Sergii et Bacchi et Alexander ss. Cosme et Damiani diaconi, s. Romane ecclesie cardinales, universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Quanto frequentius *(Thurah, Bornholms Beskrivelse, 129—30; Reg. 5232).* Datum Rome in domibus nostris anno 1502 die vero 29. mensis maji pontificatus . . . anno 10.

3878. **26. Juni 1502.**

Klerken Detlevus Sancquardi fra Schwerin Stift faar Sognekirken i Horsbøl i Slesvig Stift.

Cum parrochialis ecclesia s. Nicolai in Horsebeol infra limites prepositure Wyda Slesvicensis diocesis sita vacet ad presens et tanto tempore vacaverit, quod eius collatio etc. juxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta existit, supplicat Detleinus Sancquardi clericus Zuerinensis

diocesis, magistri Petri Woskow scriptoris apostolici familiaris continuus commensalis, quatenus sibi de dicta parrochiali ecclesia s. Nicolai, que de jure patronatus laicorum esse dicitur [fructus 4 mr.], simpliciter providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 6. kal. julii anno 10.

Suppl. 1139 fol. 200.

3879. **7. Juli 1502.**

Klerken Albert Asschen fra Odense Stift faar det overdraget til den pavelige Auditør Antonius Flores, Biskop af Castellamare, at give ham Provision paa Sognekirken i Bramstedt i Bremen Stift, hvorom han havde ført Proces for dennes Domstol.

Alias lite in vestro sacro palatio . . coram . . Antonio Flores episcopo Castelli maris inter Albertum Asschen clericum Ottoniensis diocesis et quendam Nicolaum Langhe clericum Verdensis diocesis de parrochiali ecclesia in Bramstede Bremensis diocesis in prima instantia pendente indecisa et in ea usque ad observationem termini ad libellandum processo, ab aliquibus hesitatur nulli contendentium huiusmodi jus in dicta parrochiali ecclesia competere illamque adhuc vacare; supplicat dictus Albertus, quatenus prefato Antonio mandare dignemini, ut prefato Alberto illam . . . . [fructus 3 mr.] per modum si neutri, si nulli [etc.] conferat sibique provideat de eadem. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. . . . Datum Rome non. julii anno 10.

Suppl. 1140 fol. 135 v.

3880. **16. Juli 1502.**

Klerken Jens Didriksen fra Slesvig Stift faar ny Provision paa Sognekirken i Borby.

Alias vacante parrochiali ecclesia in Bacn (!) Slesvicensis diocesis per liberam resignationem cuiusdam Henrici Kobart in manibus ordinarii sponte factam et per ipsum ordinarium admissam, Johannes Theodorici clericus dicte Slesvicensis diocesis de illa sibi auctoritate ordinaria provideri obtinuit, possessione subsequta. Cum autem dubitet provisionem et possessionis assequtionem et inde sequta quecunque viribus non subsistere, supplicat igitur, quatenus † sibi de dicta parrochiali ecclesia, que de jure patronatus ducis Holtzatie existit [fructus 4 mr.], de novo providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Datum Rome 17. kal. aug. anno 10.

Suppl. 1141 fol. 182 v.

3881. **24. Juli 1502.**

Klerken Johannes Hanemester fra Camin Stift faar et Beneficium i Rostock, ledigt ved Roskildeklerken Vicko de Lanckens Resignation.

Cum Vicco de Lankren clericus Roskildensis, cui alias s. v. de quodam perpetuo simplici beneficio in ecclesia s. Jacobi Rostorchensi Zwerinensis diocesis, tunc per obitum Petri Stolthberg apud sedem apostolicam defuncti vacante, . . . concessit provideri, concessioni gratie huiusmodi, litteris apostolicis super ea non confectis, in manibus s. v. sponte cedit, supplicat Johannes Hanemester clericus Caminensis diocesis, quatenus, cessionem huiusmodi admittentes, sibi dictum beneficium [fructus 2 mr.] conferre dignemini . . . . Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Datum Rome 9. kal. aug. anno 10.

Suppl. 1141 fol. 185 v.

3882. **25. Juli 1502.**

Præsten Otto Wierssen fra Slesvig Stift faar et evigt Vikariat i Husum.

Nuper per homines et societatem navitarum opidi Husemensis Slesvicensis diocesis fuit fundata et noviter erecta quedam vicaria sine cura in parrochiali ecclesia b. Marie virginis opidi et diocesis predictorum et ad altare ss. Jesus (!), Brandami et Clementis, ad quam vicariam obtinendam Otto Wierssen presbiter dicte diocesis fuit per homines et societatem predictam ordinario loci presentatus et per dictum ordinarium in dicta vicaria institutus, possessione subsecuta; dubitat tamen collationem et provisionem per ordinarium sibi factas viribus non subsistere dictamque vicariam adhuc vacare; supplicat igitur, quatenus sibi de dicta vicaria [fructus 2 mr.] simpliciter aut de novo et in eventum litis in forma gratie [etc.] providere dignemini. . . . Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Datum Rome 8. kal. aug. anno 10.

Suppl. 1141 fol. 115.

3883. **27. Juli 1502.**

Sognepræsten Jens Didriksen i Borby faar Dispensation til med Besiddelsen af denne Kirke at forene et andet ellers dermed uforeneligt Beneficium.

Supplicat Johannes Theodorici rector parrochialis ecclesie de Barbu Slesvicensis diocesis, quatenus sibi, ut una cum dicta parrochiali ecclesia quodcunque aliud beneficium cum ipsa invicem incompatibile . . . . recipere et, quoad vixerit, retinere ac illa dimittere et loco dimissorum alia recipere et retinere

libere valeat, facultatem concedere ac secum dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Datum Rome 6. kal. aug. anno 10.

Suppl. 1141 fol. 181 v.

3884. **27. Juli 1502.**

Klerken Claus Fost faar, skønt Præstesøn, et evigt Vikariat i Haderslev.

Vacante perpetua sine cura vicaria ad altare sanctissime Trinitatis in ecclesia collegiata b. Marie Hadersleuensi Slesvicensis diocesis per obitum Laurentii Ferius (?), Nicolaus Fost clericus Slesvicensis diocesis sibi auctoritate ordinaria de eadem provideri obtinuit, possessione subsecuta, et cum quo alias super defectu natalium, quem patitur de presbitero genitus et soluta, per sacram s. v. penitentiariam sufficienter dispensatum exstitit. Cum autem dubitet provisionem et possessionis assecutionem et inde secuta quecunque viribus non subsistere, supplicat, quatenus † sibi de dicta perpetua vicaria, que de jure patronatus certorum nobilium existit [fructus 4 mr.], de novo providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Datum Rome 6. kal. aug. anno 10.

Suppl. 1141 fol. 132 v.

3885. **29. Juli 1502.**

Optegnelse om, at Paven udnævner Ditlev Pogwisch til Biskop i Slesvig, men reserverer en Pension for Kardinal Johannes de Castro, som resignerer Embedet.

[1502] Die veneris 29. [mensis] jullii sanctissimus dominus noster in suo consistorio secreto, ut moris est, ad relationem cardinalis Agrigentini admisit cessionem administrationis ecclesie Slesvicensis sponte factam in manibus sue sanctitatis per prefatum cardinalem et illi de persona Detleuis [ɔ: -ui] providit, reservata pensione 300 duc. auri largorum prefato cardinali.

Arch. cons. Acta camerarii I fol. 110 v.

1502. 29. julii Detlevus fit Slesvicensis episcopus per cessionem cardinalis Agrigentini, favore cuius reservatur pensio 300 duc. auri largorum.

Uddrag af Garampi efter Prov. S. C. fol. 215 v (tabt).

3886. **29. Juli 1502.**

Paven reserverer en Pension paa 300 Gylden af Slesvig Bispestol for Kardinal Johannes (de Castro), som resignerer Embedet.

Johanni tituli s. Prisce presbitero cardinali. Dum ad personam tuam, quam multiplicium gratiarum muneribus illorum largitor dominus insignivit, paterne dirigimus considerationis intuitum et attente prospicimus, quod tu Romanam ecclesiam, cuius honorabile membrum existis, tuorum honoras plenius magnitudine meritorum, dignum, quin potius debitum, reputamus, ut illam tibi reperias in exhibitione gratiarum munificam et in tuis oportunitatibus liberalem. Cum itaque hodie tu, quem alias ecclesie Slesvicensi, tunc per obitum Egerdi episcopi Slesvicensis apud sedem apostolicam defuncti pastoris solatio destitute, in spiritualibus et temporalibus perpetuum administratorem per quasdam deputaremus [ɔ: -ramus], administrationi huiusmodi regiminis ac bonorum dicte ecclesie, possessione vel quasi per te non habita, in manibus nostris sponte cesseris, nosque cessionem ipsam tunc admittentes predicte ecclesie adhuc, ut prefertur, vacanti de persona Detleui electi Slesvicensis per alias litteras nostras duxerimus providendum . . ., nos, tibi, ne propterea nimium dispendium patiaris, providere volentes, motu proprio . . . pensionem annuam 300 duc. auri de camera super fructibus mense episcopalis Slesvicensis, tibi, quoad vixeris, vel procuratori tuo . . . per eundem Detleuum electum et successores suos annis singulis, pro una videlicet in domini nostri Jesu Christi et alia medietatibus pensionis eiusdem in b. Johannis baptiste nativitatum festivitatibus in Romana curia integre persolvendam et per te etiam una cum s. Prisce, que titulus tui cardinalatus existit, et Agrigentina, cui ex dispensatione apostolica preesse dinosceris, ac omnibus aliis ecclesiis, . . que ex dispensationibus apostolicis in titulum vel commendam aut administrationem obtines et in posterum obtinebis, ac pensionibus annuis, quas . . . percipis, percipiendam, tenore presentium reservamus, decernentes eosdem Detleuum et successores ad integram solutionem pensionis eiusdem tibi faciendam juxta reservationis predicte tenorem fore efficaciter obligatos, ac volentes, quod ille ex Detleuo electo et successoribus prefatis, qui in dictis festivitatibus vel saltem infra triginta dies immediate sequentes pensionem huiusmodi non persolverit cum effectu, lapsis diebus ipsam sententiam interdicti incurrat, a qua, donec tibi integre satisfactum fuerit, absolvi non possit preterquam in mortis articulo constitutus, si vero per sex menses dictos 30 dies immediate sequentes sub interdicto huiusmodi animo, quod absit, permanserit indurato, extunc lapsis mensibus eisdem a regimine

dicte ecclesie Slesvicensis suspensus sit eo ipso .... Datum Rome 4. kal. aug. anno 10.

[Simili modo] Archiepiscopo Ragusino et Lucano et Lubicensi episcopis.

Reg. Vat. 856 fol. 182.

3887. **29. Juli 1502.**

Paven udnævner Ditlev Pogwisch til Biskop i Slesvig.

Slesvicensis. Detlenus de Postnumek (!) electus Slesvicensis. Ecclesia per cessionem. Idem. Idem. Idem. Idem munus. Idem Absolutio.

Uddrag i Indice 343 og (lignende) hos Garampi efter Reg. Lat. Alex. VI anno 12 lib. 1 (tabt) fol. 53—54.

3888. **29. Juli 1502.**

Paven anbefaler den ny udnævnte Biskop i Slesvig Ditlev Pogwisch til Ærkebiskoppen i Lund.

Archiepiscopo Lundensi. Ad cumulum tue cedit salutis et fame, si personas ecclesiasticas, presertim pontificali dignitate preditas, divine propitiationis intuitu oportuni favoris et presidii gratia prosequaris. Hodie siquidem ecclesie Slesvicensi, tunc per obitum Egerdi episcopi Slesvicensis apud sedem apostolicam defuncti pastoris regimine destitute, de persona Detleui electi Slesvicensis ... providimus .... Cum igitur, ut idem Detleuus electus asserit, [ut][1]) in commissa sibi dicte ecclesie cura facilius proficere valeat, favor tuus sibi fore noscatur plurimum oportunus, fraternitatem tuam hortamur attente, tibi mandantes, quatenus eundem electum et commissam sibi ecclesiam, tuam suffraganeam, habens pro nostra et dicte sedis reverentia propensius comendatos in ampliandis et conservandis juribus suis sic eos tui favoris presidio prosequaris, quod ipse electus tuo fultus auxilio in commisso sibi prefate ecclesie regimine se possit utilius exercere, tuque divinam misericordiam et nostram ac dicte sedis benedictionem et gratiam valeas exinde uberius promereri. Datum Rome 4. kal. aug. anno 10.

XX.

Orig. med Bulle i Hampesnor i Slesvig Stift 6 (R. A.). Afskrift i Tratzigers Protokol (Gott. Ark. 155) og i L. Dipl.

3889. **30. Juli 1502.**

Paven tildeler motu proprio Poul Rantzau Kanonikat og Præbende Slesvig og Sognekirkerne i Tinglev og Uge.

[1]) add. Gz.

Paulo Ranzo canonico Slesvicensi. Nobilitas generis, vite ac morum honestas [etc.]. Dudum siquidem omnia beneficia apud sedem apostolicam [vacantia] et inantea vacatura dispositioni nostre reservavimus. Cum itaque postmodum canonicatus et prebenda ecclesie Slesvicensis et parrochialis ecclesia Tingelere[1]) Slesvicensis diocesis, quos Detleus[2]) electus Slesvicensis tempore provisionis nuper de persona sua eidem ecclesie Slesvicensi per nos facte obtinebat, prout obtinet, ex eo, quod nos canonicatum et prebendam ac parrochialem ecclesiam predictos per solam provisionem huiusmodi harum serie vacare decernimus, apud sedem eandem vacent ad presens, nos tibi, qui de nobili genere ex utroque parente procreatus et eiusdem Dettlewi electi nepos existis, gratiam facere specialem volentes, motu proprio canonicatus [ɔ: -tum] et prebendam ac parrochialem ecclesiam predictos [quorum et filialis ecclesie Veke[3]) dicte diocesis fructus 4 mr.] tibi conferimus et de illis etiam providemus . . . Datum Rome 3. kal. aug. anno 10.

Simili modo archiepiscopo Ragusino et decano ecclesie Lubicensis ac officiali Slesvicensi.

B. XIII. XI. 9. kal. sept. anno 10. Bolis.

Reg. Lat. 1108 fol. 12; ogsaa Supplik (Fiat motu proprio. R.) i Suppl. 1142 fol. 26 v.

3890. **8. Aug. 1502.**

Optegnelse om, at Ditlev Pogwisch betaler Servispenge til det pavelige Kammer.

[1502] Dicta die [8. mensis aug.] habuit fl. 427 bol. 40 vigore mandati per introitum et exitum a domino Diotaterii pro communi pape ecclesie Slesvicensis per manu de Fucharis.

Introitus et Exitus Nr. 532 fol. 106 v. fl. 578,56.

3891. **13. Aug. 1502.**

Sognepræsten Henrik Becker i Sagarde paa Rügen, som har faaet Dispensation til i to Aar ikke at lade sig indvie til de gejstlige Grader, faar denne Dispensation forlænget til at gælde for to Aar til.

Supplicat Henricus Becker rector parrochialis ecclesie in Sagende (!) Roskildensis diocesis, quatenus ipsum, cum quo dudum s. v., ut ratione dicte parrochialis ecclesie, quam tunc obtinebat et hodie obtinet, aut quorumcunque aliorum bene-

[1]) II: Ungelene cum eius filiali Ucke [2]) II: Detlews de Poguisch
[3]) II: Ucke.

ficiorum curatorum per eum obtentorum et imposterum obtinendorum ad biennium ad aliquem ex sacris ordinibus promoveri se facere minime teneretur, dispensavit ac sibi indulsit per litteras e. s. v. in forma brevis expeditas, specialibus favoribus prosequentes, dictum biennium ad aliud biennium a fine eiusdem biennii computandum prorogare dignemini . . . Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Et per breve . . . Datum Rome id. aug. anno 10.

Suppl. 1142 fol. 151 v.

3892. **13. Aug. 1502.**

Klerken Jens Pedersen (fra Før) fra Slesvig Stift faar paany Kanonikat og Præbende i Haderslev, som allerede var tildelt ham af Kardinal Johannes (de Castro) som Biskop i Slesvig.

Alias canonicatu et prebenda ecclesie Hadersleuensis Slesvicensis diocesis per obitum Henrici Hermani vacantibus, Johannes tituli s. Prisce presbiter cardinalis, tunc ecclesie Slesvicensis administrator per sedem apostolicam deputatus, dictos canonicatum et prebendam Johanni Petri de Frot (!) clerico Slesvicensis diocesis vigore certi privilegii sibi a sede apostolica concessi contulit et de illis etiam providit. Cum autem dubitet collationem et provisionem predictas viribus non subsistere, supplicat, quatenus sibi dictos canonicatum et prebendam [fructus 4 mr.] conferre et de illis etiam providere dignemini. Fiat. R. . . . . Et quod littere in forma † nove provisionis si neutri [etc.] etiam cum expressione litis, si qua sit, expediri possint . . . . Datum Rome id. aug. anno 10.

Suppl. 1143 fol. 44 (37).

3893. **19. Aug. 1502.**

Kardinal Raimundus (Peraudi) giver Priorissen Magdalene Bille og 22 navngivne Nonner i Agnete Kloster i Roskilde den af Pave Alexander VI tilstaaede Jubelaarsaflad samt Ret til at vælge en Skriftefader, der een Gang i Livet og i Dødsøjeblikket kan give dem Plenaraflad i alle Tilfælde, ogsaa dem, der ellers er reserverede Pavestolen. Tillige maa han tillade dem at spise Smør og Mælkemad i Fastetiden.

Raymundus tituli s. Marie nove s. Romane ecclesie presbiter cardinalis Gurcensis, ad universam Germaniam, Daciam, Sveciam, Norvegiam, Frisiam, Prussiam omnesque illarum provincias, civitates, terras et loca, etiam sacro Romano imperio in ipsa Germania subjecta et eis adjacentia, apostolice sedis de latere legatus, universis presentes litteras inspecturis. Notum

facimus *(Kirkehist. Saml. 4. R. I, 749—51).* Datum Roskildis sub sigillo nostro ad hoc ordinato die 19. mensis aug. anno domini 1502.

Barth. H. 958; L. Dipl. (efter trykt Formel med Navne og Dato senere tilføjede).

3894. **22. Aug. 1502.**

Pavens familiaris continuus commensalis Klerken Manseratus Ganalda fra Barcelona Stift faar motu proprio Kanonikat og Præbende i Slesvig.

Motu proprio etc. Manserato Ganalda clerico Barchinonensis diocesis familiari nostro continuo commensali specialem gratiam facientes, canonicatum et prebendam ecclesie Slesvicensis, quos Andreas Jungh in eadem obtinebat, per obitum eiusdem vacantes seu adhuc, si tanto tempore vacaverint, quod eorum collatio sit ad sedem apostolicam legitime devoluta . . . ., eidem Manserato conferimus et de illis etiam providemus . . . Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. . . . . Et si sit in dictis canonicatu et prebenda aliquis detentor seu possessor seu intrusus, nomen et cognomen aut tempus detentionis et qualitates atque nobilitas illius exprimi possit in litteris, quatenus opus sit . . . Et cum clausula gratificationis magis oportune, quatenus illi locus sit †. Datum Rome 11. kal. sept. anno 10.

Suppl. 1142 fol. 275.

3895. **27. Aug. 1502.**

Klerken Ghise Usler fra Mainz Stift faar motu proprio et Vikariat i Rendsborg.

Motu proprio etc. Cum vicaria ad altare s. Caterine in ecclesia parrochiali in Rendesborch Bremensis diocesis, que de jure patronatus laicorum existit, cui pro hac vice derogamus, quam Detleuus Pouiske electus Slesvicensis tempore provisionis de persona sua eidem ecclesie Slesvicensi per nos facte obtinebat, prout obtinet, ex eo, quod dictam vicariam ad altare s. Caterine per solam provisionem huiusmodi harum[1]) serie vacare decernimus, vacet ad presens, nos Gisoni Vseler clerico Maguntine diocesis vicariam predictam [fructus 4 mr.] conferimus et de illa etiam providemus. Fiat. R. . . . Datum Rome 6. kal. sept. anno 11.

Suppl. 1144 fol. 121 v.

[1]) Cod. quorum

3896. **27. Aug. 1502.**

Slesvigkanniken Ghise Usler faar Kanonikat og Præbende i Hamburg.

Supplicat Giso Vsler canonicus Slesvicensis[1]) diocesis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie b. Marie virginis Hambergensis Bremensis diocesis [fructus 4 mr.], per obitum Detlen [ɔ: Detleui] Ranson [ɔ: Rantzou] in partibus Italie defuncti vacantibus, providere dignemini. Fiat. R. . . . Datum Rome 6. kal. sept. anno 11.

Suppl. 1144 fol. 121.

3897. **30. Aug. 1502.**

Den udvalgte Biskop Ditlev Pogwisch i Slesvig faar bevilget, at han og hans Følge maa nyde Smør i Stedet for Olie i Fasten, dog kun naar Olien ikke kan skaffes.

Supplicat Detleuus Pauguesk electus Slesvicensis, quatenus sibi, ut tempore visitationis ipse et familiares sui et alii, qui cum eo fuerint, quadragesime et aliis anni temporibus, quibus esus carnium de consuetudine vel de jure est prohibitus, loco olei, de quo in partibus illis insularibus aliquando parum vel nichil reperitur, butiro vesci libere valea[n]t, concedere dignemini. Fiat. R. . . . Et per breve s. v. . . . Et durante necessitate dumtaxat. Fiat. R. . . . Datum Rome 3. kal. sept. anno 11.

Suppl. 1144 fol. 1 v.

3898. **30. Aug. 1502.**

Leander de Pellagallis de Perusia meddeler Biskoppen af Slesvig, at hans Udnævnelse nu er i Orden, fortæller om de store Anstrængelser, han har maattet gøre sig, og hævder, at Honoraret, han har beregnet sig, slet ikke er for højt.

Reverendissime in Christo pater et domine mi colendissime commendationem debitam. Superioribus diebus per duplicatas literas meas et etiam per literas domini Ghisonis plene intellexistis conclusionem negotii vestri. Modo redibit ad vos ipse dominus Ghiso cum totali expeditione omnium. Ipsum, etsi non sit opus, vestre reverende paternitati plurimum commendo, quoniam et diligens et fidelis in re vestra peragenda fuit nec timuit quascunque obligationes oportunas subire. Officium vestre reverende paternitatis erit ipsum ab omnibus obligationibus relevare, ne ex bono opere possit damnum pati. Et inter alias obligationes, quas fecit, fuit illa, per quam et ipse et ego pro-

[1]) Cod. Blesemicensis

misimus sub pena 500 duc., quod intra sex menses mitteretis ratificationem omnium gestorum cum reverendissimo domino cardinali Agrigentino, quare oportet ista cum celeritate fieri. Computum expositorum portat secum dominus Ghiso in folio subscripto manu mea, nec habet respicere reverenda paternitas vestra ad exposita per predecessores vestros, quoniam omnis status est immutatus, et, nisi deus apponat manum, crescunt in dies tantum exactiones, ut non sit expediens impetrantibus ulterius aliquid impetrare. In computo, quem recipietis, non est fraus in uno carlino. Omnia sunt legaliter facta pro temporum conditione. Et ut cognoscatis, quam diversa sint tempora a posterioribus [ɔ: prioribus], videbitis unam postam 18 duc. auri de camera solutorum magistris plumbi, quibus antiquo tempore debebatur unum biretum pro quolibet. Et modo non sunt veriti petere pro ecclesia vestra duc. 30, et nisi ante paucos dies obiisset cardinalis Mutinensis, qui, ut fertur, istas exactiones manutenebat et ex eis partem tenebat, oportuisset vos tantum solvere. Et concordavimus tandem pro illis 18 duc. nec minoris efficere potuimus. Accepi pro laboribus meis et diligentia et fide domino Ghisoni prestita 100 duc., visumque fuit sibi, quod nimis foret. Ego tamen accepi, sperans futurum, quod tua reverenda paternitas, cui hec mea diligentia nota extitit, hanc satisfactionem ratam habebit. Et ita rogo reverendam tuam paternitatem, cui opera mea ego utilis fui et ad expeditionem [talis],[1]) quod conditio conventionis lenis efficeretur. Petebat enim cardinalis antea summam, quam habuit, 1050 duc. auri de camera, ultra sumptum pro fructibus perceptis, ac quod pensio 400 duc. super ecclesia poneretur. Ego ipsam pensionem persuasionibus meis reduxi ad duc. 300 ac tantum effeci, quod de tribus annis futuris de pensione vos quitaret, quod fuit utile ad duc. 900. Consideravi etiam mea diligentia, quod ratione dicte pensionis in solutionem annatarum essent detrahendi 100 duc. Et ita apud clericos camere effeci ita, quod detracti fuerunt. Apud ceteros etiam officiales, qui ad nil aliud tendunt nisi ad rapinam, perfeci, ne injuste dominus Ghiso exactionaretur. Non renui etiam me obligare pro commodo tue reverende paternitatis, prout supra dixi. Quare omnibus istis consideratis judicio omnium juste judicare volentium merui hanc propriam [ɔ: propinam][2]), quare iterum rogo, paternitas vestra hanc solutionem mihi fac-

[1]) Hul i Afskr. [2]) corr. Gz.

tam ratam habere velit. Quod si aliter placuerit, paratus sum omnia agere, que dictaverit, sed tante fidei et diligentie non potest quis satisfacere, presertim quia habebitis semper me promptum ad omnia mandata. Et ut consideret etiam reverenda vestra paternitas, me non exivisse terminos humanitatis, sciat oratores episcopi Roskildensis, pro quibus non laboravi ad dies quindecim, dedisse mihi eorum motu proprio duc. 50. Certe tot labores facti in hac causa vestra per annum cum dimidio merentur salarium, quod habui, ac etiam bonam promotionem apud regiam majestatem, ut tandem ego consequar procuratorium sue majestatis et illius serenitatis gratiam et etiam gratiam illustrissimi ducis nostri. Utinam succedant alia negotia alicuius importantie, ut possint experiri meam fidem et diligentiam meam. Rogo igitur me apud ipsum regem et ducem promotum habere velitis. — Quittantias annatarum dominus Ghiso non potuit secum ferre, quoniam non ita cito ponuntur ad librum receptorum camere apostolice, et donec sint posite, non dantur quitantie. Mittentur tamen ad vos per me suo tempore. Scribo serenissimo domino regi omnia, que acta sunt, ac etiam novitates Italie et perturbationes. Rogo curetis, ut literas habeat. Spero dominum Ghisonem, cui nota est fides et diligentia mea, bonam facturum relationem de me, licet in recessu meo visus fuit egre ferre, quod ego tantum acceperim, presertim quum in adventu donavit mihi pro una diploide serica fl. 8. Sed si transisset per manus alicuius solicitatorum curie, tunc cognovisset, qualis fuerit fides mea quantaque merita; non habito respectu fideliter vobis servivi nec respexi ad cardinalem nec ad papam. Expecto igitur gratiam apud reverendam paternitatem vestram, cui me humiliter semper commendo, et que bene valeat. Rome 30. aug. anno 1502.

Servitor deditissimus Leander de Perusia manu propria.

Afskrift af Poul Cypræus i Gl. kgl. Saml. 1047 Fol., fol. 182 v = 180 v. Ovenfor gengivet fuldstændigt.

3899. **1. Sept. 1502.**

Raymundi Presbyteri i Rom Förmaningskrifft till alla Closter Nunnerna [i Bosø] insändt, dhet dhe medh sina idkesamma Bööner och gudsfruchtiga och alfvarsamma Gudstienst ville blidka Guds then Aldrahögste, dhet Turckens Mord och stoora Macht motte stillas. Dat. die prima Mensis Sept. 1502.

Skaanebrevsfortegnelsen, Bosø samt adskillige andre Klostres Breve Nr. 208.

3900. **14. Okt. 1502.**

Kanniken Albert Asschen i Lübeck faar et evigt Vikariat i Verden, hvorom han havde ført Proces ved Kurien med Eggert Durkop og Kardinal Johannes (de Castro).

Postquam dudum Innocentius papa VIII ecclesie Slesvicensi de persona Egerdi Durkop electi eiusdem ecclesie providisset, idem Innocentius Alberto de Asschen canonico ecclesie Lubicensis, tunc familiari suo, de perpetua sine cura vicaria, quam idem Egerdus electus tunc in ecclesia Verdensi canonice possidebat, quamprimum ipsi Egerdo munus consecrationis impensum esset aut tempus de consecrandis episcopis lapsum esset, aut quovis alio modo vacaret, mandavit provideri, certis executoribus sibi desuper deputatis necnon processus [ɔ: -sibus] desuper per eosdem executores sibi decreti [ɔ: -tis] . . . . Et deinde lite et causa inter eundem Egerdum episcopum Slesvicensem actorem intrusum et prefatum oratorem super eadem vicaria rebusque aliis etc. in actis deductis coram Johanne Antonio, tunc episcopo, nunc cardinali, Alexandrino vulgariter nuncupato, commissario apostolico suborta et coram eo inter easdem partes ad aliquos actus, citra tamen cause conclusionem, processo, idem Egerdus episcopus, lite et causa sic, ut prefertur, indecisa pendente, diem vite sue in Romana curia clausit extremum, per cuius obitum dictus orator possessionem dicte vicarie vigore dictarum litterarum et processuum apprehendens [ɔ: -dit]. Et cum postmodum inter Johannem tituli s. Prisce presbiterum cardinalem, Agrigentinum vulgariter nuncupatum, in jus dicti Egerdi episcopi surrogatum, actorem et prefatum oratorem coram Jeronimo episcopo Andrensi, unius ex sacri palatii apostolici auditoribus causarum locumtenente etc., lis et causa introducte fuissent, et ad nonnullos actus judiciales, citra conclusionem etc., successive processum existat, idem cardinalis Agrigentinus liti et cause huiusmodi ac omni juri sibi competenti in manibus s. v. etc. litteris non confectis e. s. v. exnunc cedit, supplicat s. v. dictus orator, quatenus resignationem huiusmodi admittentes causamque ipsam ad se advocantes et litem penitus extinguentes eundem oratorem in omni jure, si quod dicto Egerdo et Johanni cardinali Agrigentino in prefata vicaria quomodolibet competere poterat, surrogare dictumque jus sibi concedere ac eundem oratorem ad huiusmodi jus necnon illius prosecutionem et defensionem in eo statu, in quo ipse Egerdus episcopus tempore obitus sui erat et, si viveret, esset, ac Johannes cardinalis in

presentiarum existit, admittat et nichilominus vicariam predictam, que sine cura est [fructus 4 mr.], eidem oratori per modum surrogationis, nove provisionis, gratie [etc.] conferat ac de eadem provideat. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. . . . Datum Rome pridie non. oct. anno 11.

Suppl. 1146 fol. 83.

3901. 21. Okt. 1502.

Albert Asschen faar bevilget, at Kardinal Johannes (de Castro) under visse Betingelser skal kunne vende tilbage til det af ham opgivne Vikariat i Verden.

Reformatio Alberti de Haschen.

Ne dictus cardinalis Agrigentinus ex dicta pia resignatione nondum facta aliquod dispendium patiatur, dignetur s. v. ei concedere, quod, cedente vel decedente dicto oratore aut ipsam vicariam quomodolibet dimittente aut [illa] alias quovis modo vacante etiam apud sedem apostolicam, liceat eidem cardinali ad eandem vicariam liberum habere regressum ac illius corporalem possessionem tam vigore sui prioris tituli quam litterarum super presentibus conficiendarum illasque vim valide et efficacis commende seu provisionis habere decernere absque alia commenda seu provisione de huiusmodi vicaria sibi conficienda, per se vel alium propria auctoritate apprehendere et, quoad vixerit, retinere possit, et alias litteras super preinserta etiam cum narrativa, quod dictus Egerdus episcopus capellanus s. v. et locumtenens seu auditor rote extitit, expediri mandare dignemini. Concessum motu proprio in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. . . . Datum Rome 12. kal. nov. anno 11.

Suppl. 1146 fol. 14.

3902. 9. Nov. 1902.

Klerken Albert Asschen fra Odense Stift faar ny Provision paa Sognekirken i Bramstedt i Bremen Stift.

Vacante dudum parrochiali ecclesia in Bramstede Bremensis diocesis per obitum Nicolai Lenthger, . . . Albertus de Asschen clericus Ottoniensis diocesis illam . . auctoritate ordinaria assecutus existit, possessione subsecuta, et de eadem ecclesia etiam fuit per s. v. cuidam Nicolao Lungen clerico Verdensis diocesis concessum provideri . . . . Cum autem dictus orator dubitet premissas assecutionem ac possessionem et inde secuta viribus subsistere, et dictus Nicolaus etiam dictam ecclesiam seu jus sibi ad eam competens . . in manibus s. v. resignet, supplicat idem

orator, quatenus dictam resignationem admittentes sibi de dicta parrochiali [fructus 4 mr.] per modum nove provisionis, gratie si neutri [etc.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . . Datum Rome 5. id. nov. anno 11.

Suppl. 1148 fol. 3.

3903. **15. (19.) Nov. 1502.**

Lübeckerkanniken Bernardus Sculteti faar Skatmesterembedet og Kanonikat og større Præbende i Lübeck, som Biskop Eggert Durkop i Slesvig havde haft.

Alias thesauraria, que inibi simplex officium [1])seu dignitas[1]) vel personatus existit, ac canonicatu et maiori prebenda ecclesie Lubicensis . . . per obitum Egerdi episcopi Slesvicensis illos in titulum vel commendam ex dispensatione apostolica obtinentis apud sedem apostolicam defuncti vacantibus, s. v. thesaurariam ac canonicatum et prebendam predictos . . . . Johanni tituli s. Prisce presbitero cardinali Agrigentino per eum, quoad viveret, gubernandos motu proprio etc. commendavit. Cum autem dictus cardinalis . . . commende huiusmodi de thesauraria ac canonicatu et prebenda huiusmodi sibi facte ac omni juri sibi ad eos quomodolibet competenti in manibus s. v. sponte . . . cedat, supplicant tam dicta creatura quam etiam Bernardus Sculteti decretorum doctor, causarum palatii apostolici notarius, dicte ecclesie Lubicensis canonicus, quatenus cessionem huiusmodi admittentes sibi de tesauraria [fructus 4 mr.] necnon de canonicatu et maiori prebenda [fructus etiam 4 mr.] providere dignemini. Concessum motu proprio pro cardinali in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis[2]) . . . . . Datum Rome . . 17.[3]) kal. dec. anno 11.

Suppl. 1148 fol. 82 v og (II) fol. 104.

3904. **30. Nov. 1502.**

Klerken Magister Hemmingus Loyse fra Camin Stift faar Kanonikat og Præbende i Lund og et Beneficium i Roskilde Domkirke, ledige ved Johannes Billssemans Død.

Supplicat Hemmingus Loyse clericus Caminensis diocesis in artibus magister *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. . . . Datum Rome pridie kal. dec. anno 11.

Suppl. 1148 fol. 175.

[1]) Mangler i II. [2]) II: Fiat. R. [3]) II: 13. kal.

3905. **7. Dec. 1502.**

Kardinal Raimundus (Peraudi) giver Peder Iversen den af Pave Alexander VI tilstaaede Jubelaflad samt Ret til at vælge en Skriftefader, der een Gang i Livet og i Dødsøjeblikket kan give ham Plenaraflad i alle Tilfælde, ogsaa dem, der ellers er forbeholdte Pavestolen.

Raymundus [*etc. som Nr. 3893 til* inspecturis]. Notum facimus *(Kirkehist. Saml. II, 388—90; Reg. *8886).* Datum Roskildis sub sigillo nostro ad hoc ordinato die 7. mensis dec. anno domini 1502.

L. Dipl. (efter trykt Formel med Navn og Dato senere tilføjede).

3906. **16. Dec. 1502.**

Alexandri VI littere indulgentiarum per Raimundum cardinalem Danis, Slesvicensibus et Holsatis insinuatarum sub dato Utini 1502 d. 16. dec., ab impressis multum diverse.

Uddrag i Westphalen, Monumenta IV, 3192. Reg. 5246.

3907. **8. Jan. 1503.**

Klerken Magister Petrus Wolkow fra Camin Stift faar Kanonikat og Præbende i Lübeck, ledige ved Albert Asschens Resignation.

Cum Albertus de Asschen canonicus ecclesie Lubicensis canonicatum et prebendam, quos in dicta ecclesia obtinet, resignet de presenti, supplicat magister Petrus Wolkow clericus Caminensis diocesis, litterarum apostolicarum scriptor et s. v. familiaris, quatenus dictam resignationem admittentes sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Datum Rome 6. id. jan. anno 11.

Suppl. 1152 fol. 4.

3908. **14. Jan. 1503.**

Kanniken Albert Asschen faar en Supplik bevilget med nogle Ændringer.

Reformatio [Alberti de] Aschen.

— — —[1]) De quo in preinserta sup[plicatione] — — — Dudum — — eidem Alberto reservatam in terminis expressis — — excommunicationis — — et privationis penam incurrisse per locumten[entem] — — curie camere apostolice vigore specialis commissionis sibi desuper facte declara — —, a qua declaratione

[1]) Bindet er stærkt ødelagt af Fugtighed; Lakunerne her betegnede ved — — —

dictus Nicolaus ad s. v. et sedem apostolicam app[ellavit] — — — appellationis huiusmodi certo prelato Romanam curiam sequenti, in qua ad nonnullos actus, citra tamen conclusionem, processum est. Cum autem dictus Nicolaus jam sex annis et ultra elapsis in solutione dicte pensionis cessaverit et diffugerit, quantum potest, supplicat dictus orator, quatenus in eventum, in quem contingat dictam primam sententiam incursam censurari (?) et privationem dictorum canonicatus et prebende per alias duas sententias confirmari sicque (?) dictos canonicatum et prebendam tamen (?) vacare, de eisdem canonicatu et prebenda tunc vacantibus exnunc prout extunc et extunc prout exnunc eidem oratori providere ac ex nunc prout extunc provisum esse decernere sicque litteras super preinserta supplicatione conficiendas absque alia declaratione illarum vigore facienda, alias juxta illius tenorem, expediri mandare cum clausulis alias in ea contentis et opportunis. Fiat. R. Datum Rome 19. kal. febr. anno 11.

Suppl. 1151, ufol.

3909. **22. Jan. 1503.**

Prins Christierns Kansler, Klerken Erik Valkendorf fra Lunde Stift faar efter Kongens Præsentation Provstiet i Lund, ledigt ved Jens Andersen (Beldenak)s Resignation.

Cum prepositura metropolitane ecclesie Lundensis *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. Datum Rome 11. kal. febr. anno 11.

Suppl. 1152 fol. 250 v.

3910. **30. Jan. 1503.**

Præsten Nicolaus Antonii fra Roskilde Stift faar Sognekirken i Zirkow og et evigt Vikariat i Burg (?).

Cum Georgius Calik rector parrochialis ecclesie in Cirkowo et perpetuus vicarius in capella b. Marie de annuntiatione in parrochiali ecclesia opidi Burgensis Roskildensis diocesis . . . . dictam suam parrochialem ac vicariam perpetuam . . . resignet, supplicat Nicolaus Antonii presbiter dicte diocesis, quatenus resignationem huiusmodi admittentes sibi de dicta parrochiali ac vicaria [fructus 4 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Datum Rome 3. kal. febr. anno 11.

Suppl. 1152 fol. 162 v.

3911. **4. (5.) Marts 1503.**

Klerken Jens Rask fra Viborg Stift faar et beneficium (evigt Vikariat) i Viborg Domkirke.

[Cum] prebenda simplex et sine cura[1]) ad altare s. Crucis in cathedrali ecclesia Vibergensi, que de jure patronatus laicorum existit, ad presens vacare noscatur et tanto tempore vacaverit, quod eius collatio juxta Lateranensis statuta concilii est ad sedem apostolicam legitime devoluta, supplicat Johannes Rass[2]) clericus dicte Vibergensis diocesis, quatenus . . . sibi [de] prebenda seu altari predicto [fructus 4 mr.] [3])in forma † si neutri[3]) [etc.] providere dignemini[4]), [3])non obstantibus in contrarium facientibus, presertim regula cancellarie s. v. de jure patronatus laicorum, cui, si opus fuerit, pro hac vice derogare placeat[3]). Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . . Datum Rome 4. non.[5]) martii anno 11.

Suppl. 1154 fol. 105 v (II: smst.).

3912. **6. Marts 1503.**

Klerken Jens Rask fra Viborg Stift faar Dispensation til at modtage og beholde tre ellers uforenelige Embeder.

Supplicat Johannes Rasche clericus Vibergensis diocesis, antiquus curialis, quatenus secum . . . ., ut extunc [ɔ: exnunc] quecunque tria curata seu alias invicem incompatibilia secularia aut cum uno vel duobus ex eis seu absque illis unum cum cura vel sine cura cuiusvis ordinis etiam beneficia . . . . ., si sibi alias canonice conferantur, . . . recipere et, quoad vixerit, retinere ac de fructibus dicti beneficii alienatione etc. disponere libere valeat cum potestate permutandi totiens, quotiens etc., dispensare dignemini . . . . Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . . Datum Rome . . . pridie non. martii anno 11.

Suppl. 1154 fol. 151.

3913. **8. Marts 1503.**

Klerken Jens Rask fra Viborg Stift faar Provstiet i Skallerup i Børglum Stift.

Cum prepositura, Ckohaop (!) vulgariter dicta, Burglanensis diocesis, inibi dignitas asserta, tanto tempore vacaverit, quod

---

[1]) II: Cum perpetua sine cura vicaria [2]) II: Rasche [3—3]) Mangler i II.
[4]) II: cum derogatione regule de annali possessore † pro hac vice, quatenus opus sit. [5]) II: 3. non.

eius collatio juxta Lateranensis statuta concilii sit ad sedem apostolicam legitime devoluta, et vacet ad presens, licet quidam N., cuius nomen et gradum et nobilitatem s. v. pro sufficienter expressis habere dignetur, minorennis non dispensatus (!) pro clerico se gerens dictam prepositurам per annum et ultra, citra tamen triennium, detinuerit, prout detinet, indebite occupatam, supplicat Johannes Rasche clericus Vibergensis diocesis, quatenus . . . sibi de dicta prepositura [fructus 6 mr.], que curam animarum habet annexam, sive premisso modo vel quod tempus patroni laici ad presentandum a jure prefixi [ɔ: -um] lapsum extitit vacet, providere, † necnon regulis cancellarie s. v., presertim de annali possessore † pro hac [vice], quatenus opus fuerit, derogare dignemini ita, quod nullus dicte regule partem observare teneatur, dignemini (!). Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Datum Rome 8. id. martii anno 11.

Suppl. 1154 fol. 151 v.

3914. **11. Marts 1503.**

Paven tilstaar Klerken Petrus de Castro i Rom en aarlig Pension af en Række nordtyske Embeder, som skal betales ham af Indehaveren af disse Embeder, Albert Asschen.

Petro de Castro clerico Romano. Vite ac morum honestas [etc.]. Nos tibi pensionem annuam 40 duc. auri de camera, 10 videlicet super canonicatus et prebende [fructus 4 mr.] et aliorum 10 super thesaurarie ecclesie Lubicensis [fructus etiam 4 mr.] et 5, qui illorum tertiam partem non excedunt, super parrochialis ecclesie in Bramstede Bremensis ac aliorum 5 super unius in parrochiali s. Petri Lubicensi [fructus 15 duc. auri] et aliorum 5 super alterius in Verdensi ecclesiis [fructus similiter 15 duc. auri] et aliorum 5 duc. auri similium super alterius perpetuarum vicariarum in cappella s. Georgii prope oppidum Datsow Ratzeburgensis diocesis fructibus [fructus etiam 15 duc.], tibi, quoad vixeris, vel procuratori tuo per Albertum de Aschen dicte ecclesie in Bramsteden rectorem, qui dictas vicarias obtinet et cui hodie de canonicatu et prebenda ac thesauraria predictis per alias nostras litteris mandavimus provideri, et successores suos . . . in duabus medietatibus [*som Nr. 3886*] integre persolvendam, tenore presentium reservamus . . . . Nichilominus archiepiscopo Ragusino et Lucano ac Lubicensi episcopis mandamus [etc.]. Datum Rome 5. id. martii anno 11.

LXV.
Reg. Vat. 859 fol. 92 v.

3915. 11. Marts 1503.

Sognepræsten Albert Asschen i Bramsted i Bremen Stift faar Skatmesterembedet og Kanonikat og Præbende i Lübeck mod at forpligte sig til at betale en stor Pension (50 Gylden) til Klerken Petrus de Castro baade af disse og en Del andre nordtyske Embeder.

Cum Johannes tituli s. Priscie (!) presbiter cardinalis, Agrigentinus nuncupatus, cui alias thesauraria ac canonicatus et prebenda ecclesie Lubicensis, tunc per obitum Egerdi episcopi Slesvicensis illos ex dispensatione apostolica obtinentis apud sedem apostolicam defuncti vacantes, per eum, quoad viveret, regendi apostolica auctoritate commendati fuerunt, commende huiusmodi, possessione eorundem thesaurarie ac canonicatus et prebende per eum non habita, in manibus s. v. sponte cedat, supplicant Albertus de Aschen rector parrochialis ecclesie in Bramstede Bremensis diocesis, s. v. familiaris continuus commensalis, servitiis predicti cardinalis insistendo, et Petrus de Castro clericus . . . . . ., [quatenus de dictis thesauraria ac canonicatu et prebenda] . . . .[1]) eidem Alberto providere ac dicto Petro, ut se comodius substentare valeat, pensionem annuam 40 duc. auri de camera, 10 videlicet super canonicatus et prebende et aliorum 10 super thesaurarie et 5 super parrochialis ecclesie predicte ac alias etiam 5 super unius in parrochiali ecclesia s. Petri Lubicensi [fructus etiam 15 duc.] necnon aliorum 5 super alterius in ecclesia Verdensi [fructus similiter 15 duc.] et aliorum 5 duc. huiusmodi super alterius in capella s. Georgii prope opidum Dersow Ratzeburgensis diocesis [fructus etiam 15 duc.] perpetuarum vicariarum, quas dictus Albertus obtinet, fructibus, sibi, quoad vixerit, per prefatum Albertum, cuius ad hoc expressus accedit assensus, annis singulis in Urbe Rome, pro una videlicet in b. Johannis baptiste et alia medietatibus pensionis eiusdem in domini nostri Jesu Christi nativitatum festivitatibus integre persolvendam, reservare sibique, quod, cedente vel decedente dicto Alberto seu canonicatum et prebendam ac thesaurariam predictos alias quomodolibet dimittente aut illis quovismodo vacantibus etiam apud sedem apostolicam seu dicto Alberto in solutione pensionis huiusmodi in loco et termino predictis deficiente seu illam solvere cessante, liceat eidem Petro ad illos litterarum desuper conficiendarum vigore, quas vim valide et efficacis provisionis habere decernere placeat, liberum habere ac-

[1]) c. 5 Linjer mangler i Cod.

cessum illorumque corporalem possessionem per se vel alios propria auctoritate apprehendere et absque alia sibi desuper facienda provisione, quoad vixerit, retinere [valeat], concedere . . . . dignemini, non obstantibus Pictavensis et generalis concilii et regula de idiomate ac quibusvis aliis constitutionibus apostolicis, quodque dictus Petrus idioma loci thesaurarie predicte non intelligit nec intelligibiliter loqui scit. Fiat. R. . . . . Datum Rome 5. id. martii anno 11.

Suppl. 1155, ufol.

3916. **26. Marts 1503.**

Klerken Bernardus Torchures fra Münster Stift faar et evigt Vikariat i Slesvig.

Supplicat Bernardus Torchures clericus Monasteriensis diocesis, quatenus sibi de perpetua vicaria sita in ecclesia Slesvicensi ad altare s. Nicolai [fructus 4 mr.], per obitum Henrici Drape [vacante, ... providere dignemini . . . .][1]) Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis . . . Datum Rome 7. kal. aprilis anno 11.

Suppl. 1155, ufol.

3917. **28. Marts 1503.**

Klerken Jens Pedersen fra Lunde Stift faar det overdraget til en Prælat »in partibus illis« at fratage Sognepræsten Magnus Magni i Svartarp og Lekeryd i Linköping Stift hans Embede, da han ved at begaa et Drab havde forbrudt dette; tidligere havde han ganske vist ved fejlagtige Opgivelser forskaffet sig et paveligt Breve, hvorved Sagen henvistes til Afgørelse af nogle Dommere, som ogsaa havde givet ham Dispensation til at beholde Embedet. Nu skal »Prælaten, som faar Sagen overdraget«, hvis han finder Jens Pedersens Fremstilling rigtig, tildele denne Embedet.

Cum alias quidam iniquitatis filius Magnus Magni *(Dipl. dioc. Lund. V)*. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . Datum Rome 5. kal. aprilis anno 11.

Snppl. 1155, ufol.

3918. **15. April 1503.**

Klerken Jakob Madsen fra Roskilde Stift, som er evig Vikar i Næstved, og Klerken Niels Laurenssen fra Odense Stift, som er evig Vikar i Nyborg, faar Tilladelse til at lade sig indvie til de højere gejstlige Grader af en hvilkensomhelst Biskop ved Kurien.

---

[1]) Ødelagt af Fugtighed, saa en Del af Teksten mangler.

Cum Jacobus Mathie clericus Roskildensis diocesis, perpetuus vicarius ad altare s. Crucis situm in parrochiali opidi Nestiwide dicte diocesis, et Nicolaus Laurentii clericus Ottoniensis diocesis, vicarius perpetuus ad altare s. Anne opidi Nubergia prefate diocesis, in Romana curia presen[te]s fervore devotionis accensi necnon ratione dictarum vicariarum ad omnes sacros, etiam presbiteratus, ordines promoveri et in illis altissimo famulari cupiant, supplica[n]t, quatenus eis, ut a quocunque catholico antistite in Romana curia residente, quem duxerint eligendum, tribus diebus dominicis vel festivis vicissim sese sequentibus et[iam] extra tempora a jure statuta, ad dictos sacros, etiam presbiteratus, ordines se successive facere promoveri et in illis, postquam promoti fuerint, etiam in altaris officio, ministrare possint, ac eidem antistiti illos promovendi licentiam concedere dignemini. Concessum in presentia pape. A. cardinalis s. Praxedis. . . . . Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Et examinentur in camera, in qua docere teneantur, quod sint artati. Datum Rome 17. kal. maji anno 11.

Suppl. 1156 fol. 225.

3919. 26. April 1503.

Kardinal Raimundus (Peraudi) sender Meddelelse til de tyske Fyrster om den Fred, der under Medvirkning af ham og Hertugerne Frederik af Slesvig og Magnus af Mecklenburg er bleven afsluttet mellem Kong Hans og Lübeck; tillige omtaler han sin Virksomhed for at faa befriet Dronning Christine og skaffe Kong Hans Lydighed hos hans svenske Undersaatter. Kardinalen haaber, at Korstoget nu kan komme i Stand.

Raymundi tituli s. Marie nove s. Romane ecclesie presbiteri cardinalis Gurcensis ad universam Germaniam, Daciam etc. de latere legati epistola ad illustrissimos Germanie principes. *(Særskilt trykt; Reg. *8911)*[1]. Data ex Lubeck 26. aprilis anno 1503.

3920. 1. Maj 1503.

Kardinal Raimundus (Peraudi), pavelig Legat i Norden, bemyndiger efter Ansøgning af Biskop Ditlev (Pogwisch) i Slesvig denne til at give 50 Personer

---

[1]) I Zeitschrift des Vereins für lübeckische Geschichte I, 139—41 findes i Regestform en Del andre Breve fra Kardinalen om Fredslutningen, særlig selve Fredstraktaten (dateret 29. April 1503, i Reg. *8911 sammenblandet med Kardinalens Rundskrivelse af 26. April), desuden Breve af 1., 5. og 6. Maj (Reg. *8915, *8917, *8918).

indenfor hans Stift, der uden Dispensation har indgaaet Ægteskab, skønt de var beslægtede i 3die og 4de Grad, Tilladelse til at forblive i Ægteskabet.

Raimundus [*etc. som Nr. 3893*] episcopo Slesvicensi. Exhibita nobis nuper *(Pontoppidan, Ann. eccl. Dan. II, 724—25; Reg. 5252).* Datum Lubeck anno 1503 kal. maji pontificatus anno 11.

Optaget i et Dispensationsbrev fra Biskop Ditlev Pogwisch af 28. Maj 1505 (Gottorpske Membraner).

3921. **8. Maj 1503.**

Kardinal Raimundus (Peraudi) tilstaar motu proprio Dr. Lage Urne, Kantor i Roskilde, et Ventebrev.

Refereret i Notarialinstrument af 9. Aug. 1504, hvori det bevidnes, at Lage Urne som Følge af Ventebrevet har opnaaet et Præbende i Roskilde, der var ledigt ved Kanniken Lyders Død.

Arnemagn. Dipl. XXIX, 12.

3922. **27. Maj 1503.**

Hertug Frederiks Kansler Godske Ahlefeld udnævnes til Koadjutor for Provsten Enwald Søvenbroder i Slesvig.

Cum Enwaldus Govenbroder (!) prepositus ecclesie Slesvicensis adeo senio confectus existat, ut preposituram suam predictam, que de jure patronatus regis Dacie etc. ac dux [ɔ: ducis] Holsatie pro tempore existentium existit, et cui cura etiam jurisdictionalis imminet animarum, ac quam obtinet, in spiritualibus et temporalibus, prout decet, per se ipsum regere commode non possit et propterea coadjutore idoneo indigere noscatur ac de sufficientia et idoneitate Gotschalci de Aleuelde decretorum doctoris, de nobili genere ex utroque parente procreati, cancellarii Friderici Holsatie etc. ducis moderni, plurimum confisus cupiat eundem Gotschalcum sibi in regimine dicte prepositure in coadjutorem deputari, supplicant igitur, quatenus eundem Gotschalcum prefato Enwaldo, quoad vixerit et ipsam preposituram obtinuerit, coadjutorem perpetuum et irrevocabilem quoad regimine [ɔ: regimen] eiusdem prepositure in spiritualibus et temporalibus cum plena facultate omnia, que ad coadjutoris officium de jure vel consuetudine aut alias quomodolibet pertinent, faciendi de consensu regis et ducis ac Enwaldi predictorum deputare, et nichilominus preposituram ipsam, que inibi dignitas maior post pontificalem existit, super qua lis inter ipsum Enwaldum et Hermannum Cock, qui in Romana

curia lite pendente diem clausit extremum, coram certo palatii apostolici auditore pendere dicitur indecisa [fructus 4 mr.], quamprimum illam per cessum vel decessum seu quamvis aliam dimissionem eiusdem Enwaldi, etiam apud sedem apostolicam vacare contingerit, etiam si actu premisso sive adhuc per obitum dicti Hermanni, qui, dum sibi jus competere pretenderet, apud dictam sedem extitit vita functus, sive alio quovis modo vacet, . . . eidem Gotschalco, etiam si tunc officium coadjutoris exercere non inceperat, exnunc, prout extunc, et e contra conferre et de illa etiam providere dignemini. . . . . Fiat. R. . . . Datum Rome 6. kal. junii anno 11.

Suppl. 1163 fol. 21.

3923. **30. Juli 1503.**

Præsten Niels Antonsen fra Roskilde Stift faar Forlængelse af Fristen for at stævne Klerken Albert Asschen fra Odense Stift, med hvem han er i Proces om Sognekirken i Zirkow og et evigt Vikariat i Bergen paa Rügen.

Vacantibus alias parrochiali ecclesia in Cirkow et perpetua sine cura vicaria ad altare b. Marie annuntiationis situm in parrochiali ecclesia oppidi Burgensis Roskildensis diocesis per liberam resignationem Georgii Calick . . . in manibus s. v. seu vicecancellarii factam, e. s. v. de ipsis Nicolao Antonii presbitero dicte diocesis sub data 3. kal. febr. anno 11 concessit provideri . . . . Cum autem idem orator . . . commode non poterat (!) nec possit huiusmodi litteras apostolicas super dicte concessionis gratia expedire neque etiam dictam resignationem infra debitum tempus per regulam cancellarie s. v. prefinitum in loco dictorum beneficiorum publicare nec possessionem illorum ab eos [ɔ: iis], quos id contingit, petere timeatque, quod, cum dictus resignans in dictorum beneficiorum resignatorum possessione post tempus regule decesserit, gratie concessionis huiusmodi frustrari possit effectu, pro tanto recurrit ad pedes e. s. v. supplicando, quatenus terminum sex mensium ad publicandam resignationem et petendam possessionem huiusmodi ac litteras expediendas ad alios duos menses a fine primorum sex mensium, infra quos adhuc existit, computando prorogare sibique, quod durante dicto duorum mensium termino non teneatur juxta dictam regulam s. v. resignationem predictam publicare nec possessionem petere, littereque apostolice super dicta concessione concedende et expediende cum singulis perinde valeant, ac si dicta regula non emanasset, concedere dignemini . . . . Concessum in presentia

pape. A. cardinalis Tusculanus. . . . . Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Datum Rome 3. kal. aug. anno 11.

Suppl. 1162 fol. 139.

Roskildensis. Nicolaus Antonii. Parrochialis per resignationem.

Uddrag i Indice 343 efter Reg. Lat. Alex. VI anno 11 lib. 4 fol. 16 (tabt).

PIUS III

valgt 22. Sept. 1503, viet 8. Okt. 1503, død 18. Okt. 1503.

3924. **12. Okt. 1503.**

Klerken Otto Nielsen fra Odense Stift faar ny Provision paa Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Alias canonicatu et prebenda ecclesie Roskildensis, quos Folmarius Poske obtinebat, per obitum eiusdem Folmarii vacantibus, de illis Ottoni Nicolai clerico Ottoniensis diocesis ordinaria fuit auctoritate provisum, possessione forsan subsecuta. Cum autem dubitet collationem et provisionem predictas . . . viribus non subsistere, supplicat, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] in forma † nove provisionis cum oportuna gratificatione, si illi locus existat, providere dignemini . . . Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. . . . Datum Rome 4. id. oct. anno 1.

Suppl. 1165 fol. 63 v.

3925. **12. Okt. 1503.**

Klerken Otto Nielsen fra Odense, Sognepræst i Gedesby, faar Dispensation til med denne Kirke at forene et andet ellers dermed uforeneligt Embede.

Supplicat Otto Nicolai clericus Ottoniensis, rector parrochialis ecclesie Ghedes et certe eius annexe, regis Dacie secretarius, quatenus secum, ut una cum dicta parrochiali ecclesia, quam obtinet, quodcunque aliud vel sine ea quecunque duo curata et se alias invicem incompatibilia beneficia . . . . ., si sibi alias canonice conferantur, . . . recipere et insimul, quoad vixerit, retinere libere possit, dispensare dignemini . . . Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. . . . Datum Rome 4. id. oct. anno 1.

Suppl. 1165 fol. 243 v.

JULIUS II

valgt 1. Nov. 1503, viet 26. Nov. 1503, død 21. Febr. 1513.

3926. **26. Nov. 1503—21. Febr. 1513.**

Paven giver efter Ansøgning fra Evert Hockel Aflad til dem, der paa bestemte Dage besøger et Kapel i Mariekirken i Husum.

Slesvicensis. Evert Hockel. Indulgentia pro elargientibus elemosinas et visitantibus quandam ecclesiam [ɔ: capellaniam in parrochiali b. Marie oppidi Husem].

Uddrag i Indice 347 og 344 efter Reg. Lat. Julii II anno 3 lib. 25 (tabt) fol. 159.

3927. **26. Nov. 1503—21. Febr. 1513.**

Paven udnævner Munken Jens til Abbed i Løgum Kloster.

Ripensis. Joannes abbas monasterii Loci dei Cisterciensis ordinis Ripensis diocesis. Commissio [super provisione dicti monasterii].

Uddrag i Indice 346 og 344[1]) efter Reg. Lat. Julii II anno 3 lib. 27 (tabt) fol. 242.

3928. **26. Nov. 1503—21. Febr. 1513.**

Paven giver Peder Nuebressen Provision paa Kanonikat og Præbende i Slesvig.

Slesvicensis. Petrus Nuebressen. Canonicatus per resignationem.

Uddrag i Indice 348 efter Reg. Lat. Julii II anno 6 lib. 6 (tabt) fol. 214.

3929. **26. Nov. 1503—21. Febr. 1513.**

Paven giver Ditlev Langebek Provision paa Kanonikat og Præbende i Viborg.

Vibergensis. Detlenus Langebeche. Canonicatus per obitum.

Uddrag i Indice 349 efter Reg. Lat. Julii II anno 7 lib. 12 (tabt) fol. 18.

---

[1]) Herefter er det i kantet Parentes indsatte.

3930. **26. Nov. 1503—21. Febr. 1513.**

Paven giver Kjeld Olufsen Provision paa et Provsti i Børglum Stift.

Burgalensis. Ketillus Olavi. Prepositura certo modo.

Uddrag i Indice 348 efter Reg. Lat. Julii II anno 6 lib. 11 (tabt) fol. 85.

3931. **26. Nov. 1503—21. Febr. 1513.**

Paven giver Peder Laurenssen Provision paa Kanonikat og Præbende i Viborg.

Vibergensis. Petrus Laurentii. Nova provisio canonicatus.

Uddrag i Indice 349 efter Reg. Lat. Julii II anno 7 lib. 2 (tabt) fol. 174.

3932. **26. Nov. 1503—17. April 1505.**[1]

Paven tilstaar Biskop Ditlev (Pogwisch) i Slesvig et halvt Aars Indtægter af samtlige Stiftets Præstekald til Betaling af Bispestolens Gæld.

Julius papa II indulsit episcopo Detleuo, ut dimidium unius anni fructuum darent sacerdotes omnes pro sua quisque conditione et facultatibus, quibus æs alienum, quo episcopatus oberatus esset, persolveretur et creditoribus satisfieret.

Uddrag af Poul Cypræus (Gl. kgl. Saml. Fol. 1047) fol. 186.

3933. **26. Nov. 1503—21. Febr. 1513.**

Paven anbefaler Johanniterridderen Johannes, udsendt af Kardinal Jacobus (Serra), til Kong Hans, for at Kardinalen kan opnaa Besiddelsen af Linköping Bispestol, der var tildelt ham af Alexander VI.

Regi Dacie. Venit ad tuam serenitatem Johannes miles Jerosolimitanus pro negotiis Jacobi cardinalis Arborensis et presertim pro possessione Lincopensis ecclesie eidem cardinali de consilio cardinalium, de quorum numero tunc eramus, per Alexandrum papam VI commisse. Quocirca serenitatem tuam hortamur in domino et paterne requirimus, ut pro solita tua ad nos et sedem apostolicam devotione et observantia omni oportu[no] favore adesse velis Johanni antedicto in assecutione possessionis ecclesie antedicte et aliis [eiusdem] cardinalis, quem merito magnificamus, negotiis faciliter et ex sententia explica[ndis] atque conficiendis, in quo serenitas tua rem laude dignam et [nobis presertim gratam] . . . . faciet. Datum . . .

Arm. 39 vol. 29 fol. 122. Bindet er medtaget.

[1]) Før en Supplik af 17. April 1505 (Nr. 3979).

3934. **26. Nov. 1503—22. Juli 1504.**[1])

Eksekutorerne af Biskop Eggert Durkops Testamente faar det overdraget til den pavelige Auditør Biskop Petrus (Menzi de Vicentia) i Cesena at hjælpe dem mod Kong Hans, Hertug Frederik, Domkapitlet i Slesvig og nogle Kanniker i Hildesheim, som uretmæssig forholdt Boet, hvad der tilkom det.

Licet olim Innocentius papa VIII . . . . Egerdo episcopo Slesvicensi . . ., ut de bonis suis undecunque, non per ecclesiam seu ecclesias sibi commissas, alias tamen legitime, acquisitis, que ad eum pertinebant, libere testari valeret ac de bonis mobilibus ecclesiasticis sue dispositioni seu administrationi commissis disponere . . ac in pios et licitos usus convertere posset, concesserit, permiserit et indulserit, licetque de consuetudine ecclesie Hildesemensis prepositus sive alius prelatus eiusdem ecclesie post eius mortem seu verius sui testamentarii vel heredes habeant fructus unius anni dicte prepositure vel alterius prelature dicte ecclesie ad dispositionem dicti prelati defuncti, et prefatus Egardus episcopus habuerit ab eodem Innocentio indultum, quod post eius obitum sui testamentarii vel heredes possent percipere fructus suorum omnium . . . .[2]) beneficiorum, etiam episcopatus Slesvicensis, tamen rex Dacie necnon dux et episcopus ac canonici et capitulum Slesvicenses aut aliqui ex eis 400 fl. sive citra, alias apud quendam Henricum Smedeken civem Lubicensem depositos in civitate Lubicensi, et alias quamplures pecunias in civitate et diocesi Slesvicensi existentes ad ipsum Egardum episcopum, dum in humanis ageret, pertinentes, ut pretenditur, arrestarunt, ac officialibus olim prefati Egerdi episcopi, ne absque eorum consensu aliquas pecunias dicti episcopi suis testamentariis extra dictam diocesim et terras Slesvicenses darent vel transmitterent, sicut etiam pretenderunt, inhibuerunt, quidam vero Johannes Terlohim et Hinricus Bunow canonici eiusdem ecclesie Hildesemensis tamquam, ut pretenderunt, testamentarii quondam Henrici de Swarzeborch, olim in prepositura eiusdem ecclesie Hildesemensis intrusi, bona dicte prepositure, quam prefatus Egerdus episcopus litigando contra prefatum Henricum via juris evicerat, litteris executorialibus desuper decretis, et quam tempore sui obitus huiusmodi vigore litterarum executorialium predictarum possidebat, usurpare et occupare ac super illis prefatos testamen-

[1]) Brevet er udstedt, før Biskop Petrus i Cesena døde; hans Eftermand Antonius de Monte udnævntes 22. Juli 1504.

[2]) Ulæseligt.

tarios dicti Egardi episcopi impedire presumpserunt et presumunt, contra facultatem, consuetudinem et indultum huiusmodi. Cum autem pecunie, bona et fructus huiusmodi valorem 1000 fl. excedere dinoscantur, ac arresta et impedimenta huiusmodi minime patienda sint, recurrunt ad pedes s. v. dicti testamentarii prefati Egardi episcopi supplicando, quatenus dignetur auditori curie causarum, camere apostolice generali auditori vel alteri ex sacri palatii apostolici causarum auditoribus mandare, ut regi simpliciter ac dictis [duci,] episcopo, canonicis et capitulo ac Johanni et Henrico Smedeken civibus Lubicensibus prefatis omnibusque aliis contradicentibus, impedientibus ac rebellibus inhibeat et inhibere [ɔ: -ri] faciat atque mandet, etiam per edictum publicum, constito de non tuto ad eos accessu, in Romana curia [vel] extra eam, totiens, quotiens opus fuerit, etiam sub censuris ecclesiasticis ac pecuniariis per eundem auditorem adjiciendis penis, ne pretextu predictorum arrestorum vel alias prefatos testamentarios in executione dicti testamenti prefati Egerdi episcopi aut administratione pecuniarum, bonorum et fructuum, quorum vigore facultatis testandi ac consuetudinis et indulti predictorum administratio et dispositio [ad eos] pertinet, quoquomodo per se vel alium seu alios impediant vel molestent, directe vel indirecte, quovis quesito colore vel ingenio, cum potestate eos omnes, qui tali contravenerint inhibitioni, sententias, censuras et penas predictas incidisse declarandi eosque (!) et eas ac processus desuper habendos aggravandi, reaggravandi, interdictum ecclesiasticum ponendi et auxilium bracchii secularis invocandi necnon causam vel causas pecuniarum, bonorum et fructuum huiusmodi contra putantes interesse ac impedientes et molestatores, etiam in executione citationis vigore presentium decernende nominandos, summarie, simpliciter et de plano ac sine strepitu et figura judicii audiendi, cognoscendi, decidendi et fine debito terminandi cum omnibus suis incidentiis, dependentiis, emergentiis, annexis et connexis, et cum potestate prefatos impedientes et molestatores ac interesse putantes, etiam in executione citationis decernende, ut prefertur, nominandos, in dicta curia vel extra eam totiens, quotiens opus fuerit, etiam per publicum edictum, citandi ac sibi et aliis, quibus inhibendum fuerit, inhibendi ceteraque faciendi, que in premissis et circa illa fuerint quomodolibet oportuna, premissis . . ., quodque cause huiusmodi non sint forsan ad dictam curiam legitime devolute seu in ea de sui natura aut juris necessitate tractande et fini-

ende, . . . non obstantibus . . . . *Que quidem commissio in eius fine binas continebat signaturas, quarum prima talis est: De mandato pape audiat idem auditor camere et, constito summarie de non tuto accessu, citet, inhibeat, etiam sub censuris et aliis premissis penis, et per edictum procedat, etiam summarie, ut petitur, declaret, aggravet, et etiam cum invocatione, si et prout de jure, et justitiam faciat. Secunda vero signaturarum huiusmodi sic subsequebatur: Placet domino nostro pape. Jo. Tusculanus*[1]).

Indtaget i et Monitorium fra Auditøren Antonius de Monte, Biskop i Manfredonia, af 10. Juni 1506 (Slesvig Bispearkiv 79) (R. A.). Afskrift af Ulrik Petersen (smst.).

3935. 26. Nov. 1503.

Paven meddeler Dronning Christine sit Valg og beder om hendes Forbønner.

[Christine Dacie regine.] Salvator noster dominus Jesus Christus [etc.][2]). Sane cum [Pius [papa] III 15. kal.] nov. [ex hac mortali vita ad immortalita]tem migrasset, post funeris ipsius ac solemnium exequiarum, ut [moris est, celebrationem . . . s. Romane ecclesie cardinales, de quorum numero tunc eramus], Rome in palatio apostolico apud basilicam b. Petri apostolo[rum principis, in quo idem predecessor] habitabat [et cursum presentis vite finiret [ɔ: finierat], in conclavi pro] electione summi pontificis celebranda modo et tempore congruis in [virtute altissimi convenirent ɔ: convenerunt], ubi variis consiliis et maturis deliberationibus prehabitis, facta [celebratione misse in hono]rem Spiritus [sancti] post diligentem tractatum, prout tante rei, qua nulla maior in terris agitur, gravitas exigebat, tandem . . . eius, qui invocatus fuit, gratia [cordibus eorum] infusa, licet in alios maioribus meritis insignes convenire potuissent, certo tamen dei judicio, cuius consilia inscrutabilia sunt, nos, tunc episcopum Ostiensem, s. Romane ecclesie cardinalem, in sponsum

[1]) Monitoriet fortsætter derefter saaledes: Cuius quidem commissionis pretextu per prefatum quondam Petrum episcopum et auditorem citatione legitima unacum inhibitione inserta extra Romanam curiam et ad partes per edictum publicum decreta et concessa prefato quoque b. m. Petro episcopo et auditore, sicut domino placuit, vita functo nobisque in eius locum surrogato et deputato prelibatus dominus noster papa quandam commissionis sive supplicationis generalis cedulam nobis per certum ex suis cursoribus presentari fecit sub hac verborum serie [*Nr. 3959*].

[2]) Formlens Ord næsten helt ødelagte.

pastoremque ecclesie sue sancte kal. nov. unanimi voluntate et concordia elegerunt. Quoniam vero, sicut domino placuit, ita factum fuit, quamvis nos habere humeros imbecilles ad perferendum tantum onus, quantum est universalis ecclesie sarcina, sentiremus, tamen, ne reluctari videremur divine voluntati, colla subjecimus jugo apostolice servitutis, sperantes in eo, qui infirma eligit mundi, ut confundat fortia, cum Romanus pontifex, [licet] per ministerium hominum eligatur, ex celesti tamen inspiratione procedat, quod fragilitati nostre robur sue gratie inspirabit et vires contra hostes fidei suggeret, ut perfidi Thurci non solum a suis cursibus retrahantur, sed ope divini auxilii et presidio nostro ac catholicorum regum et principum penitus conculcentur. Hanc autem assumptionem nostram ad tuam consolationem significandam duximus tue serenitati, quam uti peculiarem nostram et ecclesie filiam singulari complectimur caritate, hortantes eandem in domino primum [ↄ: plurimum], ut porrigi faciat preces solemnes ad dominum deum nostrum, ut nobis sua gratia assistat et nostre humilitati gratiam tribuat, ut ecclesiam suam sanctam ad gloriam et honorem eius, exaltationem fidei, extirpationem heresum ac pacem et quietem populi christiani feliciter in domino gubernare valeamus. Tua igitur serenitas, quod maxime reginas decet, a quibus ceteri bene vivendi exempla debent assumere, fidem catholicam, nostram et apostolice sedis auctoritatem, honorem et libertatem ecclesiasticam protegere et defendere velit, ut ceteri fideles exemplo tui ad similia invitentur. Datum Rome 6. kal. dec. anno 1.

Meget medtaget Orig. uden Segl i Danske Kongers Hist. fasc. 2. L. Dipl. — Hullerne udfyldte efter Brev til Kong Alexander af Polen (Raynaldus, Ann. eccl. XI, 422 f.).

3936. **26. Nov. 1503.**

Paven bekræfter Klerken Godske Ahlefeld fra Slesvig Stift som Koadjutor for Provsten Enwald Søvenbroder, hvortil han allerede var udnævnt af Pave Alexander (Nr. 3921).

Gotschalco de Deuelde [ↄ: Aleuelde] clerico Slesvicensis diocesis, decretorum doctori. Rationi congruit [etc.]. Dudum siquidem Alexandro pape VI pro parte tua ac Enwaldi Souembroder prepositi ecclesie Slesvicensis exposito, quod ipse adeo senio confectus existebat, ut preposituram dicte ecclesie, que inibi dignitas maior post pontificalem ac de jure patronatus legis [ↄ: regis] Dacie ac Holtsatie et Slesvicensis ducis pro tempore

existentium ex privilegio apostolico, cui eatenus non erat derogatum, existebat, cuique cura etiam jurisdictionalis imminebat animarum, et quam obtinebat, in spiritualibus ac temporalibus, prout decebat, regere ac curam huiusmodi per se ipsum exercere commode non poterat (!), et propterea coadjutore idoneo indigere dignoscebatur, ipseque Enwaldus, de tua sufficientia et idoneitate plurimum confidens, cupiebat te sibi quoad regendum dictam preposituram in coadjutorem deputari, ac pro parte tua et eiusdem Enwaldi dicto predecessori supplicato, ut te eidem Enwaldo, quoad viveret, in coadjutorem perpetuum et irrevocabilem in regimine dicte prepositure in eisdem spiritualibus et temporalibus deputare dignaretur, dictus predecessor, qui dignitatum et officiorum quorumlibet indemnitati libenter consulebat, volens tibi, qui de nobili genere ex utroque parente procreatus ac nobilis viri Federici ducis Holtsatie et Slesvicensis cancellarius existebas, gratiam facere specialem, sub data videlicet 6. kal. junii anno 11, te prefato Enwaldo, quoad viveret seu quamdiu dictam preposituram obtineret, coadjutorem perpetuum et irrevocabilem in regimine predicto in eisdem spiritualibus et temporalibus, cum prefati Enwaldi ad hoc per magistrum Petrum Wolkow litterarum apostolicarum scriptorem et abbreviatorem procuratorem suum . . . . ac, prout per patentes litteras eorum desuper confectas eidem predecessori extitit facta fides, Johannis regis Dacie et prefati Frederici expressus accessisset assensus, deputavit, et nichilominus preposituram predictam [fructus 4 mr.], cum illam per cessum vel decessum seu quamvis aliam dimissionem dicti Enwaldi, etiam in Romana curia, vacare contingeret, etiam si actu premisso [modo] sive adhuc per obitum Hermanni Cock in eadem curia defuncti vacaret, extunc, prout ex ea die, cum vacaret, et e converso, etiam si officium coadjutorie huiusmodi tunc exercere non incepisses, tibi contulit et de illa etiam providit. Ne autem de deputatione, collatione [et] provisione predictis pro eo, quod super illis dicti Alexandri eius superveniente obitu littere confecte non fuerunt, valeat quomodolibet hesitari, tuque illarum frustreris effectu, volumus et decernimus, quod deputatio, collatio [et] provisio Alexandri predecessoris perinde a dicta die 6. kal. junii suum sortiantur effectum, ac si super illis ipsius Alexandri predecessoris sub huiusmodi diei data confecte fuissent . . . . Quocirca decano Lubicensis et cantori Redonensis ecclesiarum ac officiali Slesvicensi mandamus, quatenus, recepto prius a te de huiusmodi coadju-

torie officium exercendo fideliter ac nostro et Romane ecclesie nomine fidelitatis debite solito juramento juxta formam, quam sub bulla nostra mittimus introclusam, te in corporalem possessionem prepositure predicte inducant auctoritate nostra. Datum Rome 6. kal. dec. anno 1.

LXII.
Reg. Vat. 890 fol. 34.

3937. **26. Nov. 1503.**

Paven befaler Biskop Jeronimus (de Porcariis) i Andria at overdrage Provstiet i Ejdersted i Slesvig Stift til Ærkebiskop Johannes (de Sacchis) i Ragusa, som allerede havde faaet det af Pave Alexander (24. Juli 1503).

Jeronimo episcopo Andrensi, in Romana curia residenti. Rationi congruit etc. Acceperat siquidem Alexander papa VI, quod olim, prepositura in Eyderstede in ecclesia Slesvicensi tunc vacante, Cesarius de Henxtherch (!) clericus Coloniensis diocesis illam apostolica sibi auctoritate conferri et de illa provideri obtinuerat, ortaque postmodum inter dictum Cesarium et Henricum Boeden et Henricum de Minden, qui se gerebant pro clericis, super dicta prepositura, quam Cesarius sibi collatam et de illa sibi provisum fuisse dictosque Henricum Boeden et Henricum de Mayden [ɔ: Minden] collationi et provisioni huiusmodi contra justitiam se opponere et impedire, quo minus collatio et provisio predicte suum debitum consequerentur effectum, Henricus Boeden et Henricus de Mynden vero prefati preposituram predictam ad se de jure spectare asserebant, prout ipse Cesarius tunc asserebat, materia questionis, idem predecessor causam huiusmodi, non obstante, quod ad Romanam curiam legitime devoluta et apud eam de juris necessitate tractanda et finienda non esset, Matheo episcopo Nucerino, locum unius ex causarum palatii apostolici auditoribus de mandato ipsius predecessoris tenenti, in dicta curia residenti, ad ipsius instantiam audiendam commisserat et fine debito terminandam, ipseque Matheus episcopus in causa huiusmodi rite procedens definitivam pro dicto Cesario et contra prefato[s] Henricum Boeden et Henricum de Mynden sententiam promulgaverat; a qua pro parte Henrici Boeden et Henrici de Mynden predictorum ad sedem apostolicam appellato, idem predecessor causam appellationis huiusmodi tibi, locum unius ex dicti palatii apostolici causarum auditoribus de simili mandato tenenti, audiendam commissit et fine debito terminandam; et, postquam tu in causa ipsa ad non-

nullos actus, citra tamen conclusionem, proces[s]eras, cum idem Cesarius apud sedem predictam fuisset vita functus, idem predecessor, qui dudum inter alia voluerat, quod, quotienscunque extunc aliquem super quovis beneficio collitigantem in jure, quod forsan eius adversario in dicto beneficio tunc competeret, surrogari contigerat, dummodo prefatus collitigans in dicto beneficio intrusus non foret, nec super eo contra dictum adversarium, postquam illud per triennium pacifice possedisset, lis tunc mota foret aliorum quorumlibet de premisso jure, sive tunc vel cum vacaret, impetrationes seu concessiones etiam motu proprio infra mensem ante concessionem huiusmodi facte nullius essent roboris vel momenti, ne alicui ad dictam prepositurам vitiosus daretur ingressus, si lis huiusmodi legitimo careret defensore, qui tueretur eandem, ac Johanni archiepiscopo Ragusino, qui pro Ascanio, Marie s. Viti in Macello martiris diacono cardinali, cancellariam apostolicam regens existebat, providere volens, motu simili voluit, sub data videlicet 9. kal. aug. anno 11, tibi dari in mandatis, quatenus eundem Johannem archiepiscopum, dummodo in dicta prepositura intrusus non foret, in omni jure, quod dicto Cesareo tempore obitus in dicta prepositura quomodolibet competebat, surrogares necnon prefatum Johannem archiepiscopum ad huiusmodi jus illiusque ac litis et cause predictarum prosecutionem et defensionem in eo statu, in quo dictus Cesarius tempore obitus huiusmodi erat et, si viveret, potuisset admitti, admitteres, ut erat moris, et nichilominus prepositurам predictam, que inibi dignitas non tamen maior post pontificalem seu officium aut personatus existebat, et cui cura jurisdictionalis imminebat animarum [fructus 4 mr.], dummodo dicta die 9. kal. aug. vacabat, et tunc in ea non erat alicui specialiter jus quesitum, eidem Johanni archiepiscopo per eum, quoad viveret, et unacum Ragusina et Anconitana, quibus ex concessione et dispensatione apostolica preerat, et quibusvis aliis ecclesiis, monasteriis, prioratibus, prepositurís, canonicatibus et prebendis ceterisque beneficiis secularibus et quorumvis ordinum regularibus, que in titulum et commendam obtinebat et extunc obtineret, regendam ita, quod liceret sibi, debitis et consuetis ipsius preposituгe supportatis oneribus, de residuis illius fructibus [etc.] disponere, sicuti prepositurам ipsam in titulum obtinentes de illis disponere potuerunt, alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium et pretiosorum mobilium dicte prepositure sibi penitus interdicta, auctoritate apostolica commendare pro-

curares. Ne autem de concessione prefata hesitari possit, fraternitati tue etc. mandamus, quatenus eundem Johannem archiepiscopum, dummodo in dicta prepositura intrusus non fuerit, in omni jure, quod dicto Cesario tempore obitus huiusmodi in dicta prepositura quomodolibet competebat, surroges dictumque jus sibi concedas et preposituram predictam eidem Johanni archiepiscopo per eum, quoad vixerit, regendam auctoritate nostra commendes juxta voluntatem Alexandri huiusmodi. Datum Rome 6. kal. dec. anno 1.

B. gratis de mandato. Bolis.
Reg. Lat. 1131 fol. 170.

3938. **1. Dec. 1503.**

Provsten Erik Valkendorf i Lund, som har faaet Dispensation til ogsaa at have Sognekirken i Næsby i Roskilde Stift, faar Dispensation til tillige at faa Provstiet ved Vor Frue Kirke i Odense.

Supplicat Ericus Walkendorf prepositus ecclesie Lundensis, quatenus sibi, cum quo dudum, ut quecunque duo curata seu alias invicem incompatibilia beneficia, si sibi alias canonice conferrentur, recipere et retinere valeret, apostolica fuit auctoritate dispensatum, quique de nobili genere ex utroque parente procreatus existit ac preposituram dicte ecclesie necnon parrochialem ecclesiam Nesbij Roskildensis diocesis dicte dispensationis vigore obtinet, de prepositura seu perpetua vicaria parrochialis ecclesie b. Marie virginis Ottoniensis diocesis, per obitum Johannis Vrne vacante, specialem gratiam facientes preposituram ecclesie b. Marie predicte, que curata et jurisdictionalis ac de jure patronatus regis Dacie pro tempore existentis existit [fructus 6 mr.], de consensu prefati regis conferre et de illa etiam providere secumque, ut una cum prepositura ecclesie Lundensis et parrochiali ecclesia Nesby predictis aut cum quibusvis aliis duobus incompatibilibus beneficiis per eundem oratorem dicte dispensationis vigore obtentis quodcunque aliud tertium curatum seculare aut cuiusvis ordinis regulare beneficium, si sibi alias canonice conferatur, recipere et seculare in titulum, regulare vero beneficia huiusmodi in commendam, quoad vixerit, cum clausula permutandi et commende cedendi toties quoties retinere libere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome kal. dec. anno 1.

Suppl. 1167 fol. 230 (250).

3939. **13. Dec. 1503.**

Roskildekanniken Lage Urne, som ogsaa er Dr. juris og Subdiakon i Odense og tillige har Sognekirken i Herslev i Roskilde Stift, faar Tilladelse til at lade sig indvie til de andre hellige Grader.

Supplicat Hugo [ɔ: Lago] Vrne decretorum doctor, canonicus ecclesie Roskildensis, subdiaconus Ottoniensis diocesis, quatenus sibi, qui ratione parrochialis ecclesie in Hershoff diocesis Roskildensis, quam obtinet, ad alios sacros ordines arctatus existit, ut a quocunque maluerit catholico antistite in Romana curia residente aliquibus diebus dominicis aut festivis, etiam extra tempora a jure statuta, ad alios presbiteratus ordines se promoveri facere possit, ipsique antistiti ordines ipsos dicto oratori conferendi et ipsi Lagoni illos ab eodem antistite recipiendi licentiam concedere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Datum Rome id. dec. anno 1.

Suppl. 1168 fol. 24.

3940. **14. Dec. 1503.**

Paven befaler Biskoppen i Roskilde, Provsten i Güstrow og Kantoren i Roskilde at overdrage Roskildekanniken Lage Urne Ærkedegneembedet sammesteds.

Episcopo Roskildensi et preposito s. Cicilie Gustrowensis Caminensis diocesis ac cantori Roskildensis ecclesiarum. Nobilitas generis necnon litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque archidiaconatus ecclesie Roskildensis vacet ad presens et tanto tempore vacaverit, quod eius collatio juxta Lateranensis statuta concilii est ad sedem apostolicam legitime devoluta, licet Johannes Laurentii, qui se gerit pro presbitero[1]), archidiaconatum predictum absque aliquo titulo seu juris adminiculo sibi desuper suffragante, sed temeritate propria et de facto, per plures annos et ultra triennium detinuerit et adhuc detineat indebite occupatum[2]), nos, qui dudum inter alia voluimus, quod, quicunque beneficium per annum immediate precedentem pacifice possessum et quod vacare pretenderet extunc

---

[1]) II: presbiter Ottoniensis diocesis

[2]) II: ac ipsum et parrochialem ecclesiam in Steghe eiusdem Ottoniensis diocesis contra constitutionem *Execrabilis* ac capitulum de multa per multos annos, etiam ultra triennium, absque dispensatione sedis apostolice detinuit occupatos, prout intrusus est et occupat de presenti, fructus ab eisdem percipiendo et in damnabiles usus convertendo

deinceps impetraret, gradum et nobilitatem possessoris eiusdem, et quot annis ipse possessor illud possedisset, in petitione exprimere teneretur, alioquin impetratio predicta et quecunque inde secuta nullius existerent firmitatis, Lagoni de Urne canonico Roskildensi, decretorum doctori, qui de nobili genere ex utroque parente procreatus existit, ac cum quo, ut quecunque duo curata seu alias invicem incompatibilia beneficia, si sibi alias canonice conferrentur, recipere et, quoad viveret, retinere valeret, apostolica fuit auctoritate dispensatum, quique canonicatum et prebendam dicte ecclesie Roskildensis et parrochialem ecclesiam in Hersloff Roskildensis diocesis inter alia obtinet, specialem gratiam facere volentes, discretioni vestre mandamus, quatenus, si, vocatis dicto Johanne et aliis, qui fuerint evocandi, archidiaconatum predictum, qui inibi dignitas non tamen post pontificalem maior existit, cuique cura etiam jurisdictionalis imminet animarum [fructus 6 mr.], vacare repereritis, eidem Lagoni conferre curetis. Datum Rome 19. kal. jan. anno 1.

B. XXXV. 8. kal. febr. anno 1. Bolis.

Reg. Lat. 1134 fol. 199; ogsaa (II) Supplik (Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus) i Suppl. 1168 fol. 243.

3941. **15. Dec. 1503.**

Klerken Hermannus Trollebrat fra Münster Stift faar Kanonikat og Præbende i Slesvig.

Alias canonicatu et prebenda ecclesie Slesvicensis vacantibus, Cesar de Henxtberch clericus Coloniensis diocesis de illis sibi provideri obtinuit; et deinde, orta lis [ɔ: lite] in Romana curia super eisdem inter Cesarem et N. et N. successive adversarios, prefatus Cesar diem vite sue in Romana curia clausit extremum, et Johannes archiepiscopus Ragusinus sibi in jus dicti Cesaris surrogari seu eosdem canonicatum et prebendam [in] commendam obtinuit, possessione nondum subsequta. Cum autem eadem creatura in manibus s. v. vel alterius ad id potestatem habentis sponte resignare seu adhuc forsan litigioso omni juri sibi ad dictos canonicatum et prebendam competenti et commende cedere proponat, prout resignat de presenti, supplicat igitur Hermannus Trollebrat clericus Monasteriensis diocesis, in artibus magister, servitiis prefate creature insistendo familiaris continuus commensalis, quatenus resignationem huiusmodi admittentes sibi de eisdem canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.]

providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. cardinalis Alexandrinus. Datum Rome 18. kal. jan. anno 1.

Suppl. 1168 fol. 94 v.

3942. **9. Jan. 1504.**

Klerken Petrus Johannis de Castellis fra Reggio Stift, som er Kurial, faar motu proprio Kanonikat og Præbende i Camin, ledige ved Roskildeklerken Henrik Bechers Død.

Motu proprio etc. Petro Johanni de Castellis clerico Reginensi, familiari nostro continuo commensali, quandam perpetuam sine cura vicariam[1]) in collegiata ecclesia b. Marie virginis opidi Stettinensis Caminensis diocesis [fructus 2 mr.], per obitum Henrici Bechor (!) clerici Caminensis aut Roskildensis diocesis vacante, conferimus et de illa etiam providemus. Fiat. J. Datum Rome 5. id. jan. anno 1.

Suppl. 1169 fol. 58 v.

3943. **18. Jan. 1504.**

Klerken Knud Rud fra Roskilde Stift faar Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Supplicat Ranutus [ɔ: Kanutus] Rwel clericus Roskildensis diocesis, de nobili genere ex utroque parente procreatus, quatenus sibi canonicatum et prebendam ecclesie Roskildensis [fructus 4 mr.], per obitum Johannis Vrne vacante, conferre dignemini. Concessum in presentia pape. C. cardinalis Mimatensis. Datum Rome 15. kal. febr. anno 1.

Suppl. 1169 fol. 239.

3944. **23. Jan. 1504.**

Dronning Christine faar Tilladelse til at skaffe sig nogle Relikvier fra Klostret i Tre Fontane til St. Claræ Kloster i København, som hun selv havde grundet.

Cum Cristina Dacie Svecie Norvegie etc. regina cupiat ecclesiam monasterii monialium s. Clare Affenensis Roskildensis diocesis sua impensa noviter erecti aliquibus sanctorum reliquiis decorare pro sua et Christifidelium ad ecclesiam predictam accedentium devotione, supplicat igitur, quatenus Raphaeli episcopo Albanensi, s. Romane ecclesie cardinali, perpetuo commendatario monasterii s. Anastasii ad Tres Fontes extra muros Urbis, mandare, ut aliquam particulam reliquiarum sanctorum

[1]) Cod. de quadam perpetua . . vicaria

martirum capelle, scale Celli (!) nuncupate, apud monasterium predictum ad Tres Fontes existentis, nuntio prefate regine tradere, ac eidem nuntio, ut reliquias predictas ad monasterium predictum s. Clare cum debita devotione deferre libere possit, concedere dignemini. Concessum in presentia pape. C. cardinalis Mimatensis. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat, attento, quod super sola consignatione reliquiarum predictarum. Datum Rome 10. kal. febr. anno 1.

Suppl. 1170 fol. 170 v.

3945. 25. Febr. 1504.

Paven giver Biskop Ditlev (Pogwisch) i Slesvig Lov til at lade Kirker og Kirkegaarde i sit Stift indvie paa ny, naar det er nødvendigt.

Detleuo episcopo Slesvicensi. Tue devotionis precibus [etc.]. Cum itaque, sicut pro parte tua fuit nuper propositum coram nobis, sepe contingat ecclesias et cimiteria quarum [ɔ: tuarum] civitatis et diocesis per effusionem sanguinis vel seminis violari, que reconciliare per te ipsum commode non potes, quare nobis supplicasti, ut providere tibi super hoc dignaremur, nos igitur, quamdiu ecclesie Slesvicensi prefueris, quod ecclesias et cimiteria supradicta, quotiens oportunum fuerit, per aliquem sacerdotem in dignitate ecclesiastica constitutum reconciliari facere valeas, aqua tamen prius per te vel alium antistitem, ut moris est, benedicta, presentium tibi auctoritate concedimus facultatem. Per hoc autem constitutioni, que id precipit per episcopum tantum fieri, nullum alias volumus prejudicium generari. Datum Rome 6. kal. martii anno 1.

B. XXXX. Bolis.
Reg. Lat. 1138 fol. 299 v

3946. 9. Marts 1504.

Klerken Hermannus Rellin fra Schwerin Stift faar et evigt Vikariat i Bergen (paa Rügen).

Supplicat Hermannus Rellin clericus Zwerinensis diocesis, quatenus sibi de perpetua sine cura vicaria in capella Montis Corporis Christi sita Roskildensis diocesis, que de jure patronatus fraternitatis Corporis Christi in Jasnaende [ɔ: Jasmunde] eiusdem Roskildensis diocesis existit [fructus 3 mr.], vacante per obitum Johannis Mus (?), que tanto tempore vacavit, quod eius collatio est ad sedem apostolicam legitime devoluta, providere

dignemini. Concessum in presentia pape. C. cardinalis Mimatensis. Datum Rome 7. id. martii anno 1.

Suppl. 1174 fol. 53.

3947. **20. Marts 1504.**

Johannes Prutze faar et evigt Vikariat i Bergen paa Rügen.

Vacante perpetua sine cura vicaria sita in parrochiali ecclesia oppidi Vergis Roskildensis diocesis per obitum Georgii Kalch . . ., religiose, priorissa et conventus monasterii dicti Wergis ordinis Cisterciensis, ad quas jus patronatus ipsius vicarie pertinet, [Johannem Prutze] ad presentationem seu nominationem prepositi per terram Regie (!) ab episcopo Roskildensi deputati presentaverunt, ac in [ɔ: a] loci ordinario infra tempus debitum institutus existit, possessione forsan subsequta. Supplicat igitur Johannes Prutze, quatenus sibi [de] dicta vicaria [fructus 3 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. C. cardinalis Mimatensis. . . . Datum Rome 13. kal. aprilis anno 1.

Suppl. 1175 fol. 34.

3948. **12. April 1504.**

Kardinalpresbyteren Johannes de Castro faar motu proprio som Kommende Sognekirken i Bramstedt i Bremen Stift og andre Embeder, som er ledige ved Albert Asschens Død.

Motu proprio etc. Johanni tituli s. Prisce presbitero cardinali Argentinensi [ɔ: Agrigentino] parrochialem ecclesiam in Bramstede Bremensis diocesis ac omnia alia beneficia secularibus [ɔ: -ria] et ordinum quorumcunque regularibus [ɔ: -ria], que Albertus de Aschen in titulum et commendam obtinebat, per obitum dicti Alberti, qui illa obtinens prefati cardinalis familiaris continuus commensalis fuit, vacantia [fructus 60 duc. auri de camera], commendamus. Concessum motu proprio in presentia pape. C. cardinalis Mimatensis. Datum Rome pridie id. aprilis anno 1.

Suppl. 1176 fol. 248.

3949. **20. April 1504.**

Klerken Petrus Wolkow fra Camin Stift faar Kanonikater og Præbender i Lübeck og Middelburg i Utrecht Stift, Skatmesterembedet i Lübeck og evige Vikariater i Verden og Lübeck, St. Jørgens Kapel i Darsow i Ratzeburg Stift og Sognekirken i Bramstedt i Bremen Stift, delvis ledige ved Albert Asschens Død.

Supplicat Petrus Wolkow clericus Caminensis diocesis, litterarum apostolicarum scriptor et abbreviator ac s. v. familiaris

etc., quatenus sibi de canonicatibus et prebendis in Lubicensi et s. Petri Middelbergensi Trajectensis diocesis et thesauraria in eadem Lubicensi nec non perpetuis sine cura vicariis in Verdensi et s. Petri Lubicensi ecclesiis et capella s. Georgii prope oppidum Darsow Ratzeburgensis diocesis et parrochiali ecclesia in Bramstede Bremensis diocesis necnon perpetua sine cura vicaria in parrochiali b. Marie Lubicensi, per obitus Alberti de Aschen et Johannis Venger vacantibus [fructus insimul 20 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. C. cardinalis Mimatensis. Datum Rome 12. kal. maji anno 1.

Suppl. 1177 fol. 144 v.

3950. **20. April 1504.**

Paven befaler Biskopperne i Ceneda og Nocera og Officialen i Verden at overdrage Klerken Petrus Wolkow fra Camin Stift et evigt Vikariat i Verden, ledigt ved Albert Asschens Død.

Cenetensi et Nucerino episcopis ac officiali Verdensi. Grata devotionis et familiaritatis obsequia [etc.]. Cum itaque, sicut accepimus, quedam perpetua vicaria in ecclesia Verdensi, quam Albertus Aschen obtinebat, per obitum eiusdem Alberti vacet ad presens, nos, magistro Petro Wolkow clerico Caminensis diocesis, scriptori et familiari nostro, qui etiam apostolicarum litterarum abbreviator existit, specialem gratiam facere volentes, ... discretioni vestre mandamus, quatenus vicariam predictam, que sine cura est [fructus 4 mr.], [etiam si] ipsa vicaria dispositioni apostolice specialiter vel ex eo, quod dictus Albertus illam obtinens Alexandri pape VI obsequiis Johannis tituli s. Prisce presbiteri cardinalis insistendo familiaris continuus commensalis fuit, generaliter reservata existat . . . ., eidem Petro auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome 12. kal. maji anno 1.

Indtaget i et Notarialinstrument af Franciscus Brevius, Biskop og Greve af Ceneda, udstedt i Rom 16. Aug. 1504 (Danske Selskabs Membraner).

3951. **15. Maj 1504.**

Kardinalpresbyteren Petrus Ludovicus (Borgia) af S. Marcellus befaler Biskoppen i Viborg at give Tyge Krabbe og Anna Nielsdatter (Rosenkrantz) Dispensation til at indgaa Ægteskab, skønt de er beslægtede i 4. Grad.

Hæderlig Fader udi Christo af Guds Naade Biskop i Viborg eller hans Vicarius i geistlige Sager ynsker Ludouicus af Guds Barmhiertighed Sancti Marcelli Olde Cardinal Sallighed, Velferd och en retsindig Kierlighed i Herren. Efter den hellige aposto-

liske Sædes Providentz och Forsyn kand mand undertiden temperere och formilde Rettens Strenghed, och hvad den hellige Skrift, Institut och Lov paabyder, af Guds Naade indulgere och forlade, som mand kand kiende nyttig och lyksalig i Gud efter Tiden och Personens Qualitet och Vilkor. Sandelig saa er Thyge Krabbe, en Legmand af Viborg Stigt, och Anna Niels Erichsens Dotter, en Quinde af Riber Stigt, deris Bøn och Begiering os offererit och forekommen, hvilket der saa indeholder, at di af sand och skiellig Aarsag begierre at copuleris och til Hobe føies indbyrdis i det hellige Egteskab, mens for at di vaar hverandre indbyrdis udi fierde Graad paa Svogerskabs Vegne anrørendis, da kunde di icke deris Begiering i dene Part faae fuldkomet, dend apostoliske Autoritet herudinden beholden och uforkrenket, hvorfor di hafver ydmygeligen supplicerit, och vi denem herofver udlagde (!) och trøstede ved forskrefne Sæde om dend tilbørlige Meddellelsis Naade gunsteligen at forsiune och besørge. Vi derfor af vor Herre Pafves, for hvilken os bør først och besynderlige at hafve Omhue, och som i dene Part hafver veret deris Suplicatz tilbøieligen, af hans besynderlige Mandat herofver och mundelige Befaling til os befaller vi dette Eders Visdom och Forstand den fierde Grad, om det er saa med denem, som di for kiende [ɔ: forkynde], at saadan Svogerskab kunde icke vere denem til Forhindring, mens di maa frit komme til Haabe udi Egteskab och derudi tilbørligen och sømmeligen som Egtefolk lefve, med slig Skel at forskrefne Quinde icke herforinden blifver hanem af Nogen fratagen[1]), och det Barn, di afler, dømer vi lofligen och egte. Datum Roma hos S. Petrum under vort Officii Indsegel in idibus maji udi Her Pafve Julii den anden Pafvedombs første Aar.

Afskrift (af Th. Bircherod?) efter Dyrskjøt i L. Dipl. og i Ny kgl. Saml. Fol. 558. Dyrskjøt har atter afskrevet efter Anne Krabbe, der har oversat efter Originalen.

3952. **15. Maj 1504.**

Kardinalpresbyteren Petrus Ludovicus (Borgia) befaler Biskoppen i Viborg at give Tyge Krabbe og Anna Nielsdatter (Rosenkrantz) Dispensation til at indgaa Ægteskab, selv om de ikke var beslægtede i 4. Grad, men i 3. og 4. Grad.

Hæderlige Fader [*etc. som forrige Brev til* Herren]. Os er offereret och til Hende kommen Thyge Krabbe, en Legmand af

---

[1]) Tilføjelse: NB. in originali har staaet modo non rapta fuit.

Viborg Stigt, och Anne Niels Erichsens Dotter af Ribe Stigt en Quinde deris Suplication, at di for nogen Tid hafver forhverfvet Brefve fra den apostolliske Sæde paa Befaling til os, hvilke indholder, at det kand icke forhindre dem, at di er hinanden anrørendis udi Svogerskab i fierde Grad, men di frygter, at slig Brefve kunde vorde dem fravendt eller umyndig giort, i det den ene kunde vere i tredie, den anden i fierde Grad, om hvilket i første Bref intet omtalles; saa hafver di i dend Sag ydmygeligen suplicert och begiert, vi dem gunstigen ville forsiune. Vi derfore maa gifve Agt paa och betenke, at salig Ihukomelse Pafve Clemens 6 hans Befalings Brefve udi slig Cassa (!) och Hendelse icke dem at forhindre i tredie Grad, och hvor langt di er derfra, och det at hafve fuldkomen Styrke och Stadfesting af den apostoliske Autoritet och af vor Herris Paves Autoritet, hvis Omhue os bør besynderligen at hafve. Befaller vi Eders Visdom och Forstand [at see] efter, hvor meget efter saadan den apostoliske Forklaring forskrefne Befalings Brefve bør noksom myndig och megtig at vere, ligesom det vaar i dem omrørt, hvor langt di vaar hinanden fra udi tredie Grad. Datum [*som forrige Brev*]. Ludovicus. L. S.

Afskrift (som forrige Brev). — *Bemærkning til Brevet:* Det blef denem dog nogle Aar forhindret, saa skede det, dog hun vaar sal. Hr. Niels Erichsen Rosenkrandsis Dotter, men di her apostoliske Papister taller saa meget slet om megtige Folk fremfor di Geistlige i dene Tid, ti en Student gik och sad da ofven for gode gamle Adelsmænd, dog stod slig deris Ærgierrighed och Hoffart icke lenge, før Gud styrtet.

3953. **17. Maj 1504.**

Klerken Jens Sørensen fra Ribe Stift faar Kanonikat og Præbende i Viborg.

Supplicat Johannes Severini clericus Ripensis diocesis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Vibergensis [fructus 4 mr.], per obitum Petri Witon vacantibus, providere dignemini. Concessum in presentia pape. C. cardinalis Mimatensis. Datum Rome 16. kal. junii anno 1.

Suppl. 1178 fol. 236.

3954. **22. Maj 1504.**

Paven befaler Biskopperne i Lübeck og Slesvig, at de efter Ansøgning fra Biskop Johannes (Parkentin) i Ratzeburg samt Hertugerne Johann og Magnus af Sachsen-Lauenburg skal ophæve Præmonstratenserordenen i Domkapitlet i Ratzeburg og omdanne dette til et sekulært Kapitel.

Lubicensi et Slesvicensi episcopis. Ad exequendum pastoralis officii debitum *(Schrøder, Papistisches Mecklenburg II, 2726—34; Reg. 5283).* Datum Rome 11. kal. junii anno 1.

Indtaget i Eksekutionsbrev af 4. Okt. 1504 fra Biskop Theodoricus (Arndes) og Provsten Henricus Bockholt i Lübeck, der fungerer i Stedet for Biskop Ditlev Pogwisch i Slesvig.

3955. 25. Maj 1504.

Klerken Anders Frederiksen fra Slesvig Stift faar Kanonikat og Præbende i Slesvig, som Biskoppen dèr allerede havde overdraget ham.

Alias canonicatu et prebenda ecclesie Slesvicensis per liberam resignationem Enevaldi Souenbroder prepositi eiusdem ecclesie Slesvicensis de illis, quos tunc obtinebat, in manibus illorum ordinarii collatoris sponte factam et per eundem ordinarium admissam vacantibus, idem ordinarius canonicatum et prebendam predictos Andree Federici clerico dicte diocesis dicta auctoritate contulit et de illis etiam providit, possessione forsan subsequta. Cum autem dictus orator dubitet collationem et provisionem predictas viribus non subsistere . ., supplicat, quatenus sibi canonicatum et prebendam predictos [fructus 4 mr.] in forma nove aut simplicis provisionis si neutri [etc.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. C. cardinalis Mimatensis. Datum Rome 8. kal. junii anno 1.

Suppl. 1180 fol. 42.

3956. 26. Maj 1504.

Eksekutorerne i Biskop Eggert Durkops Testamente faar indsat Dommere »in partibus«, som skal tvinge den Afdødes Skyldnere til at betale deres Gæld.

Cum Eggerdus episcopus Slesvicensis, unius ex sacri palatii apostolici causarum auditoribus locum tenens, in vim indulti sibi per Innocentium papam VIII concessi quoddam condiderit testamentum, in quo inter cetera nonnullos sibi universales heredes instituit ac nonnullos executores ad exequendum dictum testamentum necnon credita quecunque a quibusvis suis debitoribus ex quacunque causa, etiam ratione fructuum suorum beneficiorum sibi debitorum, exigere debere [ɔ: -bentes] deputaverit, ac nonnulli ipsius Eggerdi in suis beneficiis ac possessionibus aliis, etiam episcopatus Slesvicensis, fructuum collectores, officiales, procuratores ac negotiorum suorum gestores diversi debita a suis debitoribus exegerint, de quibus eidem Eggerdo rationem et calculum minime reddiderant, necnon non-

nulli alii eius debitores sibi in diversis pecuniarum summis obligati remanserint, ac deceat ultimas voluntates defuncti executioni demandare, supplicant executores testamenti prefati Eggerdi episcopi, quatenus aliquibus prelatis seu probis viris in civitate vel diocesi Slesvicensi commorantibus, et [ɔ: ut] omnes fructuum collectores, officiales, procuratores et negotiorum suorum gestores, quotquot numero sint, [qui] in executione monitorii presentium vigore decernendi nominari possint †, quatenus infra certum peremptorium terminum suo arbitrio moderandum prefatis executoribus de omnibus pecuniarum summis, etiam ad quamcunque summam ascendentibus et in monitorio desuper decernendo specificandis, et rebus aliis, in quibus prefato Eggerdo debitores remanserant, sub suspensionis a divinis, excommunicationis maioris ac aliis ecclesiasticis sententiis, censuris et penis, ipso facto, si contrafecerint, incurrendis, respective satisfecisse ac computum et calculum red[d]idisse debeant, tam conjunctim quam divisim moneant et requirant et in eventum non paritionis eos, qui non paruerint, sententias, censuras et penas predictas damnabiliter incurrisse declarent, aggravent, reaggravent, interdictum ecclesiasticum ponant ac auxilium brachii secularis invocent, cum potestate causas, quas prefati executores habent habereque intendunt contra prefatos fructuum collectores, officiales, procuratores et negotiorum gestores necnon debitores, quotquot nummero (!) sint, in executione citationis vigore presentium decernende nominandos, super omnibus premissis rebusque aliis in actibus latius exprimendis, omnia summarie, simpliciter et de plano ac sine strepitu et figura judicii audiendi, cognoscendi et fine debito terminandi . ., cum potestate etiam similibus edictis citandi et inhibendi ceteraque faciendi, que in premissis fuerint quomodolibet oportuna, mandare dignemini, Bonifacii pape VIII de una et in concilio generali de duabus dietis editis constitutionibus non obstantibus . . . Concessum de commissione cause in presentia pape. Jo. Tusculanus. . . . . Et committatur tribus aut quattuor judicibus in partibus cum clausula, ut ipsi tres, duo vel unus eorum ubi predicti debitores resident, aliquibus probis viris seu prelatis cum clausula, et [ɔ: ut] ipsi vel eorum aliqui etc. Et cum derogatione constitutionis de una et duabus dietis, dummodo non ultra tres. Datum Rome 7. kal. junii anno 1.

Suppl. 1180 fol. 273.

Slesvicensis. Executores ultime voluntatis bone memorie Egerdi episcopi Slesvicensis. Commissio vigore appellationis [super executione testamenti dicti episcopi].

Uddrag i Indice 346 og (lignende) i Indice 344 samt hos Garampi efter Reg. Lat. Julii II anno 2 lib. 3 (tabt) fol. 298.

3957. **5. Juni 1504.**

Klerken Spollinus Stewert (?) fra Camin Stift, Sognepræst i Scughede [ɔ: Sagarde paa Rügen?], faar Dispensation til i 2 Aar ikke at lade sig indvie til de højere Grader.

Supplicat Spollinus Stewert clericus Caminensis diocesis, rector parrochialis ecclesie in villa Scughede (!) Roskildensis diocesis, Busglavi Stettinensis Pomeranie etc. ducis secretarius, quatenus secum, ut ratione dicte parrochialis ecclesie aut quorumcunque aliorum beneficiorum curatorum per eum obtentorum et in posterum obtinendorum hinc ad biennium a fine primi anni, in quo adhuc existit, computandum ad aliquem ex sacris ordinibus promoveri se facere minime teneatur, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. C. cardinalis Mimatensis. Datum Rome non. junii anno 1.

Suppl. 1181 fol. 108.

3958. **8. Juli 1504.**

Klerken Jens Sørensen fra Ribe Stift faar Kanonikat og Præbende i Aarhus.

Supplicat Johannes Severini clericus Ripensis diocesis, in artibus magister, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Arusiensis [fructus 4 mr.], per obitum Martini Olavi vacantibus, providere dignemini. Concessum in presentia pape. C. cardinalis Mimatensis. Et cum derogatione juris patronatus laicorum, etiam nobilium, si ex fundatione vel dotatione, pro medietate, alioquin in totum pro hac vice, si quod sit, attento quod ipse Martinus defunctus est in ascensu ad curiam. Datum Rome 8. id. julii anno 1.

Suppl. 1183 fol. 26.

3959. **22. Juli 1504—6. Febr. 1506.**

Paven bestemmer, at Auditøren Antonius de Monte skal paadømme de Sager, som havde været henviste til Afgørelse af den nu afdøde Biskop Petrus (Menzi) i Cesena.

Cum plures et diverse tam civiles quam sententiales, criminales et mixte cause tam per nos quam nostros predecessores

bone memorie Petro, episcopo Cesenatensi curieque causarum camere apostolice generali auditori, tam ut auditori quam ut episcopo Cesenatensi et contra diversas personas tam clericos quam laicos, etiam abbatiali vel episcopali dignitate preditos, audiende et referende ac terminande commisse fuerint et manserint indecise, idcirco motu proprio et ex certa nostra scientia tenore presentium Antonio de Monte, ...[1]) camerario seu . . . . .[1]) curie causarum camere apostolice generali auditori, eidem quondam Petro in officio huiusmodi auditoriatus successori, omnes causas huiusmodi, in quocunque statu, quem pro expresso haberi volumus, pendeant, committimus resumendas ulteriusque audiendas, referendas vel terminandas juxta formam et tenorem commissionum prefato Petro auditori . . factarum . . . . *Huiusmodi siquidem commissio in suo fine binas continebat signaturas, quarum prima sic se habet: »De mandato d. n. pape audiat idem auditor, resumat, ut petitur, et justitiam faciat«. Secunda vero sic sequebatur: »Placet et ita motu proprio mandamus J.«* [2])

Optaget i Monitorium af 10. Juni 1506, Slesvig Bispearkiv 79 (R. A.).

3960. **11. Okt. 1504.**

Præsten Niels Antonsen fra Roskilde Stift faar Dispensation til at residere, hvor han vil, og bruge Romerkirkens Ritus.

Supplicat Nicolaus Antonii presbiter Roskildensis, quatenus secum, ut, quoad vixerit, in Romana curia vel altero beneficiorum suorum residendo sive litterarum studio loco, ubi illud vigeat generale, insistendo fructus etc. quorumcunque beneficiorum suorum, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, libere percipere valeat et ad residendum interim in eisdem minime teneatur, et nichilominus in quocunque generali studio predicto et aliis locis, ubi publica jurium professio fieri solet, existendo jus sive leges † adire [ɔ: audire] necnon, quoad vixerit, horas suas canonicas diurnas pariter et nocturnas juxta ritum Romane ecclesie, ad quam singularem devotionem gerit, etiam cum uno vel duobus sociis per eum pro tempore eligendis dicere et recitare libere valeat et ad horas huiusmodi aliter dicendum, si noluerit, a quoquam invitus compelli non possit, dispensare

---

[1]) Orig. her ødelagt.

[2]) Datoen mangler; det maa være efter Petrus's Død og før Antonius's Udnævnelse til Ærkebiskop i Manfredonia.

dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Et per breve s. v. Datum Rome 5. id. oct. anno 1.

Suppl. 1185 fol. 4 v.

3961. **13. Okt. 1504.**

Godske Alefeld, som havde været Envald Sovenbroders Koadjutor som Provst i Slesvig, faar Provstiet efter Envalds Død.

Alias Alexander papa VI ex certis causis tunc expressis Godscalscum de Alevelde clericum Slesvicensis diocesis, de nobili genere procreatum ex utroque parente, decretorum doctorem, ducis Holsastie cancellarium, Envaldo preposito Slesvicensi in prepositura eiusdem ecclesie, que de jure patronatus Johannis Dacie etc. regis ac Holsatie ducis [existit], de eorundem regis et ducis consensu coadjutorem deputavit eidemque de prepositura predicta extunc, cedente vel decedente eodem Envaldo, providit, prout in litteris apostolicis eiusdem predecessoris plenius continetur, quarum vigore orator prefatus eiusdem coadjutorie et, cum nuper idem Evaldus vita functus esset, prepositure predicte possessionem assecutus est. Cum autem dubitet coadjutoriam ac provisionem et inde secuta viribus non subsistere sed illam adhuc vacare, supplicat, quatenus sibi de prepositura predicta, que in dicta ecclesia dignitas maior post pontificalem existit, cuique cura animarum etiam jurisdictionalis imminet [fructus 4 mr.], per viam nove provisionis [etc.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome 3. id. oct. anno 1.

Suppl. 1185 fol. 82.

3962. **4. Jan. 1505.**

Klerken Jens Sørensen fra Ribe Stift faar Kanonikat og Præbende i Aarhus.

Supplicat Johannes Severini clericus Ripensis diocesis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Arusiensis [fructus 4 mr.], per obitum Laurentii Petri vacantibus, providere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome pridie non. jan. anno 2.

Suppl. 1188 fol. 178 v.

3963. **4. Jan. 1505.**

Klerken Jens Sørensen fra Ribe Stift faar Kanonikat og Præbende i Viborg.

Supplicat Johannes Severini clericus Ripensis diocesis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Vibergensis [fructus

4 mr.], per obitum Petri Juconis (!) [ɔ: Tuconis?] vacantibus, providere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome pridie non. jan. anno 2.

Suppl. 1188 fol. 179.

3964. **4. Jan. 1505.**

Klerken Kjeld Digsmit fra Viborg Stift faar Kanonikat og Præbende i Viborg.

Supplicat Setillus [ɔ: Ketillus] Digszmit clericus Vibergensis diocesis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Vibergensis [fructus 4 mr.], per obitum Benedicti Comiori (!) vacantibus, providere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome pridie non. jan. anno 2.

Suppl. 1188 fol. 132.

3965. **10. Jan. 1505.**

Klerken Raynaldus Honet fra Lübeck faar Kanonikat og Præbende i Slesvig og Haderslev og Sognekirkerne i Uge og Tinglev (?) i Slesvig Stift.

Supplicat Reynaldus Honet (?) clericus Lubicensis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda cathedralis Slesvicensis ac collegiate Hardesleve ecclesiarum necnon de parrochiali ecclesia ville Vke ac eius filiali sibi unita in Implar Slesvicensis diocesis, per obitum Pauli Rantzow vacantibus [fructus 6 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome 4. id. jan. anno 2.

Suppl. 1191 fol. 115 v.

3966. **10. Jan. 1505.**

Paven udnævner Niels Stigsen (Thott) til Provst i Lund.

Lundensis. Nicolaus Stigoti. Prepositura per resignationem.

Uddrag efter Reg. Lat. anno 2 vol. 28 fol. 257 (tabt).

3967. **6. Febr. 1505.**

Paven befaler Dekanen Hermannus Westfal i Lübeck at sørge for, at nogle Penge, som Kardinal Raimundus (Peraudi) har deponeret hos Lübeckerborgeren Joachim Bilzing, der siden er død, maa blive udbetalt af dennes Bo og oversendt til Pavestolens Bankier, Firmaet de Falaris[1]).

Hermanno Westfal decano Lubicensi. Cum Raymundus *(Dipl. Norv. VIII, 470—71).* Datum Rome 6. febr. 1505.

Brevia Jul. II 1505 Tom. II, 70.

---

[1]) Cod. »de futuris«.

3968. **6. Febr. 1505.**

Paven befaler Biskop Theodoricus (Arndes) i Lübeck at hjælpe Dekanen Hermannus Westfal, der efter Legaten, Kardinal Raimundus's Paalæg har deponeret 2000 Gylden af de i Danmark, Mecklenburg, Pommern og Holsten samlede Penge hos den nu afdøde Købmand Joachim Bilzing i Lübeck, til at faa disse udbetalte og sendte til Handelshuset de Falaris i Rom og bemyndiger ham til i fornødent Fald at anvende kirkelig Straf.

Theodorico episcopo Lubicensi. Raymundus *(Dipl. Norv. VIII, 471—72; Reg. *9019)*. Datum Rome [6. febr. 1505].

Brevia Jul. II 1505 Tom. II fol. 70 v.

3969. **21. Febr. 1505.**

Klerken Kjeld Digsmit fra Viborg Stift faar Ærkedegneembedet i Aarhus.

Cum archidiaconatus ecclesie Arusiensis vacet ad presens et tanto tempore vacaverit, quod eius collatio juxta Lateranensis statuta concilii est ad sedem apostolicam legitime devoluta, supplicat Ketillus Dichszmith clericus Vibergensis diocesis, quatenus sibi dictum archidiaconatum, qui inibi dignitas maior post pontificalem existit ac de jure patronatus regis Dacie pro tempore existentis ex privilegio apostolico esse dinoscitur [fructus 5 mr.], conferre et de illo etiam providere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome 9. kal. martii anno 2.

Suppl. 1190 fol. 149 v.

3970. **21. Febr. 1505.**

Klerken Morten Krabbe fra Viborg Stift faar Aasted og Selde Kirker i Viborg Stift.

Cum de Ocstede (!) et de Sceldcie (!) invicem unite ecclesie Vibergensis diocesis vacent ad presens et tanto tempore vacaverint, quod earum collatio juxta Lateranensis statuta concilii sit ad sedem apostolicam legitime devoluta, supplicat igitur Martinus Krabbe clericus Vibergensis diocesis, quatenus sibi ecclesias predictas [fructus 4 mr.], quovismodo seu ex eo, quod quidam Nicolaus Fres clericus Ripensis diocesis illas per annum et ultra pacifice possidens se non fecit impedimento cessante legitimo nullaque desuper dispensatione obtenta ad sacerdotium promoveri, aut ex eo, quod dictus Nicolaus Fras (!) illas cum alio curato seu incompatibili, quod tunc obtinebat, per mensem et amplius post et contra constitutionem *Execrabilis* detinuit, vacent, conferre et de illis providere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome 9. kal. martii anno 2.

Suppl. 1191 fol. 149.

3971. **6. Marts 1505.**

Klerken Johan Wulf fra Slesvig Stift faar et evigt Vikariat i Aarhus og Dispensation til ikke at residere ved Embedet.

Vacante alias perpetua vicaria ad altare b. Marie virginis, in Jerusalem nuncupatum, in ecclesia Arusiensi per liberam resignationem cuiusdam Bernardi Nigenborch, de illa fuit Joanni Vulffi clerico Slesvicensis diocesis per legatum apostolicum in illis partibus deputatum provisum, possessione sequta. Cum autem ab aliquibus dubitetur collationem et provisonem ac possessionem assequtas predictas viribus non subsistere dictamque vicariam adhuc vacare, supplicat orator prefatus, quatenus sibi de dicta vicaria [fructus 4 mr.], que de jure patronatus capituli dicte ecclesie fore asseritur, providere secumque, ut dictam vicariam, in cuius fundatione caveri dicitur, ut illam pro tempore obtinens ad continuam et personalem residentiam in ea faciendum teneatur, in Romana curia vel studio, ubi illud vigeat generale, insistendo vel altero suorum beneficiorum residendo, quoad vixerit, retinere possit, libere dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Et cum derogatione dicti juris patronatus pro hac vice dumtaxat. Datum Rome pridie non. martii anno 2.

Suppl. 1191 fol. 236.

3972. **7. Marts 1505.**

Paven udnævner Provsten Henricus Bockholt i Lübeck til Notar.

Henrico Bockholt legum doctori, preposito et canonico ecclesie Lubicensis, notario, familiari nostro. Pii patris [etc.]. Cum itaque, sicut accepimus, tu in nostris et Romane ecclesie obsequiis disponas insistere nosque gratum sentiamus tue fame bone et probitatis odorem, personam tuam grato prosequentes affectu et intendentes eam pro meritis dignioris nominis titulo decorare, motu proprio . . te in nostrum et apostolice sedis notarium tenore presentium recipimus et aliorum nostrorum et dicte sedis notariorum numero aggregamus, concedentes tibi, quod deinceps omnibus privilegiis . . . et indultis gaudeas, quibus alii nostre [ɔ: -stri] et dicte sedis notarii gaudent seu gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non obstantibus de certo eorundem notariorum numero, etiam si ad illum adhuc deventum non sit, cui per hoc alias non intendimus derogare, ceterisque [constitutionibus][1]) contrariis quibuscunque. Sic igitur de bono

[1]) add. Gz.

in melius studiis virtutum intendas, ut te in nostro et dicte sedis conspectu multiplicatis earundem virtutum meritis in dies constituas digniorem, nosque proinde ad faciendum tibi honores et gratias ampliores merito invitemur . . . . Datum Rome non. martii anno 3.

Gratis de mandato pape.
Reg. Vat. 989 fol. 134.

3973. **8. Marts 1505.**

Sognepræsten Johan Wulf i Halk faar Dispensation til at forene to ellers uforenelige Embeder.

Supplicat Joannes Wlff rector parrochialis ecclesie de Halleo † [ɔ: Slesvicensis] diocesis, quatenus secum, ut cum dicta parrochiali ecclesia quodcunque aliud beneficium curatum et incompatibile seu illa dimissa quecunque duo beneficia curata et sese invicem incompatibilia, si sibi alias canonice conferantur, quoad vixerit, retinere illaque dimittere ac alia recipere et, quoad vixerit, retinere libere possit, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome 8. id. martii anno 2.

Suppl. 1191 fol. 293.

3974. **1. April 1505.**

Abbedissen, Generalkonfessoren, Brødrene og Søstrene i Vadstena faar pavelig Bekræftelse paa en Bulle af Sixtus IV (16. Aug. 1482) om, at Katarina, den hellige Birgittas Datter, maa æres som Helgen i de nordiske Riger, skønt hun endnu ikke er erklæret for Helgen, og paa en mundtlig Tilladelse af Innocens VIII til, at dette maa udstrækkes til alle Birgittinerklostre.

Dudum Sixtus papa IV *(Dipl. Norv. XVII, 679—80).* Fiat. J. Datum Rome kal. aprilis anno 2.

Suppl. 1194 fol. 13.

3975. **4. April 1505.**

Paven udnævner Magister Hans Skovgaard til Provst i Harsyssel i Ribe Stift.

Johanni Schowgardt[1]) preposito prepositure ruralis Hardsyssel Ripensis diocesis, magistro in artibus. Nobilitas generis, litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Dudum siquidem omnes preposituras ceteraque beneficia apud sedem apostolicam vacantia dispositioni nostre reservavimus. Cum itaque postmodum prepositura ruralis Hardsyssell Ripensis diocesis per

---

[1]) II: Schenogard

liberam resignationem Nicolai[1]) Johannis de illa, quam tunc obtinebat, per Martinum Krabbe archidiaconum ecclesie Arusiensis procuratorem suum in manibus nostris sponte factam et per nos admissam apud sedem eandem vacet, nos tibi, qui de nobili genere procreatus existis, preposituram predictam, cui cura etiam jurisdictionalis[2]) imminet animarum [cuius ac duarum in Holm antique et nove ecclesiarum eidem prepositure annexarum etiam insimul fructus 6[3]) mr.] tibi conferimus et de illa etiam providemus[4]). Datum Rome pridie non. aprilis anno 2.

Terracinensi et Ottoniensi episcopis ac archidiacono ecclesie Vibergensis. Hodie Johanni Schougard etc.

B. XX. X. 3. non. maji anno 2. Bolis.

Reg. Lat. 1157 fol. 280; ogsaa (II) Supplik (Concessum in presentia pape) i Suppl. 1194 fol. 43.

3976. **5. April 1505.**

Klerken Palle Thomsen fra Viborg Stift faar Kanonikat og Præbende i Viborg.

Alias certis canonicatu et prebenda ecclesie Vibergensis per obitum Johannis Eskemi vacantibus, Palno Thome clericus Vibergensis diocesis de dictis canonicatu et prebenda auctoritate ordinaria sibi provideri obtinuit, possessione subsecuta. Cum autem dubitet premissa [viribus non subsistere], supplicat, quatenus sibi canonicatum et prebendam predictos [fructus 2 mr.] in forma simplicis aut nove provisionis conferre et etiam de illis providere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome non. aprilis anno 2.

Suppl. 1194 fol. 274 v.

3977. **5. April 1505.**

Klerken Christoffer Jensen (Present) fra Roskilde Stift faar, skønt kun 12 Aar gammel, Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Vacantibus alias canonicatu et prebenda in ecclesia Roskildensi per obitum . . Andree sacristani, Christophorus Johacim (!) clericus Roskildensis diocesis, de nobili genere ex utroque parente procreatus, in decimo secundo sue etatis anno vel circa constitutus, illos ordinaria auctoritate exstitit assequtus, posses-

---

[1]) II: Cum Vitus Johannis clericus Ripensis diocesis preposituram . . . resignare proponat [2]) II: oneris diaconatus (!) [3]) II: 5 mr.

[4]) II: Et cum derogatione statutorum ecclesie Ripensis, si que habeantur, quod nullus nisi canonicus predicte ecclesie predictam preposituram obtinere poterit.

sione subsequta. Cum autem dubitet premissa viribus non subsistere, supplicat igitur, quatenus sibi de eisdem canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] per modum nove provisionis providere secumque, ut, non obstante defectu etatis predicto, eosdem canonicatum et prebendam, quoad vixerit, retinere ac, quoties sibi placuerit, dimittere et loco dimissi aliud beneficium recipere, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome non. aprilis anno 2.

Suppl. 1193 fol. 234 v.

3978. **16. April 1505.**

Paven befaler Abbeden i Vitskøl Kloster at overdrage Præsten Jens Jensen fra Viborg Stift Kanonikat og Præbende i Viborg.

Abbati monasterii Virescole (!) Vibergensis diocesis. Dignum etc. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Johannis Johannis presbiteri Vibergensis diocesis petitio continebat, quod alias, canonicatu et prebenda ecclesie Vibergensis ex eo, quod tunc episcopus Vibergensis seu eius in spiritualibus vicarius generalis, habens ad hoc ab eodem episcopo specialem per eius litteras potestatem, illius vigore Johannem Sparkeer[1]) canonicatum et prebendam predictos tunc obtinentem ad sui presentiam legitime evocatum suis culpis et demeritis exigentibus eisdem canonicatu et prebenda per suam diffinitivam sententiam ordinaria auctoritate privavit, que nulla provocatione suspensa in rem transivit judicatam, vacantibus, prefatus episcopus seu vicarius canonicatum et prebendam predictos eidem Johanni Johannis dicta auctoritate contulit et providit etiam de eisdem, ipseque Johannes Johannis eorundem canonicatus et prebende possessionem collationis et provisionis predictarum vigore assecutus fuit. Cum autem dubitet collationem et provisionem predictas viribus non subsistere, et dicti canonicatus et prebenda adhuc vacare noscantur, nos discretioni tue mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem eundem Johannem Johannis ad hoc idoneum esse reppereris, canonicatum et prebendam predictos [fructus 4 mr.] eidem Johanni Johannis auctoritate nostra conferas. Datum Rome 16. kal. maji anno 2.

B. XX. 16. kal. junii anno 2. Bolis.

Reg. Lat. 1165 fol. 148; ogsaa Supplik (Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula) i Suppl. 1195 fol. 71 v.

---

[1]) II: Sparker

3979. **17. April 1505.**

Paven befaler Ærkebispen i Bremen, Provsten i Lüneburg og Dekanen i Bardewich at ophæve den Bandlysning, Biskop Ditlev Pogwisch i Slesvig havde udtalt over Præsten Bo Jensen Dumerid i Kongsbøl.

Archiepiscopo Bremensi et preposito s. Johannis Luneburgensis et decano ss. Petri et Pauli Bordevoicensis Verdensis diocesis ecclesiarum. Humilibus etc. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Boetii Johannis Dumerid rectoris parrochialis ecclesie in Komgelbeil Slesvicensis diocesis petitio continebat, quod olim, postquam Detleuus episcopus Slesvicensis eundem Boetium, ut ad nonnullas ecclesias dicte diocesis tunc expressas se conferret et omnes illarum rectores seu magistros fabrice requireret, quatenus dicto episcopo medietatem seu aliam partem tunc expressam fructuum suarum ecclesiarum in[1]) subsidium contribuerent, sub excommunicationis et certis aliis sententiis, censuris et penis ecclesiasticis, etiam pecuniariis, per certum eius notarium moneri et mandari fecerat, licet idem Boetius se senio confectum esse, prout erat, et premissa absque vite sue periculo facere non posse coram eodem notario allegasset, tamen idem episcopus eundem Boetium excommunicationis et alias sententias, censuras et penas, etiam pecuniarias, huiusmodi incurrisse declaravit. Unde pro parte eiusdem Boetii, sentientis [se] exinde indebite degravari, fuit ad sedem apostolicam appellatum et deinde nobis supplicatum, ut eum a predictis et quibusvis aliis ecclesiasticis sententiis, censuris et penis in eum per ipsum episcopum et quoscunque alios judices et personas premissorum occasione forsan promulgatis ad cautellam absolvi mandare necnon appellationis predicte ac post et contra illam forsan attemp[ta]torum[2]) et innovatorum quorumcunque nullitatisque monitionis, mandati ac declarationis ac sententiarum, censurarum et penarum huiusmodi necnon omnium aliorum per ipsum episcopum et quoscunque alios judices et personas in ipsius Boetii prejudicium circa premissa quomodolibet gestorum ac totius negotii principalis causas aliquibus probis viris in partibus illis committere dignaremur. Nos igitur discretioni vestre etc. mandamus, quatenus, vocatis dicto episcopo et aliis, qui fuerint evocandi, eidem Boetio, si super hoc petierit, recepta tamen prius ab eo cautione idonea super eo, quo[d] excommunicationis [ɔ: -ne] et censuris huiusmodi irretitus forsan habetur, quod, si excom-

[1]) Cod. ecclesiarum dicto episcopo in [2]) corr. Gz.

municationis et alias sententias et penas huiusmodi vobis constiterit in eum fore juste latas, nostris et ecclesie mandatis parebit, ab excommunicationis et aliis sententiis, censuris et penis huiusmodi absolutionis beneficium ad cautellam, si et prout justum fuerit, auctoritate nostra hac vice dumtaxat impendatis, super aliis vero, auditis hincinde propositis, etiam de negotio principali huiusmodi, cognoscentes legitime, quod justum fuerit etc. observari. Testes etc. Ceterum si per summariam informationem super hiis per vos recipiendam vobis constiterit, quod ipsius episcopi et aliorum citandorum presentia pro citationibus de ipsis faciendis secure haberi nequeat, nos vobis citationes quaslibet per edictum publicum locis affigenda [ɔ: -um] publicis et partibus illis vicinis, de quibus sit verisimilis conjectura, quod ad notitiam episcopi et aliorum citandorum predictorum pervenire valeant, [promulgandi][1]) plenam et liberam tenore presentium concedimus facultatem, ac volumus, quod citationes ipse taliter facte perinde arctent ipsos citatos, ac si eis personaliter et presentialiter intimate et insinuate ac eis facte legitime extitissent, non obstantibus Bonifacii pape VIII, qua inter alia cavetur, ne quis extra suam civitatem et diocesim nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a fine sue diocesis ad judicium evocetur, seu ne judices ab eadem sede deputati extra civitatem et diocesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere aut alii vel aliis vices suas committere presumant, dummodo ultra duas dietas aliquis auctoritate presentium non trahatur, et aliis apostolicis constitutionibus contrariis quibuscunque. Datum Rome 15. kal. maji anno 2.

B. XIIII. Bolis.
Reg. Lat. 1160 fol. 86.

3980. **21. April 1505.**

Optegnelse om, at en Sag vedrørende nogle Afgifter til Kurien fra Provstiet i Dalby skal paadømmes ved Rotaen.

Romæ in die lunæ 21. aprilis 1505 fuit consistorium publicum pro obedientia.

Franciscus Gerona advocatus consistorialis proposuit quandam causam Lundensem super spolio prepositure ac regiminis monialium Dalbi et commissa fuit in Rota per *Placet.*

Bibl. Barberini XXXVII. 1. (Acta consistorialia 1492—1579. Afskrift fra c. 1600) fol. 29.

---

[1]) add. Gz.

3981. **14. Maj 1505.**

Optegnelse om, at Hans Skovgaard betaler Annater af Provstiet i Harsyssel.

[1505] Dicta die [14. maji] habuit similiter fl. 17 et sol. 2 a Johanne Schovogerd pro annata prepositure ruralis, Herdisisel nuncupate, Ripensis diocesis per manus proprias.

Introitus et Exitus 537 fol. 46. f. XXVIII. 3.

3982. **16. Maj 1505.**

Provsten Hans Skovgaard i Harsyssel lover at betale Annater til det pavelige Kammer.

[1505] Die 16. dicti [ɔ: maji] Johannes Schonugardt prepositus prepositure ruralis Hartsysell Ripensis diocesis obligavit se camere apostolice pro annata dicte prepositure vacantis per resignationem Johannis apud sedem [cuius et illi annexorum fructus 6 mr.]. Et mandatur provideri eidem Johanni sub data Rome pridie non. aprilis anno 2.

I Margen: Die 14. dicti solvit fl. 17 sol. 2.

Annate 1504—05 fol. 154 v (Archivio di Stato).

3983. **17. Maj 1505.**

Klerken Erik Valkendorf fra Roskilde Stift faar ny Provision paa Provstiet i Roskilde.

Vacante alias prepositura ecclesie Roskildensis, que dignitas non tamen maior post pontificalem curata [cum] cura jurisdictionali et de jure patronatus Dacie Svecie et Norvegie etc. regis existit, quam olim Nicolaus Singroti (!) obtinebat, Ericus Walckendorff clericus Roskildensis diocesis illam auctoritate ordinaria ad presentationem et consensum dicti regis extitit assequtus, possessione subsequta. Cum autem dubitet premissa viribus subsistere, supplicat, quatenus sibi de dicta prepositura [fructus 4 mr.] per modum nove provisionis aut gratie [etc.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome 16. kal. junii anno 2.

Suppl. 1197 fol. 104.

3984. **18. Maj 1505.**

Paven giver Kong Hans, Dronning Christine og Biskop Jens Andersen (Beldenak) i Odense Tilladelse til at vælge en Skriftefader, der Livet igennem een Gang om Aaret foruden i Dødsøjeblikket kan give dem Plenaraflad i de Tilfælde, der ellers er forbeholdte Pavestolen, samt tillade dem at ombytte fromme Løfter med andre. Desuden giver han dem Lov til at have Rejsealter, hvor de selv under Interdikt kan lade holde Messe før Daggry, til under Interdikt

at modtage Sakramenterne og lade sig kirkelig begrave, til at spise Æg, Kød og Mælkemad i Fastetiden og til med seks Ledsagere ved Besøg i hjemlige Kirker at opnaa den samme Aflad, som de vilde faa ved Besøg i Rom. Endelig giver han Dronning Christine Tilladelse til med 6—8 Hoffrøkener at besøge Nonneklostre ogsaa af St. Claras Orden fire Gange om Aaret.

Joanni Dacie, Svecie, Norvegie et Gotorum regi ac Cristine regine et consorti regis conthorali necnon Joanni Andree episcopo Ottoniensi. Eximie devotionis sinceritas *(Dipl. Norv. VI, 666—67; Reg. 5296*)*. Datum Rome die 18. maji anno 1505 pontificatus anno 2.

Brevia Julii II 1504 Tom. I, 313—15.

3985. **20. Maj 1505.**

Paven anmoder Kong Hans's Sendebud om at hjælpe Ridderen Jacobus de Clipelle, der kommer som Udsending for Kardinal Jacobus (Serra) for at tage Linköping Bispestol, der var overdraget Kardinalen paa Alexander VI's Tid, i Besiddelse.

Johanni Dacie regi. Venit ad tuam serenitatem *(Dipl. Norv. VI, 668; Reg. *9039)*. Datum Rome die 20. maji anno 1505 pontificatus anno 2.

Brevia Julii II 1505 Tom. II fol. 333 v.

3986. **22. Maj 1505.**

Præsten Niels Antonsen fra Roskilde Stift, som havde ført Proces om et Beneficium i Bergen paa Rügen, faar nu efter Modstanderens Død ogsaa dennes Ret til Embedet.

Lite et causa in Romana curia coram uno ex vestri sacri palatii causarum auditoribus seu locumtenentibus eorundem inter Nicolaum Antonii presbiterum Roskildensis diocesis actorem et possessorem beneficii, de quo agitur, et quendam Johannem Prutzen molestatorem ac super huiusmodi molestatione reum et conventum de simplici beneficio in parrochiali ecclesia prope monasterium monialium in oppido Bargis Roskildensis diocesis ibidem in capella b. Marie prope chorum ad partem meridionalem situata, alias per liberam resignationem vel per obitum N. Haleken vacante, in prima indecisa pendente instantia, prefatus Johannes Prutze molestator, sicut altissimo placuit, diem vite sue clausit extremum. Unde ne eidem Nicolao oratori novus in dicta lite surrogetur adversarius, recurrit igitur Nicolaus orator ad pedes s. v. supplicando, quatenus dicto auditori vel illius forsan surrogato vel surrogando auditori sive judici mandare dignemini, quatenus eundem Nicolaum in omni jure,

si quod prefato Johanni Prutzen competebat in beneficio huiusmodi, surroget dictumque jus sibi conferat et provideat etiam sibi de eodem, ac ipsum Nicolaum ad huiusmodi juris, litis et cause predictarum prosecutionem et defensionem in eo statu, in quo dictus Johannes tempore obitus sui huiusmodi erat et, si vixisset, debuit admitti, † ut prefertur, admittat, et nichilominus dictum beneficium [fructus 2 mr.] eidem Nicolao conferat et provideat etiam de eodem. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Et cum expressione juris patronatus eiusdem beneficii, an spectet videlicet ad moniales et prepositum terre Rugie dicte diocesis. Datum Rome 11. kal. junii anno 2.

Suppl. 1207 fol. 54 v.

3987. **22. Maj 1505.**

Klerken Jens Mikkelsen fra Viborg Stift faar Selde og Aasted Kirker i Viborg Stift.

Supplicat Johannes Michaelis clericus Vibergensis diocesis, quatenus sibi specialem gratiam facientes de Sebde et Osted parrochialibus ecclesiis ad invicem perpetuo unitis dicte diocesis, que tanto tempore vacarunt, quod earum collatio est ad sedem apostolicam legitime devoluta, ecclesias predictas [fructus 6 mr.] conferre et de illis etiam providere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Et quatenus aliquis annalis detentor existat, tunc cum oportuna regule de annali possessore derogatione. Datum Rome 11. kal. junii anno 2.

Suppl. 1198 fol. 84.

3988. **26. Maj 1505.**

Johannitermunken Anders Loch i Antvorskov faar bevilget, at Johanniterklostrene i de 3 nordiske Riger maa nyde alle Moderklostrets Privilegier.

Supplicat Andreas Loch presbiter frater ordinis s. Johannis Hierosolomitani prioratus sive domus Antwidskon (!) dicti ordinis Roskildensis diocesis, [quatenus] fratres dicti prioratus apostolicis favoribus prosequentes, quod de cetero perpetuis futuris temporibus duraturis tam dicti prioratus quam quorumcunque aliorum prioratuum, domorum, membrorum et locorum eiusdem ordinis in regnis Dacie Svecie et Norvegie consistentium et [e]idem prioratui Antwordskow subjectorum et ab eodem dependentium priores et fratres presentes et futuri omnibus privi-

legiis hospitali[1]) s. Johannis Hierosolomitani, a quo prioratus ipse dependet, et quibuslibet aliis prioratibus, preceptoriis, domibus et locis divinis et locis dicti ordinis ubilibet constitutis et eidem ordini quomodolibet in genere concessis, et quibus priores, preceptores et fratres prioratuum, preceptoriarum, domorum et locorum ordinis predicti ubilibet constituti gaudent ac gaudere poterunt quomodolibet in futurum, gaudere possint, perpetuo concedere ac decernere dignemini. Concessum in presentia pape. Johannes Tusculanus. Datum Rome 7. kal. junii anno 2.

Suppl. 1197 fol. 216 v.

3989. **27. Maj 1505.**

Biskop Ditlev (Pogwisch) i Slesvig faar Tilladelsen til kun at besøge Rom hvert femte (i Stedet for hvert andet) Aar fornyet trods en urigtig Opgivelse i den tidligere Supplik.

Alias s. v. devote creature vestre Detleuo episcopo Slesvicensi, quod vinculo juramenti per eum ratione dicte sue ecclesie auctoritate apostolica prestiti non teneretur singulis bienniis, sed dumtaxat de quinquennio in quinquennium limina ss. Petri et Pauli apostolorum seu Romanam curiam visitare, indulsit et alia fecit, prout in litteris s. v. in forma brevis expeditis plenius continetur. Verum ex errore expeditoris [per] litteras huiusmodi fuit expositum s. v., quod ecclesia predicta duo milia miliaria et ultra a Romana curia distaret, cum tamen in veritate a dicta curia non duorum milium et ultra, sed dumtaxat mille milliaribus et ultra distet. Dubitat propterea eadem creatura litteras huiusmodi subreptionis et obreptionis vitio subjacere et ei ipsas ad nichilum prodesse ac procedente tempore desuper molestari posse; supplicat igitur, quatenus sibi specialem gratiam facientes dictas litteras brevis et omnia in eis contenta ad effectum premissum perinde valere decernere, ac si in eisdem, quod dicta ecclesia mille et ultra et non duorum milium et ultra [a Romana curia distaret], expressum fuisset, dignemini. Fiat. J. . . . Et per breve . . . Datum Rome 6. kal. junii anno 2.

Suppl. 1198 fol. 163 v (183 v).

3990. **28. Maj 1505.**

Dronning Christines Raad, Markvard Rønnov til Hvidkilde faar det overdraget til Ærkebiskoppen i Lund at afgøre en Sag mellem ham og Biskop Jens Andersen (Beldenak) i Odense, som egenmægtig havde banlyst ham, og give ham Absolution, hvis det var nødvendigt.

---

[1]) Gz. — Cod. hospitalis

Exponitur s. v. pro parte devoti illius oratoris Marquardi Reynowegin (!) domine Cristine regine Dacie consiliarii, quod Johannes Andreas [ɔ: -e] episcopus Ottoniensis, pretendens, licet minus juste, 200 fl. auri ab eodem oratore sibi deberi necnon ex eo, quod quidam familiaris ipsius oratoris in quendam clericum non tamen oratoris consilio, opere vel favore manus violentas injecisset, inique, perperam et sine causa satis legitima excommunicationis sententiam nulliter promulgavit in eundem oratorem et per affixionem in valvis ecclesiarum regni Dacie declaravit; orator vero ad archiepiscopum Lundensem loci metropolitanum appellavit et beneficium absolutionis, quatenus opus esset, obtinuit sibi impertiri; episcopus vero predictus nichilominus iniquitatem iniquitati accumulans in vilipendium spretumque justitie et metropolitani contentum [ɔ: -temptum], anime sue grave dispendium et injuriam, nominis quoque et fame bone sue denigrationem continue denuntiavit et adhuc denuntiat et per affixionem, ut premittitur, oratorem predictum excommunicavit absolutione huiusmodi et inhibitionibus ceterisque litis remediis nullatenus consideratis. Cum autem orator predictus de militari genere curam nominis boni sui maximam gerat et se excommunicatum vulgo dici injustum, presertim a bono christiano alienum, indecorum et indignum [putet], recurrit ad pedes s. v. supplicando, quatenus causas nullitatis, iniquitatis et injustitie pretense excommunicationis huiusmodi . . ., quas orator prefatus movet movereque intendit contra episcopum supradictum, alicui prelato in partibus illis et, si placet, archiepiscopo Lundensi mandare dignemini summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura judicii, audiendas, cognoscendas fineque debito terminandas cum potestate ipsum episcopum citandi et oratorem simpliciter vel ad cautelam, quatenus opus fuerit, absolvendi ceteraque faciendi, que in huiusmodi negotio necessaria fuerint aut alias quomodolibet oportuna . . . Concessum, prout de jure, in presentia pape. Jo. Tusculanus. Et per breve s. v. Datum Rome 5. kal. junii anno 2.

Suppl. 1197 fol. 235.

3991. **1. Juni 1505.**

Paven tillader Dronning Christine at modtage Relikvier af Christi Tornekrone og Kors, af Helgenerne Jørgen, Frants og Catherina samt af de 10,000 Martyrer og de 11,000 Jomfruer, naar hun kan faa dem med vedkommende Autoriteters Samtykke og lader dem opbevare paa sømmelig Maade.

Cristine Dacie et Norvegie etc. regine. Cum tua serenitas *(Dipl. Norv. VI, 668—69; Reg. *9044)*. Datum Rome die 1. junii anno 1505 pontificatus anno 2.

Brevia Julii II, 1504—06 tom. 2 fol. 325.

3992. **14. Juni 1505.**

Klerken Raynaldus Korner fra Lübeck faar Kanonikat og Præbende i Slesvig, hvorom han tidligere har ført Proces i Rom med Klerken Manseranus Gaualda fra Barcelona Stift, som samtidig faar en Pension af et Vikariat i Lübeck.

Cum Monferanus (!) Gaualda clericus Barchinonensis diocesis Johannis tituli s. Prisce s. Romane ecclesie presbiteri cardinalis, Agrigentini vulgariter nuncupati, familiaris continuus commensalis, inter quem ut actorem et Reynaldum Korner clericum Lubicensem ac quendam Henningum Kispenbruggar assertum clericum intrusum ut reos et conventos ac inter ipsos Reynoldum et Henningum lis et causa super quibusdam canonicatu et prebenda ecclesie Slesvicensis, quos quondam Andreas Junghe obtinebat, coram certo palatii apostolici causarum auditore pendent indecise, et ad nonnullos actus judiciales, citra tamen conclusionem, forsan processum extitit, † canonicatui et prebende huiusmodi seu omni juri sibi ad eosdem competenti ac liti et cause huiusmodi in manibus s. v. aut alterius ad id potestatem habentis sponte cedat, supplicat igitur dictus Reynoldus, quatenus resignationem huiusmodi admittentes sibi de eisdem canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.], etiam si specialiter vel generaliter etiam ex eo, quod dictus Monferatus dudum ad eosdem canonicatum et prebendam insobrinus Alexandri pape VI obsequiis dicti cardinalis insistendo etiam familiaris continuus commensalis extitit, reservati . . . existant, in forma simplicis aut nove provisionis, surrogationis, si neutri [etc.] cum oportuna narratione litis et cause, quatenus opus sit, ac advocatione cause et litis extinctione quoad cedentem dumtaxat providere et, ne Monferatus ex dicta sua resignatione nimium dispendium patiatur, eidem pensionem annuam 3 duc. auri in auro de camera super fructibus perpetue sine cura vicarie in ecclesia Lubicensi, quam Henricus de Minda obtinet, cuius ad id expressus accedit assensus, eidem Monferato, quoad vixerit, vel procuratori suo legitimo per eundem Henricum et successores suos in annis singulis in locis et terminis statuendis ac sub censuris etc. integre persolvendam, reservare dignemini.

Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome 18. kal. julii anno 2.

Suppl. 1202 fol. 52.

3993. **15. Juni 1505.**

Paven takker og velsigner Kong Hans, fordi han efter Anmodning af Kardinal Raymundus (Peraudi) har sluttet Fred med Lübeckerne, skønt han var dem overlegen i Krigen, og beder ham omhyggelig sørge for Opbevaringen af de til Korstoget mod Tyrkerne af Legaten indsamlede Penge.

Regi Dacie. Retulit nobis Raymundus *(Dipl. Norv. VI, 669—70; Reg. 5297*)*. Datum Rome [die] 15. junii anno 1505 pontificatus anno 2.

Brevia Julii II 1505 tom. II fol. 603.

3994. **[15. Juni 1505.]**

Paven takker Hertug Frederik, fordi han har bidraget til Fredslutningen mellem Kong Hans og Lübeck ved at optræde som Forlover for Kongen, samt beder ham paasé Fredens Overholdelse, især af Hensyn til det paatænkte Tog mod Tyrkerne.

Duci Holsatie. Ex Raymundo . . . . accepimus *(Dipl. Norv. VI, 670—71; Reg. 5315* = *9046)*. Datum etc. [ɔ: Rome die 15. junii] anno 1505 pontificatus anno 2.

Brevia Julii II 1505 tom. II fol. 602.

3995. **23. Juni 1505.**

Klerken Jacob Schröder fra Slesvig Stift faar Kanonikat og Præbende i Slesvig.

Supplicat Jacobus Schroder clericus Slesvicensis diocesis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Slesvicensis, per obitum Lubberti Heyessen [fructus 4 mr.] vacantibus, quovis modo seu etiam per obitum Mathie de Cruralis, Johannis tituli s. Prisce s. Romane ecclesie cardinalis familiaris, qui ad dictos canonicatum et prebendam jus habere pretendens causam super eisdem canonicatu et prebenda contra quondam Wennemarium Krawinkel intrusum [in dictis canonicatu et prebenda certo auditori] committi et citationem executioni demandatam decerni fecerat, in dicta curia ante annum defuncti, vacent, providere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Et per modum simplicis vel nove provisionis vel surrogationis, gratie [etc.]. Datum Rome 9. kal. julii anno 2.

Suppl. 1202 fol. 304.

3996. **23. Juni 1505.**

Klerken Raynaldus Korner fra Lübeck Stift faar Kanonikat og Præbende i Slesvig, hvorom han havde ført Proces med Klerken Johannes Rocher fra Trier Stift, som nu faar en Pension af et evigt Vikariat i Flensborg.

Cum Joannes Rocher clericus Treverensis diocesis, Raphaellis s. Romane ecclesie cardinalis, s. Georgii vulgariter nuncupati, familiaris continuus commensalis, postquam causas, quas contra quendam Theodericum vem Rioche intrusum de certis canonicatu et prebenda ecclesie Slesvicensis, quos quondam Jacobus Semelbeker obtinebat, movere intendebat, Johanni Vanulio palatii apostolici causarum auditori committi et forsan citationem ad partes nondum executioni demandatam decerni obtinuit, canonicatum et prebendam huiusmodi resignet ac omni juri sibi ad illos quomodolibet competenti necnon liti et cause, si que quoad eum pendere reperiatur, in manibus s. v. cedat, supplicat Reynaldus Korner clericus Lubicensis, quatenus resignationem huiusmodi admittentes ac pretensam litem huiusmodi, quatenus opus sit, ad se advocantes et penitus extinguentes sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] per viam nove vel simplicis provisionis, surrogationis, si neutri [etc.] providere, et, ne ipse Johannes ex resignatione huiusmodi detrimentum nimium patiatur, pensionem annuam 6 fl. Renensium super fructibus etc. vicarie ad altare s. Judoci situm in ecclesia s. Nicolai oppidi Flensborgensis Slesvicensis diocesis, quam Henricus Mynden ibidem obtinet, cuius ad [id] expressus accedit assensus, 18 fl. Renenses vel circa constituentibus annuatim, sub singulis etc. locis et terminis etc. eidem Johanni per dictum Henricum suosque successores annis singulis solvendos, quoad vixerit, reservare dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Et cum debita et oportuna s. v. gratificatione. Cum derogatione regule de annali possessore. Datum Rome 9. kal. julii anno 2.

Suppl. 1201 fol. 187.

3997. **9. Juli 1505.**

Biskop Ditlev (Pogwisch) i Slesvig faar Tilladelse til at skaffe sig nogle Relikvier fra Klostret i Tre Fontane.

Cum Detleuus modernus episcopus Slesvicensis in sacrificandis altaribus necessariis caret reliquiis et ad nonnulla loca et ecclesias sue diocesis singularem gerit devotionis affectum, supplicat, quatenus aliquas reliquias monasterii s. Anastasii in

Tribus Fontanis [prope] Urbem existentis per certum suum procuratorem et nuntium specialem transportare [ac] Raphaeli s. Georgii ad Velum aureum diacono cardinali eiusdem monasterii commendatario seu ipsius monasterii priori, [ut] ipsas reliquias nuntio speciali tradat, licentiam concedere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Datum Rome 7. id. julii anno 2.

Suppl. 1203 fol. 21 v.

3998. **28. Juli 1505.**

Klerken Joachim Clitzing fra Havelberg Stift faar Provstiet i Hamburg, hvortil han er præsenteret af Kong Hans, mod at betale en Pension til den tidligere Indehaver af Embedet Albertus Clitzing.

Cum Albertus Cluzingh prepositus ecclesie b. Marie Hamburgensis Bremensis diocesis preposituram dicte ecclesie, que inibi dignitas principalis existit et de jure patronatus laicorum, videlicet Johannis Dacie regis ratione ducatus Holsatie et Stormarie, ex privilegio apostolico, cui hactenus non est in aliquo derogatum, existit, resignet, supplicat tam dictus Albertus quam Joachim Clitzungh clericus Havelbergensis, quatenus resignationem huiusmodi admittentes sibi preposituram predictam [fructus 35 mr.] conferre et de illa etiam providere secumque, ut unacum dicta prepositura unum curatum seu alias incompatibile beneficium retinere valeat, dispensare necnon prefato Alberto pensionem annuam 100 fl. Renensium super fructibus dicte preposituге assignare dignemini, [non obstantibus] quibusdam litteris alicui forsan concessis, per quas eidem de dicta prepositura, cum vacaret, de consensu prefati regis ac ducis provideri mandatum fuit, quodque [ɔ: attento quod] dictus Johannes rex et dux prefatum oratorem per suas patentes litteras e. s. v. in prepositum dicte ecclesie in huiusmodi vacatione presentat seu procuratorem ad consentiendum cuicunque collationi per e. s. v. de dicta prepositura eidem oratori faciende constituit. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome 5. kal. aug. anno 2.

Suppl. 1204 fol. 36.

3999. **6. Aug. 1505.**

Paven befaler Biskoppen i Viborg at undersøge Klagerne fra Konventualerne i Provinsen Dacia over, at Observanterne har berøvet dem nogle Klostre

med al disses rørlige Ejendom og dræbt eller mishandlet nogle af Konventualerne, indsende Beretning til Paven og det Generalkapitel, der næste Aar skal holdes i Rom, og iøvrigt standse Stridighederne.

Episcopo Vibergensi. Ex querela ministri generalis *(Ny kirk. Saml. VI, 568—60; Reg. *9053).* Datum Rome 6. aug. 1505 [pontificatus] anno 2.

Brevia Julii II 1505 fol. 458.

4000. **13. Aug. 1505.**

Kanniken Mikkel Mogensen i Aarhus (eller Vesterås?) faar Kantoriet sammesteds.

Supplicat Michael Magni canonicus ecclesie Arosiensis (!), quatenus sibi de cantoria ecclesie Arosiensis (!), que inibi dignitas non tamen principalis existit [fructus 4 mr.], per obitum Petri Wal vacante, providere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome id. aug. anno 2.

Suppl. 1205 fol. 191 v.

4001. **13. Aug. 1505.**

Klerken Jens Mikkel[sen] fra Viborg Stift faar Kanonikat og Præbende i Viborg.

Supplicat Johannes Michael[is] clericus Vibergensis diocesis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Vibergensis [fructus 4 mr.], per obitum Petri Boetii vacantibus, providere dignemini. Concessum in presentia pape. L. Agennensis. Et cum derogatione regule de verisimili notitia obitus. Datum Rome id. aug. anno 2.

Suppl. 1205 fol. 191.

4002. **27. Aug. 1505.**

Klerken Detlevus Langebek fra Bremen Stift faar Sognekirken i Tønningen i Slesvig Stift.

Supplicat Detleuus Langenbeche clericus Bremensis diocesis, quatenus sibi de parrochiali ecclesia Tonnynghen in prepositura Eyerstedensi Slesvicensis diocesis, que de jure patronatus clericorum seu civitatis Slesvicensis existit [fructus 4 mr.], per obitum Nicolai Lunstade vacante, providere dignemini. Concessum in presentia pape. L. Agennensis. Datum Rome 6. kal. sept. anno 2.

Suppl. 1212 fol. 71.

4003. **30. Aug. 1505.**

Paven tilstaar efter Ansøgning af Udsendinge fra Kong Alexander af Polen og i Anledning af Tyrkernes, Tatarernes og Skythernes Anfald paa Polen og Lithauen fuld Syndsforladelse med Ret til at vælge Skriftefader til alle de Personer i Danmark, Sverige, Norge, Polen, Lithauen og Lifland, som i Løbet af to Aar erlægger paa de bestemte Steder en Fjerdepart af, hvad en Rejse til Rom for at faa Jubelaarsaflad vilde koste, for at dette kan anvendes af Kong Alexander til en Krig mod disse Kristendommens Fjender. Al anden Aflad undtagen den, der er tilstaaet den tyske Orden, suspenderes i disse to Aar.

Ad perpetuam rei memoriam. Pastoris eterni *(Dipl. Norv. VI, 671—75; Reg. *9055).* Datum Rome 3. kal. sept. anno 2.

Arm. 32 vol. 21 fol. 164 v.

4004. **8. Sept. 1505.**

Paven befaler Biskoppen i Zamora, Dekanen i Lübeck og Ærkedegnen i Warnow i Schwerin Stift at overdrage Klerken Sebastianus Platen fra Brandenburg Stift, som er Kurial, Provstiet i Ejderstedt i Slesvig Stift og et evigt Vikariat i Lübeck.

Episcopo Zamorensi et decano Lubicensis ac archidiacono Warnensis Zwerinensis [diocesis][1]) ecclesiarum. Grata familiaritatis obsequia [etc.]. Cum itaque prepositura in Eyerstede, personatus in ecclesia Slesvicensi, necnon quoddam perpetuum simplex beneficium, vicaria nuncupatum, in ecclesia Lubicensi, que Henricus de Minda obtinebat, per obitum eiusdem Henrici vacent, nos, volentes Sebastiano Plate clerico Brandeburgensis diocesis familiari nostro, qui etiam continuus commensalis noster et de nobili, etiam militari, genere ex utroque parente procreatus existit, gratiam facere specialem, discretioni vestre commendamus, quatenus preposituram huiusmodi, que in dicta ecclesia Slesvicensi dignitas non tamen maior [post] pontificalem existit, ac beneficium predictum [fructus insimul 4 mr.] eidem Sebastiano auctoritate nostra conferre curetis. Datum Civitatis Castellane 6. id. sept. anno 2.

B. gratis de mandato. 15. kal. aug. anno 3. Bolis.
Reg. Lat. 1164 fol. 306 v; jfr. den følg. Supplik.

4005. **8. Sept. 1505.**

Paven befaler Biskoppen i Zamora, Dekanen i Lübeck og Ærkedegnen i Warnow i Schwerin Stift at overdrage Klerken Sebastianus Platen fra Brandenburg Stift Kanonikat og Præbende i Slesvig og et Beneficium i Lübeck.

Episcopo Zamorensi et decano Lubicensis ac archidiacono Warnensis Zwerinensis [diocesis][1]) ecclesiarum. Grata familiari-

[1]) add. Gz.

tatis obsequia [etc.]. Cum itaque canonicatus et prebenda ecclesie Slesvicensis ac quoddam perpetuum simplex beneficium in parrochiali ecclesia b. Marie Lubicensi, que Henricus de Minda obtinebat, per obitum eiusdem Henrici vacent, nos, volentes Sebastiano Plathe [*som foregaaende Brev*] gratiam facere specialem, discretioni vestre commendamus, quatenus . . . per vos vel alios canonicatum et prebendam ac beneficium huiusmodi [fructus insimul 4 mr.], dummodo tempore date presentium non sit in eis alicui specialiter jus quesitum, . . . eidem Sebastiano auctoritate nostra conferre curetis . . . . Datum Civitatis Castellane 6. id. sept. anno 2.

A. gratis de mandato. pridie kal. maji anno 3. Collotius.
Reg. Lat. 1164 fol. 314.

4006. 8. Sept. 1505.

Klerken Sebastianus de Platen fra Brandenburg Stift faar motu proprio Kanonikat og Præbende i Slesvig, Provstiet (Ærkedegneembedet) i Ejderstedt, Kanonikat og Præbende i Haderslev og et Vikariat i Lübeck.

Motu proprio etc. Sebastiano de Plathe clerico Brandeburgensis diocesis, de militari genere ex utroque parente procreato ac familiari nostro continuo commensali, canonicatum et prebendam ecclesie Slesvicensis ac archidiaconatum, alias preposituram nuncupatum, loci Eyerstede, que dignitas in eadem ecclesia non tamen maior post pontificalem existit, nec non canonicatum et prebendam eiusdem ecclesie oppidi Hadersleue dicte Slesvicensis diocesis ac vicariam in ecclesia Lubicensi, quos Henricus de Minden obtinebat, per obitum eiusdem Henrici vacantes [fructus insimul 10 mr.], conferimus . . . Concessum in presentia pape. L. Agennensis. Datum Civitatis Castellane 6. id. sept. anno 2.

Suppl. 1213 fol. 77 v.

4007. 21. Sept. 1505.

Klerken Zutpheld Wardenberg fra Schwerin Stift faar Ærkedegneembedet i Ribe og Kanonikat og Præbende sammesteds samt et Beneficium i Slesvig.

Supplicat Zutpheldus Wardenberger clericus Zwerinensis diocesis, Johannis episcopi Terracinensis litterarum apostolicarum scriptoris familiaris continuus commensalis, quatenus sibi de archidiaconatus [ɔ: -tu] Ripensis, Slesvicensis aut Ottoniensis diocesium ac canonicatu et prebenda in eadem ecclesia Ripensi, per obitum Nicolai Gundes vacantibus [fructus insimul 6 mr.], necnon de quodam beneficio in ecclesia s. Nicolai Slesvicensi, per

obitum Nicolai de Monte vacante [fructus 4 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. L. Agennensis. Et cum expressione in litteris, si dictus archidiaconatus in dicta ecclesia Ripensi sit dignitas, etiam curata aut electiva, litigiosa, personatus aut officium vel si sit aliquod premissorum in Ottoniensi aut Slesvicensi ecclesia. Et cum derogatione de idiomate, quatenus opus fuerit. Et quatenus dictum beneficium per obitum Nicolai vacans fuerit curata aut alias parrochialis ecclesia aut canonicatus et prebenda huiusmodi, similiter exprimi possit. Et locus † ac invocatio † eiusdem ac vocabula etc. Datum Viterbii 11. kal. oct. anno 2.

Suppl. 1208 fol. 282.

4008. **Før 5. Okt. 1505.**

Elsebe (Lunge), Enke efter Mogens Krabbe, Anna Nielsdatter (Rosenkrantz), Tyge Krabbes Trolovede, Brødrene Niels, Peter, Mikkel og Lucas Krabbe, Ærkedegnen i Roskilde Jens Laurenssen, Viborgkanniken Søren Torbensen, Ribekanniken Jens Sørensen og Præsten Kjeld Digsmed faar Lov til at vælge en Skriftefader, som kan give dem Absolution een Gang foruden i Dødsøjeblikket i de Pavestolen reserverede Tilfælde og naarsomhelst i de ikke reserverede Tilfælde, samt tillade dem at ombytte nogle fromme Løfter med andre; endvidere faar de Tilladelse til at have Rejsealter og der lade holde Messe, selv under Interdikt, til ved Besøg i een eller to Kirker at opnaa den Aflad, man ellers opnaar ved Besøg i Rom, og til at spise Æg, Smør o. l. i Fastetiden; endelig faar Ansøgerinderne Lov til 4 Gange aarlig at besøge Nonneklostre.

Ut animarum saluti nobilis domine Elizabet, relicte Magni Krabbe, eiusque utriusque sexus liberorum generorumque necnon honeste et nobilis virginis Anne Nicolai, sponse Tuchonis Krabbe militis, prefate oratricis filii, [et] Nicolai, Petri, Micaelis, Luce Krabbe, fratrum nobilium, eorumque uxorum, utriusque sexus liberorum ac Johannis Laurentii archidiaconi ecclesie Roskildensis et Severini Torberni ac Johannis Severini canonicorum ecclesiarum cathedralium Vibergensis et Ripensis atque Ketilli Digszmith Vibergensis, Burglanensis, Ripensis et Roskildensis diocesium salubriter consulatur, supplicant, quatenus eos specialibus favoribus prosequentes, ut aliquem idoneum presbiterum secularem vel cuiusvis ordinis regularem in suum eligere possint confessorem, qui eos vita comite ab excommunicationis et quibusvis aliis ecclesiasticis sententiis, censuris et penis in eos a jure vel ab homine quavis occasione vel causa pro tempore latis et promulgatis necnon [reatibus][1]) perjuriorum, homicidii

[1]) add. Gz.

voluntarii vel mentalis seu casualis ac etiam manuum violentarum in quascunque personas injectionibus, jhejuniorum et penitentiarum injunctarum, horarum divinarum in toto vel in parte omissionibus ac quorumcunque juramentorum transgressione necnon quibusvis aliis suis peccatis, criminibus et delictis ac excessibus, quantumcunque gravibus et enormibus, videlicet sedi apostolice reservatis casibus in bulla *Cene domini* dumtaxat exceptis, etiam (!) semel in vita et in mortis articulo, de aliis vero predicte sedi non reservatis casibus totiens, quotiens opus fuerit, absolvere et pro commissis penitentiam salutarem injungere necnon vota quecunque, ultramarino, visitationis liminum apostolorum Petri et Pauli de Urbe ac s. Jacobi in Compostella necnon continentie et religionis votis dumtaxat exceptis, per eos emissa in alia pietatis opera commutare et juramenta relaxare ac etiam eisdem oratricibus et oratoribus semel in vita et in mortis articulo omnium suorum peccatorum, de quibus corde contriti et ore confessi fuerint, plenariam indulgentiam et remissionem impendere libere possint [ɔ: possit]; liceatque eisdem oratoribus et oratricibus habere altare portatile cum debitis reverentia et honore, super quo in non sacris et aliis locis ad hoc congruentibus et honestis, etiam antequam elucescat dies, circa tamen diurnam lucem, et si forsan eos ad loca ecclesiastico interdicto ordinaria auctoritate supposita, dummodo huiusmodi interdicto causam non dederint, et inibi morari contigerit, in illis per proprium vel alium sacerdotem idoneum in sua ac familiarium et parentum ac consanguineorum suorum presentia celebrari facere [possint][1]) et [ut][1]) tempore huiusmodi interdicti decedentium corpora ecclesiastice tradi sepulture, sine tamen funerali pompa, ipsique evcharistiam et alia sacramenta ecclesiastica a quocunque idoneo presbitero per eos eligendo, ubicunque voluerint, recipere libere valeant, salvo tamen jure sacerdotis illius ecclesie parrochialis; et insuper [liceat][1]) eisdem oratoribus et oratricibus unam vel duas ecclesias seu altaria per eos eligenda quadragesimalibus et aliis anni diebus, quibus stationes in Urbe celebrantur, visitare et inibi quinquies orationem dominicam et totiens salutationem angelicam recitando omnes indulgentias et peccatorum remissiones consequantur, quas consequerentur, si ecclesias Urbis etiam septem principales pro statione huiusmodi deputatas eisdem diebus et temporibus personaliter visitarent et alia ad premissa requisita

[1]) add. Gz.

facerent. Preterea, ut ipsi oratores et oratrices eisdem quadragesimalibus jhejunialibus et aliis anni diebus, quibus esus ovorum, casei, butiri et aliorum lacticiniorum de jure vel consuetudine aut alias est prohibitus, absque conscientie scrupulo ovis, caseo, bütiro et aliis lacticiniis, de consilio tamen utriusque medici, vesci et illis uti libere possint; ulterius ut prefate oratrices nobiles domine una cum tribus aut quatuor aliis honestis mulieribus per singulas earum eligendis quecunque monasteria monialium et sororum cuiuscunque ordinis, etiam s. Clare, de licentia presidentium ingredi et moniales visitare, alloqui ac cum eisdem conversari et refectionem corporalem cibi et potus honeste sumere, dum tamen inibi non pernoctent, quater in anno etiam possint, indulgere dignemini . . . . . . Et quod presens indultum sub quacunque revocatione seu suspensione per s. v. aut sedem apostolicam fienda non comprehendatur, sed duret ad vitam omnium oratorum. Et quod transsumptis presentium manu notarii publici subscriptis et sigillo alicuius prelati seu persone in dignitate ecclesiastica constitute munitis plena fides adhibeatur. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat absque aliarum expeditione litterarum . . . Concessum in presentia pape. Galleottus cardinalis s. Petri ad Vincula. *Uden Dato.*

Optaget i Transsumpt, udstedt i Bispegaarden i Holstebro 5. Okt. 1505 af Biskop Iver Munk i Ribe, efter Begæring af Notaren Jens Sørensen (Pers. Saml. Perg. Krabbe; L. Dipl.).

4009. **11. Okt. 1505.**

Klerken Hermannus van der Hoyen fra Lübeck faar Beneficier i Itzehoe i Bremen Stift og i Lantkerken (?) paa Femern i Odense Stift.

Cum nuper quedam simplicia beneficia, commende nuncupata, una in parrochiali s. Michaelis oppidi Idezeho Bremensis diocesis per obitum Nicolai Blanschals, alia in capella b. Marie virginis vulgariter Tarlemepenkenen (!) in terra Imbrie et Ottoniensi diocesi per obitum Bernardi Deueuo vacaverint successive, de illis Hermanno van der Hoyen clerico Lubicensi ordinaria auctoritate provisum [extitit] possessione subsecuta. Cum autem dubitet provisionem predictam cum inde secutis viribus non subsistere, supplicat, quatenus sibi de commendis predictis [fructus insimul 4 mr.] providere per modum † aut nove provisionis gratie [etc.] dignemini. Concessum in presentia pape. L. Agennensis. Datum Ostie 5. id. oct. anno 2.

Suppl. 1212 fol. 70.

4010. **15. Okt. 1505.**

Præsten Jens Jensen fra Viborg Stift faar Kanonikat og Præbende i Viborg.

Alias canonicatu et prebenda ecclesie Vibergensis ex eo, quod ordinarius loci sive eius vicarius in spiritualibus generalis quendam Johannem Sparkar, tunc canonicum dicte ecclesie, eius exigentibus demeritis dictis canonicatu et prebenda privavit, vacantibus, idem ordinarius illos Johanni Johannis presbitero dicte diocesis ordinaria auctoritate contulit et de illis etiam providit, possessione subsecuta. Cum autem dubitet collationem et provisionem [predictas] viribus non subsistere, supplicat, quatenus sibi dictos canonicatum et prebendam [fructus 4 mr.], sive ut premittitur sive adhuc per obitum dicti Johannis Sparkar postmodum defuncti vacent, conferre et de illis etiam providere dignemini. Concessum in presentia pape. L. Agennensis. Datum Ostie id. oct. anno 2.

Suppl. 1210 fol. 126 v.

4011. **22. Okt. 1505.**

Klerken Claus Holste fra Slesvig Stift faar et evigt Vikariat i Rostock i Schwerin Stift.

Vacante alias perpetua sine cura vicaria in capella s. Spiritus Rostoccensi Zwerinensis diocesis per obitum Laurentii Stokeberch, Nicolaus Olste clericus Slesvicensis illam auctoritate ordinaria assecutus fuit, possessione forsan subsecuta. Cum autem dubitet premissa viribus subsistere, supplicat igitur, quatenus sibi de dicta vicaria, que de jure patronatus laicorum esse dicitur [fructus 4 mr.], de novo providere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad vincula. Et cum derogatione juris patronatus, quatenus opus sit, pro medietate. Datum Rome 11. kal. nov. anno 2.

Suppl. 1211 fol. 295 = 310.

4012. **24. Okt. 1505.**

Paven udnævner Ove Bille til Provst i Viborg.

Vibergensis. Avo Bilde. Prepositura per prefectionem.

Uddrag i Indice 347 efter Reg. Lat. Julii II anno 3 lib. 16 (tabt) fol. 119.

4013. **19. Nov. 1505.**

Klerken Ove Bille fra Roskilde lover at betale Annater af Provstiet i Viborg, ledigt ved Anders (Mus)s Udnævnelse til Biskop i Oslo.

[1505]. Dicta die [ↄ: 19. nov.] Auonus Geld (!) clericus Roskildensis obligavit se camere apostolice pro annata prepositure ec-

clesie Vibergensis vacantis per promotionem Andree ad ecclesiam Asloensem [fructus 5 mr.], et mandatur provideri dicto Auoni sub data 9. kal. nov. anno 2.

I Margen: Die 24. dicti solvit fl. $14^1/_4$.

Annate 1505—06 fol. 114 (Archivio di Stato)[1]. Trykt Dipl. Norv. XVII, 680.

4014. **1. Dec. 1505.**

Prioren Laurens Nielsen i Helligaandshuset i Randers faar Lov at skaffe sig Relikvier i Køln og føre dem til Danmark.

Supplicat Laurentius Nicolai prior domus s. Spiritus Randrusiensis diocesis (!) ordinis s. Augustini Arusiensis diocesis, in artibus magister ac vicarius generalis in provincia Dacie per preceptorem hospitalis vestri s. Spiritus in Saxia de urbe deputatus, quatenus sibi, ut in civitate et diocesi Coloniensi aliquas sanctorum reliquias per quascunque personas donatas seu donandas extrahere et illas ad regnum Dacie deferre et in aliquo honesto loco seu locis collocare, ac eisdem personis, ut huiusmodi reliquias eidem oratori dare et concedere libere valeant, facultatem concedere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Et per breve s. v. attenta materia. Datum Rome kal. dec. anno 3.

Suppl. 1216 fol. 64.

4015. **5. Dec. 1505.**

Niels Stigsen (Thott) lover at betale Annater af Provstiet i Lund.

[1505] Dicta die [5. dec.] Georgius Famestade obligavit se camere apostolice nomine Nicolai Stigoti pro annata prepositure ecclesie Lundensis vacantis per resignationem Ericii (!) Valkendorff [fructus 6 mr.], et mandatur provideri dicto Nicolao sub data 4. id. jan. anno 2.

I Margen: Die 2 dicti solvit fl. $14^1/_4$.

Annate 1505—06 fol. 127 (Archivio di Stato).

4016. **25. Dec. 1505.**

Den pavelige Skriver Petrus Wolkow faar Kantoriet i Slesvig, Kanonikater og Præbender i Slesvig og Minden og Sognekirken i Garding.

Supplicat Petrus Wolche (!) litterarum apostolicarum scriptor, s. v. familiaris, quatenus sibi de cantoria ecclesie Slesvi-

---

[1]) 25. Nov. 1505 lovede Anders Mus at betale Servispenge af Oslo Stift og betalte samme Dag (Dipl. Norv. XVII, 680—81).

censis, que inibi dignitas seu personatus vel officium existit, ac canonicatibus et prebendis eiusdem ac b. Marie Mindensis diocesis ecclesiarum et parrochiali oppidi Gardien in Eyderstede Slesvicensis diocesis, per obitum Theoderici Tedens vacantibus [cuiusque fructus 4 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome 8. kal. jan. anno 3.

Suppl. 1216 fol. 319.

4017. 25. Dec. 1505.

Klerken Johannes Parper fra Lübeck faar Kanonikat og Præbende i Lübeck og et evigt Vikariat i Mølln i Ratzeburg Stift, ledige ved Didrik Tetens's Død.

Supplicat Johannes Parper clericus Lubicensis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Lubicensis ac perpetua sine cura vicaria in ecclesia parrochiali s. Nicolai oppidi Nouen (?) Ratheburgensis diocesis per obitum Theoderici Hedens [ɔ: Tetens] vacantibus [cuiusque fructus 4 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome 8. kal. jan. anno 3.

Suppl. 1216 fol. 319 v.

4018. 29. Dec. 1505.

Ærkedegnen Jakob Krumpen i Viborg faar Dekanatet i Ribe, som han maa forene med Embedet i Viborg.

Vacante alias decanatu ecclesie Ripensis per obitum Nicolai Gundes, Jacobus Krumpen archidiaconus ecclesie Vibergensis per Johannem regem Dacie etc. ut patronum episcopo Ripensi ut institutori ad effectum ipsum oratorem ad eundem decanatum instituendi actualiter [fuit][1]) presentatus, institutione tamen minime sub secuta sed potius denegata. Verum cum orator ipse dubitet premissa viribus subsistere, supplicat igitur, quatenus sibi de dicto decanatu, qui in dicta ecclesia Ripensi dignitas non tamen maior post pontificalem existit et de jure patronatus dicti regis esse dicitur, ac cui cura jurisdictionalis imminet animarum [fructus 4 mr.], per modum nove aut narrativa dimissa simplicis provisionis aut in forma gratie [etc.] surrogare et providere, necnon secum, ut unacum dicto decanatu, quatenus ipsum forte pacifice fuerit assecutus, archidiaconatum Vibergensem, quem orator

[1]) add. Gz.

obtinet, qui similis curata dignitas existit ac maior post pontificalem, ac sine illis quecunque duo beneficia curata seu alias invicem incompatibilia recipere et insimul, quoad vixerit, retinere libere valeat, ... dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome 4. kal. jan. anno 3.

Suppl. 1221 fol. 284.

4019. **2. Jan. 1506.**

Kurialen Biskop Johannes af Terracina faar Dekanatet og Kanonikat og Præbende i Ribe og to Beneficier i Slesvig og Schwerin Stifter.

Cum Zutpheldus Wardenberg clericus Zwerinensis diocesis, cui nuper s. v. de decanatu, qui inibi dignitas non tamen post pontificalem maior et forte curata et electiva existit, ac canonicatu et prebenda ecclesie Ripensis, tunc per obitum Nicolai Gundes, et de quodam perpetuo simplici beneficio in ecclesia Slesvicensi per similem obitum Nicolai de Monte respective vacantibus sub data 11. kal. oct. anno 2 in una et in altera supplicationibus respective de quodam alio simplici beneficio in parrochiali ecclesia ville Prene Zwerinensis diocesis, que de jure patronatus asseritur laicorum, sub data 15. kal. maji anno 1 respective provideri concessit, concessionis gratie huiusmodi litteris apostolicis desuper nondum confectis in manibus s. v. sponte cedat, supplicat igitur Johannes episcopus Taracinensis, camere apostolice clericus et litterarum apostolicarum scriptor necnon magistri registri bullarum familiaris continuus commensalis, quatenus huiusmodi cessionem admittentes sibi de decanatu et canonicatu et prebenda necnon duobus simplicibus beneficiis predictis [fructus insimul 4 mr.] per eum, quoad vixerit, unacum Tarracinensi aliisque ecclesiis, quas obtinet, regendis de vita ipsius commendare dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Et cum derogatione regule de idiomate, quatenus necesse fuerit. Datum Rome 4. non. jan. anno 3.

Suppl. 1217 fol. 225.

4020. **16. Jan. 1506.**

Paven befaler Biskopperne i Asculum og Slesvig og Ærkedegnen i Warnow i Schwerin Stift at overdrage Dekanatet og Kanonikat og Præbende i Ribe og to Beneficier i Slesvig og Schwerin Stifter til Kurialen Biskop Johannes af Terracina.

Asculano et Slesvicensi episcopis ac archidiacono Warnensi in ecclesia Zwerinensi. Personam Johannis episcopi Terracinensis [etc.]. Cum itaque decanatus et canonicatus et prebenda ecclesie Ripensis, quos Nicolaus Gundes, et quoddam perpetuum simplex beneficium in ecclesia Slesvicensi, quod Nicolaus de Monte obtinebant, per ipsorum Nicolai Gundes et Nicolai de Monte respective obitus, et, quod de jure patronatus laicorum existit, aliud simplex beneficium in parochiali ecclesia ville Proen Zwerinensis diocesis vacent, et dictum beneficium in parochiali ville Proen huiusmodi tanto tempore vacaverit, quod eius collatio juxta Lateranensis statuta concilii est ad sedem apostolicam legitime devoluta, nos, in quorum manibus Zutpheldus Vandenberg clericus Zwerinensis, cui nuper de decanatu ac canonicatu et prebenda ac perpetuo beneficio in ecclesia Slesvicensi, videlicet sub data 11. kal. oct. anno 2, et de alio beneficio in dicta parochiali ecclesia ville Proen, sub data videlicet 15. kal. maji anno 1, respective concessimus provideri, concessionis gratie huiusmodi litteris apostolicis super ea non confectis sponte cessit, quique cessionem ipsam duximus admittendam, volentes eidem Johanni episcopo Terracinensi, qui camere apostolice clericus et prelatus noster ac litterarum apostolicarum scriptor existit, de alicuius subventionis auxilio providere, discretioni vestre mandamus, quatenus decanatum, qui in dicta ecclesia Ripensi dignitas non tamen maior post pontificalem existit, ac canonicatum et prebendam et beneficia predicta [fructus insimul 4 mr.] eidem Johanni episcopo per eum, quoad vixerit, etiam una cum ecclesia Terracinensi, cui preesse dinoscatur, et quibusvis aliis monasteriis et beneficiis, que dictus Johannes episcopus obtinet et in posterum obtinebit, regendos auctoritate nostra commendare curetis . . . . Datum Rome 17. kal. febr. anno 3.

B. gratis pro socio. 14. kal. febr. anno 3. Bolis.
Reg. Lat. 1172 fol. 256.

4021. **18. Jan. 1506.**

Klerken Claus Holste fra Slesvig Stift faar ny Provision paa et evigt Vikariat i Rostock.

Vacante dudum perpetua sine cura vicaria seu capella s. Spiritus oppidi Rostoccensis Zuerinensis diocesis per obitum Laurentii Steltenberch, Nicolaus Helste clericus Slesvicensis diocesis per certos patronos laicos ad effectum instituendi ordinario loco [ɔ: -ci] fuit presentatus, institutione et possessione petitis et

minime obtentis. Cumque postmodum inter eundem Nicolaum actorem et quendam Heynonem Cock assertum clericum intrusum et reum de dicta vicaria coram loci ordinario in litteris exprimendo lis et causa orta fuisset ac in eis ad certos actus judiciales processum fuisset, dictus Heymo lite sic pendente diem suum clausit extremum. Ne autem ipsi oratori . . . . . . [novus collitigans subrogetur, supplicat igitur dictus Nicolaus Helste, quatenus sibi . . .] de dicta vicaria [fructus 2 mr.] in forma † et nove provisionis, subrogationis si neutri [etc.] providere dignemini . . . Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula . . . Datum Rome 15. kal. febr. anno 3.

Suppl. 1218 fol. 199 v.

4022. **23. Jan. 1506.**

Klerken Hans Valkendorf fra Odense Stift faar Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Supplicat Johannes Wallendorp (!) clericus Ottoniensis diocesis, de nobili genere ex utroque parente procreatus, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie cathedralis Roskildensis [fructus 4 mr.], per obitum Laurentii Bertoldi vacantibus, providere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome 10. kal. febr. anno 3.

Suppl. 1220 fol. 210.

4023. **31. Jan. 1506.**

Biskop Johannes af Terracina faar, trods en tidligere urigtig Opgivelse af Indtægten, Dekanatet og Kanonikat og Præbende i Ribe samt to Beneficier i Slesvig og Schwerin Stifter (jfr. Nr. 4020).

Nuper decanatu et canonicatu et prebenda ecclesie Ripensis ac uno in Slesvicensi et altero in parrochiali ecclesiis ville Proen Zwerinensis diocesis simplicibus beneficiis vacantibus, s. v. de illa [ɔ: -lis] Johanni episcopo Terracinensi, camere apostolice clerico ac litterarum apostolicarum scriptori et familiari vestro, commendari concessit, litteris apostolicis desuper expeditis, possessione minime subsecuta. Cum autem pro eo, quod in dictis litteris valor annuus eorundem extimatus fuerit ad 4 mr., qui revera, ut orator postmodum didicit, ad 7 mr. aut potius ultra forsan ascendit, et (!) propterea idem orator dubitet litteras predictas surreptionis aut obreptionis vitio notari sibique minus utiles reddi posse, supplicat igitur, quatenus sibi, quod littere ac commende huiusmodi cum omnibus in illis contentis clausulis

ac aliis earundem vigore subsecutis † valeant et plenam roboris firmitatem obtineant et sibi suffragentur in omnibus, perinde ac si in eisdem litteris valor 7 mr. de camera sufficienter expressus fuisset, indulgere, dictasque litteras ac commendas huiusmodi propterea subreptionis aut obreptionis vitio minime subjacere declarare dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome pridie kal. febr. anno 3.

Suppl. 1221 fol. 14 v.

4024. 4. Febr. 1506.

Ærkedegnen Morten Krabbe i Aarhus faar Dispensation til med dette Embede at forene to ellers dermed uforenelige Embeder samt to andre ellers dermed forenelige Embeder, til ikke at lade sig præstevie i 7 Aar og til at bo, hvor han vil.

Supplicat Martinus Brabbe (!) clericus Vibergensis diocesis, de nobili genere ex utroque parente procreatus et s. v. familiaris continuus commensalis archidiaconus Arusiensis et decretorum doctor, quatenus sibi, ut unacum dicto archidiaconatu, qui inibi dignitas post pontificalem maior et forte curata existit, quecunque duo et sine illo quecunque tria curata seu alias invicem incompatibilia necnon quecunque duo alia dissimilia aut simplicia similia [beneficia] sub singulis et eisdem tectis recipere et, quoad vixerit, cum clausula permutandi toties quoties libere retinere valeat, quodque ratione quorumcunque beneficiorum se ad sacros et presbiteratus ordines usque ad septennium a fine anni sibi a jure concessi computandum se promoveri facere minime teneatur, attento quod orator est in diaconatus ordine constitutus, dispensare necnon eidem oratori, ut, quoad vixerit, in Romana curia vel altero beneficiorum suorum residendo sive litterarum studio in loco, ubi illud vigeat generale, insistendo fructus quorumcunque beneficiorum suorum quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis libere percipere valeat, concedere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad vincula. Datum Rome pridie non. febr. anno 3.

Suppl. 1221 fol. 241.

4025. 4. Febr. 1506.

Klerken Johannes Hanemester fra Camin Stift faar ny Provision paa et Beneficium i Bergen paa Rügen og et andet Beneficium i Camin Stift.

Vertente lite et causa in vestro sacro palatio causarum apostolico inter Martinum Grope clericum Brandeburgensis diocesis

et Engelbertum Moller presbiterum Roskildensis diocesis de simplici beneficio ad altare s. Thome situm in parrochiali opidi Bergen insule Rugie dicte Roskildensis diocesis rebusque aliis etc. in prima instantia coram Dominico Jacobacio eiusdem palatii auditore, idem Martinus omni juri sibi ad dictum beneficium competenti necnon liti et cause huiusmodi cessit in favorem Johannis Hauemesters clerici Caminensis diocesis, huiusmodique cessione per s. v. admissa eidem Johanni de dicto beneficio per e. s. v. provisum extitit, ipseque ad omne jus necnon litis et cause huiusmodi prosecutionem surrogatus et admissus fuit. Postmodum vero de consensu eiusdem Johannis et Engelberti adversarii predicti causa huiusmodi [a][1]) prefato Dominico per s. v. advocata, de simili consensu commissa extitit Henrico de Minden canonico ecclesie Slesvicensis; idemque Henricus in huiusmodi [causa] rite procedens servatis servandis suam diffinitivam adjudicatoriam pro prefato Johanne et contra prefatum Engelbertum de dicto beneficio tulit et promulgavit sententiam, que nulla provocatione suspensa in rem transivit judicatam, literis executorialibus pro eodem Johanne postmodum decretis, quarum vigore Johannes orator possessionem dicti beneficii fuerat assecutus. Cum autem dubitet premissa et alia inde secuta viribus non subsistere, supplicat igitur e. s. v., quatenus sibi dictum beneficium [fructus 2 mr.] necnon aliud simile beneficium sine cura ad altare s. Crucis situm in parrochiali ecclesia s. Jacobi Primslavensi Caminensis diocesis [fructus 3 mr.] . . . conferre et de illis etiam providere in forma gratie [etc.] perinde aut etiam valere aut alias utiliori modo provid[ere] dignemini . . . . . . Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula . . . . Datum Rome pridie non. febr. anno 3.

Suppl. 1220 fol. 292.

4026. **6. Febr.—10. Juni 1506.**

Auditøren Ærkebiskop Antonius de Monte faar Befaling til at beregne Omkostningerne i den Sag, Biskop Ditlev Pogwisch har vundet imod Henricus Boden som Eksekutor i Biskop Eggert Durkops Bo.

Lite et causa coram Antonio de Monte archiepiscopo Sypontino, curie causarum camere apostolice generali auditore, sive eius locumtenente inter Detlevum modernum episcopum Slesvicensem reum et conventum et quendam Henricum Boden, pro

[1]) add. Gz.

executore pretensi testamenti Egardi episcopi Slesvicensis se gerentem, ac nonnullos alios, etiam pretensos executores eiusdem pretensi testamenti, actores de pretenso arresto 400 fl. Renensium ac nonnullis pretensis pecuniarum summis necnon pretensis prohibitione et impedimentis executionis dicti pretensi testamenti rebusque aliis in actis cause huiusmodi latius deductis . . in prima pendente instantia . . ., dictus locumtenens diffinitivam absolutoriam cum expensarum condempnatione pro dicto Detlevo episcopo et contra prefatum Henricum ac predictos pretensos executores in scriptis tulit et promulgavit sententiam, que quidem diffinitiva sententia nulla provocatione suspensa in rem transivit judicatam. Cum autem parum prodesset sententias ferre et rem judicatam reputare, si non esset, qui eas debite executioni demandaret, dignetur igitur s. v. prefato auditori camere sive eius locumtenenti mandare, ut omnes expensas in huiusmodi causa pro parte dicti Detlevi episcopi factas taxet et moderet necnon sententiam predictam ac omnia contenta in illa sub excommunicationis aliisque sententiis, censuris et penis ecclesiasticis contra dictum Henricum Boden pretensum executorem ac omnes alios sua interesse putantes debite executioni demandet seu demandari faciat cum potestate sententias et censuras huiusmodi aggravandi, reaggravandi, interdictum ponendi, bracchii secularis, quatenus opus fuerit, auxilium invocandi, litterasque desuper oportunas sub sigillo suo decernendi, ... cancellarie regulis, illa presertim, in qua cavetur, quod littere huiusmodi alias quam sub plumbo expedite nullius sint roboris vel momenti, . . . non obstantibus. *In fine vero dicte commissionis sive supplicationis cedule scripta erant de alterius manu . . . hec verba »de mandato domini nostri pape idem archiepiscopus taxet, decernat et exequatur, ut petitur, declaret, aggravet etiam cum invocatione, si et prout de jure, et justitiam faciat«.*

Indtaget i Monitorium fra Ant. de Monte 10. Juni 1506 (Slesvig Bispearkiv 79). Afskr. af Ulrik Petersen (R. A.).

4027. **13. Febr. 1506.**

Kardinal Raphael (Riario) giver Biskop Johan Jepsen (Ravensberg) i Roskilde Tilstaaelse for at have visiteret Kurien.

Visitatio liminum pro episcopo Roskildensi.

Universis etc. Raphael etc. [ɔ: s. Georgii diaconus cardinalis, domini pape et s. Romane ecclesie camerarius]. Universitati vestre notum facimus per presentes, quod, cum Johannes epi-

scopus Roskildensis singulis trienniis, ultra montes Romana curia existente, sedem apostolicam sive limina bb. Petri et Pauli apostolorum de Urbe visitare teneatur, hinc est, quod prefatus Johannes sedem apostolicam sive limina prefata pro uno triennio proxime preterito et alio currenti incepto 11. kal. maji 1504 et, ut sequitur, finiendo per Paulum Andree canonicum Roskildensis diocesis eiusdem episcopi procuratorem hodie die date presentium litterarum cum honore et reverentia debitis et consuetis visitavit. Nichil tamen huiusmodi visitationis gratia obtulit vel servivit camere. Et insuper a reatu perjurii aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et penis ob huiusmodi visitationis tarditatem forsan per dictum episcopum incursis de mandato pape etc. et auctoritate etc. tenore presentium absolvimus et perpetuo liberamus. In quorum fidem et testimonium presentes litteras fieri siggillique nostri etc. Datum Rome in camera apostolica die 13. febr. anno 3.

Arm. 29 vol. 57 fol. 229 v.

4028. **16. Febr. 1506.**

Provsten Hans Skovgaard fra Harsyssel i Ribe Stift, som studerer i Rom, faar Dispensation til ikke at lade sig indvie til de højere Grader.

Supplicat Johannes Schonagor rector, prepositus nuncupatus, ecclesie, prepositure nuncupate, de Hadysel Ripensis diocesis, de nobili genere ex utroque parente procreatus ac in universitate studii alme Urbis actu studiosus, quatenus secum [ↄ: sibi, ut] in Romana curia vel dicta ecclesia aut altero beneficiorum suorum residendo aut in predicto seu alio generali studio insistendo ratione dicti vel cuiusvis alterius beneficii curati seu alias de jure statutorum et consuetudinum seu alias quomodolibet sacros ordines requirentis per eundem pro tempore obtenti seu imposterum obtinendi usque ad biennium a die a jure sibi prefixo computandum ad aliquem ex sacris ordinibus se promoveri facere minime teneatur, concedere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Et presentis supplicationis sola signatura sufficiat, attento quod orator est presens in Urbe. Datum Rome 14. kal. martii anno 3.

Suppl. 1222 fol. 177 v.

4029. **Febr. (?) 1506.**

Klerken Morten Krabbe fra Viborg Stift, som er Dr. jur. og Kurial, faar Ærkedegneembedet i Aarhus.

Alias archidiaconatu cathedralis ecclesie Auersiensis(!) [ↄ: Arusiensis] per obitum Johannis Teghinhusen (!) vacante, Martinus Crabbe clericus Vibergensis diocesis, decretorum doctor, de nobili genere ex utroque parente procreatus, s. v. familiaris continuus commensalis, de illo ad presentationem Johannis regis Dacie etc. sibi auctoritate apostolica provideri obtinuit, possessione subsecuta. Cum autem dubitet presentationem et provisionem prefatas et inde secuta quecunque viribus non subsistere dictumque archidiaconatum adhuc vacare, supplicat, quatenus de eodem, qui inibi dignitas maior post pontificalem existit, cuique cura jurisdictionalis animarum imminet [fructus 5 mr.], in forma nove provisionis vel gratie [etc.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad vincula. *Udateret*[1]).

Suppl. 1223 fol. 14 v.

4030. 1. Marts 1506.

Paven tildeler motu proprio Hans Lykke Kanonikat og større Præbende i Roskilde.

Johanni Luche canonico Roskildensi, magistro in artibus. Literarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos, tibi specialem gratiam facere volentes, . . . motu proprio canonicatum ecclesie Roskildensis, in qua maiores, minores et distincte prebende fore noscuntur, tibi conferimus et de illo etiam providemus, prebendam vero etiam maiorem et distinctam ac dignitatem, personatum, administrationem vel officium eiusdem ecclesie necnon beneficium cum cura vel sine cura, ... dummodo aliqua dignitatum earundem in cathedrali post pontificalem maior aut in collegiata ecclesia huiusmodi principalis non existat [fructus, si cum cura aut dignitas vel personatus, 30, si vero sine cura nec dignitas vel personatus fuerit, 25 mr.], ad collationem [etc.] episcopi Arusiensis et prepositi, decani, archidiaconi, cantoris, tesaurarii et capituli ecclesie Arusiensis pertinen[te]s, . . . si qua vacant ad presens aut cum . . vacaverint . . ., donationi apostolice reservamus . . . ., non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac de certo canonicorum numero predicte Roskildensis et aliis eiusdem, illis presertim, quibus inter alia caveri dicitur, quod nullus in eadem ecclesia Roskildensi maiorem et distinctam prebendam assequi valeat,

[1] Mellem to Breve fra pridie kal. martii og 4. kal. martii anno 3.

nisi de minori prebenda ad maiorem et distinctam prebendam huiusmodi gradatim et per optionem ascendat, quibus, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter et expresse motu simili derogamus, necnon alterius, in qua beneficium huiusmodi forsan fuerit, ecclesiarum . . . . statutis et consuetudinibus contrariis quibuscunque . . . . Datum Rome kal. martii anno 3.

Simili modo episcopo Zwerinensi et preposito ecclesie b. Marie in Gota Maguntine diocesis ac officiali Arusiensi . . . .

A. XV. X. 5. kal. aug. anno 4. Colotius.
Arm. 32 vol. 61 A fol. 25.

4031. **1. Marts 1506.**

Paven tildeler motu proprio Otto Ratlow Kanonikat og større Præbende i Haderslev.

Ottoni Ratleuw canonico ecclesie b. Marie Haderslevensis Slesvicensis diocesis. Nobilitas generis, vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos tibi, qui de nobili, etiam militari, genere ex utroque parente procreatus existis . . ., specialem gratiam facere volentes . . ., motu proprio . . canonicatum ecclesie b. Marie virginis Haderlevensis Slesvicensis diocesis [*etc. som Nr. 4029 til*] ad collationem [etc.] episcopi Roskildensis . . . . et capituli ecclesie Roskildensis pertinentem . . . . donationi apostolice reservamus . . . . . . [*etc. som Nr. 4030*]. Datum Rome kal. martii anno 3.

Simili modo episcopo Zwerinensi et preposito ecclesie b. Marie in Gota Maguntine diocesis ac officiali Slesvicensi . . . . .

A. XV. X. 5. kal. aug. anno 4. Colotius.
Arm. 32 vol. 61 A fol. 28.

4032. **1. Marts 1506.**

33 Gejstlige, som var Hertug Frederiks dilecti, faar motu proprio bevilget Ventebreve samt Dispensation for uægte Fødsel og for lav Alder.

Motu proprio dilectis filiis infrascriptis Frederici heredis regni Norvegie Slesvicensis et Holtzatie ducis dilectis et aliis etiam infrascriptis de duobus canonicatibus et prebendis cum reservatione totidem prebendarum, etiam maiorum, etiam integrarum seu distinctarum, quarumcunque duarum cathedralium, etiam metropolitanarum vel collegiatarum, ecclesiarum, cum supplemento ac dignitatibus, personatibus, administrationibus vel officiis, etiam curatis et electivis, alterius earundem ecclesiarum necnon de uno vel duobus beneficiis, etiam si alterum cum

cura aut decanatus, archipresbiteratus vel plebanatus ruralis seu vicaria vel capellania perpetua, qui vel que dignitas, etiam curata, extra tamen cathedralem ecclesiam, reputatur, seu dignitas vel personatus aut quilibet eorum canonicatus et prebenda, dignitas, personatus, administratio vel officium, etiam curatum et electivum, in eisdem ecclesiis fuerit, ad quorumcunque collatorum seu collatricum secularium seu quorumvis ordinum regularium in confectione litterarum eligend[orum] etiam ratione dignitatis collationem[1]) etc. spectantibus, simul vel successive vacantibus vel vacaturis, providemus, ac cum illis, qui ex iis defectum natalium quomodolibet patiuntur, ut ad omnes sacros ordines promoveri et beneficia sub gratiis huiusmodi comprehensa recipere et retinere, nec non super defectu etatis pro illis pat[i]en[do], quam primum decimum septimum[2]) sue etatis annum attigerint, etiam si maiores sint, ut dignitates, personatus etc. ac beneficia cum cura etc., etiam super defectu etatis per illum [ↄ: -los] patiendo in decimo sue etatis anno vel, si maiores sint, ut canonicatus et prebendas etiam maiores cathedralium etiam metropolitanarum ac in octavo etatis[3]) anno collegiatarum similiter recipere et retinere libere valeant, motu simili dispensamus eisque indulgemus, non obstantibus defectibus predictis ac cancellarie regulis, illa presertim de non obtinendis canonicatibus et prebendis cathedralium, etiam metropolitanarum, † nisi post decimum quartum, et collegiatarum, nisi post decimum annum, necnon statutis et constitutionibus de optando ecclesiarum huiusmodi, quibus omnibus, illis aliter in suo robore duraturis, hac vice specialiter et expresse motu simili derogamus. Concessum motu proprio de et pro omnibus in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Et sub data kal. martii anno 3.

Etiam nulla facta mentione, quod ipsi oratores sint dilecti ill[ustris ducis][4]), ac etiam cum expressione, si videbitur, quod ipsi vel eorum aliqui sint familiares aliquorum prelatorum vel officialium Romane curie, expediri possit.

Nomina vero sunt hec:

Ericus ex ducibus Xasonie.
Otto ex comitibus de Tekrenborch.
Guigllielmus ex comitibus de Weldegge.
Jacobus ex comitibus Deysenborch.

---

[1]) II: dignitates etc. collationem [2]) II: decimuṃ octavum
[3]) II: ipsius etatis [4]) Cod. dilecti et ill[ustris]

Theodoricus Schade.
Otto de Dinclage.
Philippus de Twisten.
Hermannus Beker.
Henricus Ledebur.
Herbordus Buer.
Johannes de Aruelt.
Theodoricus Nyhesen.
Johannes de Kymen.
Amelungus de Suetlage.
Michael Elebeke.
Johannes Bussche.
Nicolaus Capel.
Johannes Mascert.
Fridericus Schenckinck.
Wedelrindus Rabeke.
Johannes Arendes.
Gherardus Vydeman.
Henricus Hoker.
Thomas Gropelinck.
Henricus Buer.
Johannes Wulff.
Albertus Cranisi.
Henricus Fabri.
Henricus de Plettenberch, alias de Mola.
Hermannus Wesselinck.
Henricus van de Olden.
Gotscalcus de Aleuelde.
Matheus Went.

Johannes Gozadinus datarius.
Suppl. 1215 fol. 69. (Hele Bindet er gratie expectative)[1].

4033. **8. Marts 1506.**

Klerken Claus Soest fra Slesvig Stift faar Kanonikat og Præbende i Haderslev og Dispensation til at forene to dermed forenelige Embeder.

Vacantibus alias canonicatu et prebenda in ecclesia Hadersleuensi Slesvicensis diocesis per obitum Henrici Chmid,

[1]) Samme Bind fol. 29 (samme Dato) et ligelydende Brev for: Dilectis filiis infrascriptis Bugellai Stetinensis ac Pomeranie ducis etc. caris et dilectis, hvoriblandt: Otto Bramstede. Gotschalcus de Aleuelt. Johannes Wlff.

Nicolaus Zoest clericus dicte diocesis illos auctoritate ordinaria existit assecutus, possessione forsan subsecuta. Cum autem dubitet premissa viribus subsistere, supplicat igitur idem orator, cum quo dudum, ut non obstante defectu natalium, quem patitur de soluto genitus et soluta, ad omnes, et[iam] sacros et presbiteratus, ordines promoveri et beneficium cum cura vel sine cura etc. obtinere posset, auctoritate apostolica extitit dispensatum, [et qui] dispensationis huiusmodi vigore fuit clericali caractere insignitus et beneficium sine cura assecutus, possessione subsecuta, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] per modum nove aut omissa narrativa simplicis provisionis aut in forma gratie [etc.] et gratificationis providere dignemini, necnon secum, ut una cum dictis canonicatu et prebenda et alio beneficio simplici, quod vigore dicte dispensationis fuit assecutus, et quod actu obtinet, in litteris, quatenus necesse fuerit, specificando [duo] alia et illis dimissis seu sine illis quecunque [tria] beneficia se invicem compatientia recipere et cum potestate permutandi ac simpliciter resignandi toties quoties et loco dimissorum alia recipiendi etc. in meliori forma retinere libere possit, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome 8. id. martii anno 3.

Suppl. 1223 fol. 208.

4034. **14. Marts 1506.**

Klerken Claus Daa fra Odense Stift faar Kirken i Hellested i Roskilde Stift.

Supplicat Nicolaus Duam clericus diocesis Ottoniensis, magister in artibus, ex utroque parente nobilium procreatus genere, quatenus sibi de parrochiali ecclesia opidi Helstede Roskildensis diocesis, ex eo vacante, quod idem orator ad presentationem regis Dacie etc. et collationem seu institutionem ordinarii ad eius regimen assumptus legitimo cessante impedimento infra tempus in concilio generali statutum se non fecit usque ad subdiaconatus ordinem promoveri [fructus 4 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Et cum derogatione juris patronatus prefati regis, attento, quod alium non presentaverit, sed in eodem assensu tacitus perseverat. Datum Rome pridie id. martii anno 3.

Suppl. 1226 fol. 87 v.

4035. **16. Marts 1506.**

Klerken Petrus Wolkow fra Camin Stift faar det overdraget til en pavelig Auditør at give ham Provision paa Kantoriet i Slesvig, hvorom han havde ført Proces ved Kurien.

Vacante dudum cantoria ecclesie Slesvicensis per obitum Theoderici Tetens, Petrus Wolche clericus Caminensis diocesis, litterarum apostolicarum scriptor, sibi de eadem cantoria per s. v. obtinuit provideri; et cum quidam Detleuus Sestede et Henninghus Brinsberch asserti clerici in eadem cantoria se intrusissent, idem orator causas, quas de eadem cantoria rebusque aliis contra eosdem omnesque alios intrusos et intrudendos ac sua interesse putantes [movit][1]), certo palatii apostolici causarum auditori seu locumtenenti committi et etiam cum inhibitione decerni obtinuit; et cum a nonnullis asseritur (!) nulli dictorum intrusorum in dicta cantoria jus competere, supplicat igitur dictus Petrus, quatenus prefato auditori et locum tenenti in litteris exprimendo et eorum subrogatis seu subrogandis mandare dignemini, ut, si per eventum litis presentis et future sibi constiterit neutri seu nulli ex dictis Detlevo et Henningho in dicta cantoria jus competere, cantoriam predictam, que in dicta ecclesia dignitas non tamen maior post pontificalem existit ac electiva, curata cum cura etiam jurisdictionali animarum etc. existit [fructus 19 mr.], eidem oratori conferant sive [de eadem] eidem oratori per modum nove provisionis provideant. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome 17. kal. aprilis anno 3.

Suppl. 1224 fol. 231.

4036. **18. Marts 1506.**

Klerken Claus Soest fra Slesvig Stift faar et evigt Vikariat i Rendsburg i Bremen Stift.

Alias perpetua sine cura vicaria b. Marie virginis in parrochiali ecclesia opidi Rindescorg (!) Bremensis diocesis, que de jure patronatus laicorum existit, per obitum Symonis Kriszen (?) vacante, de qua [ɔ: ea] Nicolao Soest clerico Slesvicensis diocesis auctoritate ordinaria, possessione subsecuta, fuit provisum. Cum autem prefatus orator collationem et provisionem huiusmodi et quecunque inde secuta dubitet viribus non subsistere, supplicat igitur, quatenus sibi de dicta vicaria [fructus 4 mr.] cum gratificatione † providere dignemini, fundatione dicte vi-

[1]) add. Gz.

carie, etiam si in illa caveatur expresse, quod illam pro tempore obtinens actu in sacerdotio constitutus esse debe[a]t vel infra annum ad sacerdotium promoveri ac illi deservire et personaliter in eadem residere teneatur, non obstante. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Et dummodo orator infra tempus se promoveri facere teneatur, postquam in etate fuerit legitima, et de facultate non residendi, dummodo in altero beneficiorum resideat [aut] in Romana curia aut studio generali. Datum Rome 15. kal. aprilis anno 3.

Suppl. 1225 fol. 89 v.

4037. **18. Marts 1506.**

Klerken Claus Soest fra Slesvig Stift faar to evige Vikariater i Rostock og St. Gertruds Kapel udenfor Rostock.

Supplicat Nicolaus Sost clericus Slesvicensis diocesis, quatenus sibi de una ad b. Marie [in N.][1]) et alia ad N. in s. Petri Rostrorickensi (!) parrochialibus ecclesiis sita altaria vicariis perpetuis necnon capella s. Gertrudis extra muros oppidi Rostockensis Zuerinensis diocesis, quas Bartoldus Jhermin obtinebat, per obitum eiusdem Bartoldi vacantibus [fructus insimul 4 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome 15. kal. aprilis anno 3.

Suppl. 1227 fol. 115.

4038. **20. Marts (og 4. April) 1506.**

Klerken Claus Daa fra Odense Stift faar Tilladelse til at besøge den hellige Grav i Jerusalem og andre hellige Steder.

Cum Nicolaus Daa, in artibus magister, clericus Ottoniensis diocesis, ex utroque parente nobilis, fervore devotionis accensus cupiat sanctum sepulcrum in Jerusalem et inibi alia sancta et pia loca in remissionem suorum peccatorum visitare, supplicat, quatenus sibi, ut ad dictum sanctum sepulcrum et alia sancta et pia loca ire et redire illaque possit visitare libere, licentiam concedere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Datum Rome 13. kal. aprilis anno 3[2]).

Suppl. 1226 fol. 64 og (II) fol. 137 v.

---

[1]) add. Gz. [2]) II: attento quod est presens in curia. Datum Rome pridie non. aprilis anno 3.

4039. **21. Marts 1506.**

Klerken Zutpheld Wardenberg fra Schwerin Stift faar et Beneficium ved St. Jakobs Alter i Slesvig.

Cum quoddam simplex beneficium in ecclesia Slesvicensi ad altare s. Jacobi situatum vacet et tanto tempore vacaverit, quod eius collatio juxta cancellarie statuta est ad sedem apostolicam legitime devoluta, licet quidam Tymo Struck, qui pro clerico se gerit, nullo titulo saltem canonico sibi desuper suffragante per certum tempus illud detinuerit, prout detinet de presenti, indebite occupatum, supplicat Zutpheldus Wardenberg clericus Zwerinensis diocesis, in artibus magister, Johannis episcopi Terracinensis scriptoris vestri familiaris continuus commensalis, quatenus sibi de dicto beneficio [fructus 3 mr.], sive premisso sive alias quovis modo seu per obitum Henrici Lande vacet, providere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Et . . . . . in forma etiam si neutri [etc.] cum oportuna gratificatione litterarum generali, quatenus opus sit. Datum Rome 12. kal. aprilis anno 3.

Suppl. 1226 fol. 91 v.

4040. **24. Marts 1506.**

Paven overdrager Klerken Christoforus de Rinia fra Sevilla Stift et Beneficium i Slesvig.

Christoforo de Rinia[1]) perpetuo beneficiato ad altare s. Jacobi situm in ecclesia Slesvicensi, litterarum apostolicarum sollicitatori, familiari nostro. Grata devotionis obsequia [etc.]. Cum itaque quoddam perpetuum simplex beneficium ad altare s. Jacobi situm in ecclesia Slesvicensi vacet ad presens et tanto tempore vacaverit, quod eius collatio juxta Lateranensis statuta concilii est ad sedem apostolicam legitime devoluta[2]), nos tibi, qui[3]) Johannis episcopi Terracinensis et camere apostolice presidentis ac litterarum apostolicarum scriptoris nepos existis, beneficium predictum [fructus 4 mr.[4])], quovis modo seu adhuc per obitum Henrici Lundt[5]) vacet, dummodo tempore date presentium non sit in eo alicui specialiter jus quesitum, conferimus

---

[1]) II: de Rino

[2]) II: licet quidam Hieronimus (?) Stum (?), qui pro clerico . . . se gerit, nullo titulo saltem canonico sibi desuper suffragante, certum tempus illud detinuerit, prout detinet de presenti, indebite occupatum,

[3]) II: clericus Ispalensis diocesis et [4]) II: 3 mr. [5]) II: Enrici Lundet

et de illo etiam providemus, et nichilominus archiepiscopo Sipontino et preposito b. Marie Stettinensis Caminensis diocesis ac cantori Lubicensis ecclesiarum mandamus, quatenus te vel procuratorem tuum nomine tuo in corporalem possessionem beneficii predicti inducant auctoritate nostra. Datum Rome 9. kal. aprilis anno 3.

Gratis pro sollicitatore.

Reg. Vat. 945 fol. 150; ogsaa (II) Supplik (Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula) i Suppl. 1227 fol. 77 v.

4041. 25. Marts 1506.

Sognepræsten i Hellested Claus Daa faar Tilladelse til i to Aar ikke at lade sig præstevie.

Supplicat Nicolaus Dau clericus Ottoniensis diocesis, magister in artibus et nobilium genere ex utroque parente procreatus, rector ecclesie parrochialis, Helstede vulgariter nuncupate, Roskildensis diocesis et in subdiaconatus ordine constitutus ac in universitate studii alme Urbis actu studens, quatenus secum [ↄ: sibi, ut] in Romana curia vel dicta parrochiali ecclesia aut altero beneficiorum suorum residendo aut in predicto seu generali studio residendo ratione dicte ecclesie vel cuiusvis alterius beneficii † curati seu alias quomodolibet sacros ordines requirentis per eundem pro tempore obtenti seu in posterum obtinendi usque ad biennium a die sibi a jure prefixo computandum ad diaconatus seu presbiteratus ordines se promoveri facere minime teneatur, concedere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat, attento, quod orator est presens in curia Romana. Datum Rome 8. kal. aprilis anno 3.

Suppl. 1226 fol. 170.

4042. 27. Marts 1506.

Paven meddeler Dekanen og Kapitlet i Lübeck, at han i nogle Dage har holdt Provsten i Lübeck Henrik Bockholt tilbage i Rom, for at denne kunde overvære Nedlæggelsen af Grundstenen til den nye Peterskirke; han befaler dem at gøre Regnskab overfor Provsten for Indtægterne af hans Præbende og meddeler, at Henrik snart skal rejse til Tyskland og Danmark i paveligt Ærinde.

Guillermo decano et capitulo ecclesie Lubicensis. Cupientes Henricum prepositum Lubicensem *(Dipl. Norv. XVII, 681—82)*. Datum Rome 27. martii 1506 anno 3.

Arm. 39 vol. 24 fol. 63 v.

4043. **30. Marts 1506.**

Klerken Morten Krabbe fra Viborg Stift faar ny Provision paa Kanonikat og Præbende i Aarhus.

Alias vacantibus canonicatu et prebenda cathedralis ecclesie Arusiensis per obitum Michaelis Magni, Martinus Crabbe clericus Vibergensis diocesis, decretorum doctor ac s. v. familiaris continuus commensalis, de illis auctoritate ordinaria sibi provideri obtinuit, possessione forsan subsecuta. Cum autem dubitet provisionem et inde secuta quecunque viribus non subsistere dictosque canonicatum et prebendam adhuc vacare, supplicat, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] in forma nove provisionis, etiam gratie [etc.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Et cum oportuna gratificatione, quatenus illi locus sit. Datum Rome 3. kal. aprilis anno 3.

Suppl. 1227 fol. 237.

4044. **31. Marts 1506.**

Biskop Ditlev Pogwisch i Slesvig faar Tilladelse til at skaffe sig Relikvier fra Rom til at anbringe i Kapellet i Svavsted.

Cum Detleuus episcopus Slesvicensis pie devotionis affectu pro capella sua in castro Sewanestede dicte sue diocesis, ad quam singularem gerit devotionem, et pro illius ornamento et veneratione aliquas reliquias ex hac alma Urbe deferre sive defferri (!) facere illasque in dicta capella sub congrua reverentia et veneratione, ut futuro frequentes laudes eorum sanctorum cum veneratione celebrent[ur], collocare [cupiat], supplicat igitur, quatenus, . . . ut aliquas reliquias seu ossa sanctorum ex monasterio extra Urbem, de licentia tamen Raphaelis s. Georgii cardinalis [huiusmodi] monasterium in commenda obtinentis, recipere seu recipi et ad partes deferri facere et in dicta capella sub congruis reverentia et honore collocare possit, concedere dignemini. Fiat. J. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Datum Rome pridie kal. aprilis anno 3.

Suppl. 1226 fol. 53 v.

4045. **2. April 1506.**

Klerken Balthasar Sundt fra Slesvig Stift faar et evigt Vikariat i Wismar.

Supplicat Baltazarus Sincht [ɔ: Sundt] clericus Slesvicensis diocesis, quatenus sibi de perpetua sine cura vicaria in parro-

chiali ecclesia s. Georgii Wismariensi Raceburgensis diocesis, per obitum Bertholdi Hiltermann vacante [fructus 4 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome 4. non. aprilis anno 3.

Suppl. 1232 fol. 79 v.

4046. **3. April 1506.**

Klerken Henricus Lund fra Lübeck Stift faar ny Provision paa et evigt Vikariat i Slesvig.

Alias quadam perpetua sine cura vicaria ad altare b. Marie virginis de rosario in ecclesia Slesvicensi vacante, Henricus Luundj clericus Lubicensis ad eandem vicariam auctoritate ordinaria ad presentationem laicorum, de quorum jure patronatus asseritur, fuit institutus, possessione forsan subsequta. Cum autem dubitet premissa ac indesecuta quecunque viribus non subsistere et dictam vicariam adhuc fortasse vacare, supplicat igitur, quatenus sibi de predicta vicaria [fructus 4 mr.] per modum nove aut simplicis provisionis aut alio modo sibi providere dignemini, non obstante jure patronatus, cui pro hac vice placeat derogare. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome 3. non. aprilis anno 3.

Suppl. 1227 fol. 40.

4. April 1506.

Supplik af denne Dato se Nr. 4038 (20. Marts 1506).

4047. **8. April 1506.**

Slesvigkanniken Ditlev Sehested faar Kantoriet sammesteds.

Alias cantoria ecclesie Slesvicensis, que inibi dignitas non tamen maior post pontificalem et ex privilegio apostolico dicte ecclesie concesso electiva existit, per obitum Theodorici Thetens vacante, tunc episcopus et capitulum Slesvicenses Detlieuum Szestede canonicum ipsius ecclesie, de nobili et militari genere ex utroque parente procreatum, in ipsius ecclesie cantorem elegerunt seu etiam eligendam cantoriam huiusmodi ordinaria auctoritate seu vigore indulti huiusmodi sibi contulerunt, possessione subsecuta. Cum autem dictus Detenus (!) dubitet electionem seu collationem predictam viribus non subsistere, supplicat, quatenus sibi de dicta cantoria [fructus 20 mr.] in forma nove vel simplicis provisionis aut nove perinde, prout utilius videbitur,

providere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome 6. id. aprilis anno 3.

Suppl. 1228 fol. 9.

4048. **15. April 1506.**

Klerken Detlevus Langebek fra Bremen Stift faar Sognekirken i Tønning i Slesvig Stift.

Vacante nuper parrochiali ecclesia in Tannegen Slesvicensis diocesis per obitum Nicolai Lanstede, s. v. de illa Detleuo Langenbeke clerico Bremensis diocesis providit. Cum autem dubitet idem Detleuus etiam provisionem huiusmodi cum inde secutis viribus non subsistere dictamque ecclesiam adhuc vacare, supplicat, quatenus sibi ecclesiam ipsam [fructus 4 mr.], sive premisso sive alias quovismodo sive per liberam cessionem cuiusdam Hemingi Widefrunt vacet, conferre et de illa etiam providere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Et in forma † nove provisionis, gratie [etc.]. Datum Rome 17. kal. maji anno 3.

Suppl. 1227 fol. 151 (131).

4049. **15. April 1506.**

Paven befaler Ærkebiskop Birger Gunnersen i Lund at bevæge Kong Hans til at tillade Provsten Henrik Bockholt i Lübeck at samle de Penge, der var indkomne ved Kardinal Raymundus Peraudis Korstogsprædiken, og sende dem til Rom.

Bugerio archiepiscopo Lundensi. Commisimus Henrico preposito Lubicensi, spectate fidei, prudentie et industrie viro, ut pecunias sacri jubilei, que tempore, quo Raymundus tituli s. Marie nove presbiter cardinalis Gurcensis in regno Dacie [fuit], dum ipse legationis apostolice munere fungebatur, a Christi fidelibus collate fuerunt, nomine camere apostolice una cum illa tertia parte, que ipsi cardinali concessa et debita erat, et que post obitum ipsius cardinalis ad eandem cameram legitime est devoluta, colligere debeat, ut prefata camera, que pro defensione christiane reipublice magnas fecit impensas, aes alienum hactenus contractum dissolvere et maiora in dies subsidia ipsi christiane reipublice possit conferre. Quocirca fraternitatem tuam hortamur in domino, ut pro boni prelati officio Joanni Daci[e] etc. regi illustri consulere velis et cum summo studio et affectu hortari, ut huiusmodi pecunias colligi sinat. Qua in re gratissimum deo prestabis obsequium et nobis rem jucundissimam

facies, prout ipse Henricus commissarius noster latius referet, cui fidem prestare velis. Datum Rome die etc.[1])

Arm. 39 vol. 22 fol. 488 v.

4050. **16. April 1506.**

Paven udnævner Provsten Henricus Bockholt i Lübeck til Kollektor i Danmark og Kølns og Bremens m. fl. Provinser af Indtægterne fra Jubelaaret 1500.

Magistro Henrico Bockholt preposito ecclesie Lubicensis, legum doctori, notario nostro ac in regno Dacie necnon Coloniensi et Bremensi provinciis pecuniarum ex jubileo camere apostolice provenientium collectori. Ex fideli sollicita ac diligenti providentia [etc.]. Te igitur pecuniarum ex jubileo per Alexandrum papam VI in regno Dacie ac Coloniensi et Bremensi provinciis etiam Coloniensi, Leodiensi, Trajectensi, Monasteriensi, Osnaburgensi, Mindensi, Bremensi, Lubicensi, Zwerinensi, Ratzeburgensi, Caminensi, Slesvicensis [ɔ: -si], Hildesemensi, Verdensi, Padeburnensi civitatibus et diocesibus concesso et per Raymundum tituli s. Marie nove presbiterum cardinalem, in illis partibus apostolice sedis legatum, de mandato eiusdem predecessoris publicato camere apostolice debitarum collectorem et receptorem tenore presentium deputamus, omnes alios collectores et subcollectores in eisdem regno et provinciis per nos aut alia quacunque auctoritate hactenus deputatos et commissiones super huiusmodi collectorie et subcollectorie officiis aliis quam tibi sub quacumque verborum forma per quoscunque, etiam per gentes dicte camere, factas penitus revocando ac tibi per te vel alios fide et facultatibus idoneos nostro ac dicte camere nomine a quibuscunque personis ad ipsam cameram necnon bone memorie Raymundum tituli s. Marie nove presbiterum cardinalem, tunc in partibus illis dicte sedis legatum, pro portione ex illis sibi concessa pertinentes pro nobis et dicta camera quascunque pecuniarum summas ac quantitates ex dicto jubileo in illis partibus concesso camere ac cardinali prefatis in regno, provinciis, civitatibus et diocesibus predictis debitis [ɔ: -as] sive debendis [ɔ: -as] levandi et illas deponendi sub instrumento manu publici notarii conficiendo penes mercatores fide et facultatibus ydoneos ad effectum, ut eas per similes eorum respondentes [nobis et camere apostolice transmittant et computa][2]) a quibuscun-

---

[1]) Det lige forud staaende Brev har: Datum Rome die 15. aprilis anno 3.

[2]) add. Gz.

que collectoribus, subcollectoribus, receptoribus, commissariis, nuntiis et officialibus super pecuniariis huiusmodi deputatis et deputandis seu personis aliis exigendi, revidendi, audiendi et examinandi ipsosque ad huiusmodi computa reddenda, si opus fuerit, auctoritate nostra appellatione postposita compescendi, contradictores quoslibet et rebelles, cuiuscunque status fuerint, etiam si pontificali vel alia quavis prefulgeant dignitate, auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam, bonorum sequestrationem, personarum arrestationem aliaque juris remedia appellatione postposita compescendi necnon excommunicationis sententias et alias censuras ecclesiasticas in eos vel alios non solventes tibi aut tuis deputatis et deputandis dictas pecuniarum summas et quantitates eidem camere debitas, ut prefertur, vel te aut tuos deputatos seu deputandos, directe vel indirecte, publice vel occulte, quovis quesito colore perturbantes et impedientes seu tibi vel deputatis aut deputandis predictis in aliquo injuriantes tuo et dicte camere nomine promulgandi et promulgatas, si eorum contumacia exegerit, quotiens opus fuerit, aggravandi et reaggravandi et alias ipsos ad comparendum personaliter coram nobis vel camerario aut etiam[1]) locumtenente infra certum terminum competentem per te vel ipsos assignandum citandi et, si opus fuerit, auxilium brachii secularis, etiam ordinum et religiosorum quorumcunque ac personarum ecclesiasticarum exemptarum et non exemptarum, invocandi, sententias quoque excommunicationis, suspensionis et interdicti contra non obedientes, rebelles et contumaces tam per te quam a te deputatos et deputandos latas et ferendas[2]), cum ad obedientiam debitam devenerint, tollendi ac suspendendi ipsosque pro modo culpe eis injuncta penitentia salutari et aliis, que de jure fuerint injungenda, auctoritate nostra in forma ecclesie consueta absolvendi et cum eis super irregularitate, si quam sic ligati, non tamen in contemptum clavium, celebrando divina seu illis se immiscendo contraxerint, eadem auctoritate nostra dispensandi et eos habilitandi [plenam potestatem tribuendo][3]), non obstantibus Bonifacii VIII de una et duabus dietis in concilio generali editis constitutionibus et ordinationibus contrariis quibuscunque, ita tamen, quod in huiusmodi pecuniarum summis persolvendis ultra annuam dilationem dare nequeas, et quod in singulis civitatibus et diocesibus infra tuam collectoriam consistentibus, si sint ample,

---

[1]) eius Gz. [2]) Cod. ferendas et [3]) add. Gz.

unum, si vero parve fuerint, in duabus etiam ultra unum dumtaxat subcollectorem non deputes illiusque ac singulorum subcollectorum nomina et cognomina statim, cum illos deputaveris, nobis et camerario nostro vel eius locumtenenti seu gentibus dare et destinare non negligas, et quod singulis annis de receptis et gestis per te in huiusmodi collectorie officio rationem et computa reddere tenearis, necnon, quicquid te in predictis recipere contigerit, per litteras cambii vel alium tutum modum nobis vel dicto camerario aut locumtenenti seu gentibus antedictis, quamtocius commode poteris, transmittere non postponas. Volumus autem, quod, antequam huiusmodi officium exercere incipias, in manibus Raphaelis episcopi Albanensis cardinalis s. Georgii camerarii nostri fidelitatis debite in forma solita prestes juramentum ipsique per te deputandi subcollectores illud idem in manibus tuis facere teneantur . . .; ceterum, quod difficile foret presentes litteras ad singula, in quibus de eis forsan fides esset facienda, loca deferre, volumus et apostolica auctoritate decernimus, quod earum transsumpto manu publici notarii subscripto ac sigillo alicuius prelati communito[1]) fides in judicio et extra perinde adhibeatur, ac si presentes littere ibi forent exhibite vel ostense. Datum Rome 16. kal. maji anno 3. *De curia.*

Reg. Vat. 989 fol. 131 v.

4051. **[18. April 1506.]**

Paven anmoder Kong Hans om at være den pavelige Kommissær, Provst Henrik (Bockholt) i Lübeck behjælpelig med at inddrive de Penge, som den afdøde Kardinal Raymundus (Peraudi) havde indsamlet i Norden under sin Prædiken af Jubelafladen. Pengene skal anvendes til at betale den Gæld, Pavestolen har paadraget sig ved Kampen mod Tyrkerne.

Joanni regi Dacie. Immanissima illa pericula *(Dipl. Norv. VI, 675—76; Reg. *9097).* Datum Rome die [18. aprilis 1506 pontificatus anno 3][2]).

Arm. 39 vol. 22 fol. 493.

4052. **[18. April 1506.]**

Paven opfordrer Hertug Bugislav af Pommern (og mange andre, deriblandt Hertug Frederik og Biskoppen af Slesvig) til at hjælpe Provsten Henrik Bockholt i Lübeck med at inddrive den ene Trediedel af de Penge, der var indkomne i Tyskland i Jubelaaret 1500.

[1]) Cod. cui merito [2]) Om samme Æmne ogsaa Brev til Provsten i Lübeck med Datoen 18. April.

Bigslavo duci Pomeranie. Commisimus Henrico preposito Lubicensi, cuius nobis fides, prudentia, integritas et in rebus agendis dexteritas est perspecta, ut tertiam illam partem pecuniarum sacri jubilei, que bone memorie Raymundo tituli s. Marie nove presbitero cardinali Gurcensi, tunc in Germania apostolice sedis legato, concessa et debita erat camere apostolice nomine, ad quam post obitum dicti cardinalis huiusmodi tertia pars legitime est devoluta, colligat atque exigat nonnullaque alia faciat, que in nostris tam sub plumbo quam in forma brevis litteris super hoc ipsi preposito concessis plenius sunt expressa. Quocirca nobilitatem tuam hortamur in domino et paterne requirimus, ut pro tua solita ad deum sanctamque hanc sedem apostolicam pietate eidem Henrico commissario nostro omnes opportunos favores prebere velis pro faciliori executione mandatorum nostrorum, ut christiana relligio, que a perfidis Turcis et aliis infidelibus prohdolor laceratur et carpitur, aliquale subsidium ex ipsa pecunia consequi possit; id si nobilitas tua fecerit, ut speramus, in deo salvatore nostro Jesu Christo, cuius causa agitur, temporalia et eterna premia consequetur et a nobis sanctaque hac apostolica sede uberem commendationem et gratiam. Datum Rome die . . . . .

Simile Nobili viro Federico duci Holtzatie.
Episcopo Traiectensi.
— Slesvicensi.
Capitulo et consulatui Trajectensi.
— - — Daventriensi.
Consulatui Groninghen.
— Swolle.
— Campensi. } Restant ista duo.
— Sundensi. }

Arm. 39 vol. 22 fol. 493 v.

4053. **20. April 1506.**

Paven udsteder Pas og Anbefalingsskrivelse for Provsten Henrik Bockholt i Lübeck med 10 Ledsagere, som han udsender til Danmark og nogle Dele af Tyskland.

Universis, ad quos presentes pervenerint. Cum in presentiarum *(Dipl. Norv. XVII, 682).* Datum Rome 20. aprilis 1506 pontificatus anno 3.

Arm. 39 vol. 24 fol. 144 v.

4054. **20. April 1506.**

Præsten Jens Holtsen fra Odense Stift faar et evigt Vikariat i Haderslev.

Cum perpetua sine cura vicaria ad altare s. Trinitatis sita in collegiata ecclesia b. Marie Aderslevensi[1]) Slesvicensis diocesis alias per liberam resignationem Nicolai Zoest clericus [ɔ: -ci] dicte diocesis in partibus coram notario publico et testibus sponte factam vacet, supplicat igitur Johannes Kolczen presbiter Ottoniensis diocesis, quatenus sibi de dicta vicaria [fructus 2 mr.] in forma simplicis aut nove provisionis, gratie [etc.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Et cum expressione juris patronatus laicorum, si quod sit, cui in casum devolutionis derogare placeat in totum, alias pro medietate. Datum Rome 12. kal. maji anno 3.

Suppl. 1230 fol. 280 v.

4055. **29. April (10. Maj) 1506.**

Præsten Jens Didriksen fra Slesvig Stift faar Kanonikat og Præbende i Haderslev.

Alias canonicatu et prebenda in collegiata ecclesia b. Marie Hadersleuensi Slesvicensis diocesis per liberam resignationem Johannis de Aleueld in partibus defuncti [factam][2]) et per ordinarium collatorem admissam vacantibus, fuit de illis Johanni Theo[3]) presbitero Slesvicensis diocesis eadem auctoritate ordinaria provisum, possessione illorum subsecuta. Cum autem dubitet premissa et inde secuta viribus forsan minime subsistere dictosque canonicatum et prebendam adhuc forsan vacare, supplicat, quatenus huiusmodi canonicatum et prebendam [fructus 4 mr.] eidem oratori de novo conferre ac de illis providere etiam per viam simplicis provisionis, quatenus opus sit, dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Et in forma nove † provisionis, gratie [etc.] et cum oportuna expressione illius vel illorum, in cuius vel quorum manibus huiusmodi resignatio et admissio ac collatio facta sit, et cum derogatione statutorum etiam juramento firmatorum. Datum Rome 3. kal.[4]) maji anno 3.

Suppl. 1231 fol. 27 og (II) fol. 101 v.

---

[1]) Cod. ac Aderslevensi [2]) II: factam [3]) II: Theoderici
[4]) II: 6. id.

4056. **30. April 1506.**

Paven tilstaar Plenaraflad til dem, der paa den Dag, da Biskop Iver Munk læser sin første Messe, besøger Ribe Domkirke og ofrer noget til Vedligeholdelse af Kirken. Bullen gælder kun denne ene Gang.

Iwaro Munck episcopo Ripensi. Quoniam nil nobis gratius acceptiusque accidere potest *(Pontoppidan, Ann. eccl. Dan. II, 730; Reg. 5332*).* Datum Rome sub annulo piscatoris die ultima aprilis anno 1506 pontificatus anno 3.

10. Maj 1506.

Se Suppliken Nr. 4055 (29. April 1506).

4057. **11. Maj 1506.**

Klerken Carstinus Gudmahe (?) fra Rheims Stift faar et evigt Vikariat i Haderslev.

Cum perpetua sine cura vicaria ad altare s. Trinitatis sita in collegiata ecclesia b. Marie virginis Hedreslene Slesvicensis diocesis alias per liberam resignationem Nicolai Szosth clerici dicte diocesis in partibus coram notario publico et testibus sponte factam vacent [ɔ: -cet], supplicat igitur Carstinus Gudmahe clericus Remensis diocesis, quatenus sibi de dicta vicaria [fructus 2 mr.] in forma simplicis aut nove provisionis, gratie [etc.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome 5. id. maji anno 3.

Suppl. 1230 fol. 211.

4058. **11. Maj 1506.**

Klerken Hermannus Fummelenn fra Paderborn Stift faar Kanonikat og Præbende i Slesvig.

Cum canonicatus et prebenda ecclesie Selsinicensis [ɔ: Slesvicensis], quos Benedictus de Aleueld olim obtinuit, vacent ad presens et tanto tempore vacaverint, quod eius [ɔ: eorum] collatio juxta Lateranensis statuta concilii est ad sedem apostolicam devoluta, supplicat Hermannus Fummelenn Paderberniensis diocesis clericus, s. v. parafrenarius et familiaris continuus commensalis, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.], quovis modo sive adhuc per eiusdem Benedicti extra Romanam curiam defuncti aut Henrici Greno aut Cesarii Hinxtebergh vel Hermandi Chollebranth in dicta curia vel extra eam respective defunctorum obitus aut forsan ipsorum vel aliquorum eorum adhuc nunc in humanis agentium juris vel concessionis gratie cessionem etc. in manibus s. v. vel alterius Romani pon-

tificis sponte factam et admissam vacent, conferre et de illis etiam providere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome 5. id. maji anno 3.

Suppl. 1230 fol. 210 v.

4059. **12. Maj 1506.**

Klerken Henricus Stakensinder fra Bremen Stift faar Kanonikat og Præbende i Slesvig.

Alias canonicatu et prebenda in chathedrali ecclesia Slesvicensi per obitum Joannis de Aleuels vacantibus, fuit de illis Henrico Stakensinder clerico Bremensis diocesis auctoritate ordinaria provisum, possessione illorum subsecuta. Cum autem dubitet premissa cum inde secutis viribus forsan minime subsistere dictosque canonicatum et prebendam adhuc fortasse vacare, supplicat igitur, quatenus huiusmodi canonicatum et prebendam [fructus 4 mr.], sive adhuc per dicti Joannis vel Henrici Collebrant in dicta curia et extra eam respective defunctorum obitum seu alias quovis modo, etiam si per eiusdem (!) Henrici Stradeners resignationem aut alias, vacent, eidem oratori de novo conferre ac de illis providere etiam per viam simplicis provisionis, quatenus opus sit, dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. In forma nove aut simplicis provisionis etiam si neutri [etc.]. Datum Rome 4. id. maji anno 3.

Suppl. 1231 fol. 320 v (= 299 v).

4060. **12. Maj 1506.**

Viborgkanniken Jens Mikkelsen faar Fritagelse for at residere ved Embedet.

Supplicat Joannes Michaelis, artium magister, canonicus ecclesie Vibergensis, quatenus secum (!), ut una cum canonicali portione [predicta][1]) omnes fructus etc. quorumcunque beneficiorum cum cura et sine cura, que obtinet et obtinebit in posterum, etiam si qualificata fuerint, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, quoad vixerit, in Romana curia vel altero beneficiorum suorum residendo aut litterarum studio in loco, ubi illud vigeat generale, insistendo percipere libere valeat et ad residendum interim in eisdem minime teneatur, etiam (!) concedere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome 4. id. maji anno 3.

Suppl. 1230 fol. 69 v.

[1]) Cod. portione concedere ut omnes

4061. **16. Maj 1506.**

Klerken Claus Soest fra Slesvig Stift faar evige Vikariater i Lübeck og Grevesmülen i Ratzeburg Stift samt i Wismar, fritages for at residere ved Embederne og faar Tilladelse til med disse at forene 4 andre Embeder.

Cum Johannes Parper, perpetuus vicarius in ecclesia Lubicensi, unam in predicta et aliam in parrochiali Greuesmolen Ratzeburgensis diocesis ecclesiis perpetuas sine cura vicarias, quas obtinet, in manibus s. v. sponte resignet, ipseque Johannes, cui nuper de quadam alia perpetua etiam sine cura vicaria in ecclesia s. Nicolai Wisermariensi Ratheburgensis diocesis, per obitum Theoderici Tetensse vacante, auctoritate apostolica concessum fuit provideri, concessioni gratie huiusmodi, litteris desuper non confectis, in eisdem manibus sponte cedat, supplicat igitur Nicolaus Post (!) clericus Glessensis (!) diocesis, [qui] Galeotti tituli s. Petri ad Vincula presbiteri cardinalis s. Romane ecclesie vicarii familiaris continuus commensalis fuit, quatenus resignationem huiusmodi admittentes sibi dictas vicarias [fructus insimul 4 mr.] conferre et de illis etiam providere secumque, ut quecunque duo curata seu alias invicem incompatibilia ac quecunque alia duo sub singulis tribus tectis consistentia dissimilia aut simplicia similia alias se invicem compatientia beneficia recipere et insimul, quoad vixerit, retinere cum clausula permutandi totiens quotiens etiam libere valeat, dispensare sibique, ut, quoad vixerit, in Romana curia vel altero beneficiorum suorum residendo seu litterarum studio in loco, ubi illud vigeat generale, insistendo fructus beneficiorum suorum percipere valeat et ad residentiam in eisdem minime teneatur, indulgere dignemini. Fiat. J. Et exprimi possit, si ex soluto et soluta procreatus defectum patiatur natalium. Datum Rome 17. kal. junii anno 3.

Suppl. 1230 fol. 209.

4062. **16. Maj 1506.**

Haderslevkanniken Johan Wulf faar Dispensation til at forene to ellers uforenelige Embeder samt to Embeder i samme Kirke, fritages for at residere og faar Tilladelse til at ombytte sine nuværende Embeder med andre.

Supplicat Joannes Wulff canonicus collegiate ecclesie b. Marie virginis Hadersleuensis Slesvicensis diocesis, presens in Romana curia, quatenus secum, ut quecunque duo curata seu alias incompatibilia necnon quecunque duo alia dissimilia aut sim-

plicia similia sub singulis tribus et eisdem tectis consistentia invicem et cum predictis incompatibilibus compatientia beneficia, si sibi alias canonice conferantur . . . ., recipere et insimul, quoad vixerit, cum clausula permutandi totiens quotiens etc. retinere libere possit, [dispensare][1]) et etiam eidem oratori, ut, quoad vixerit, in Romana curia vel altero beneficiorum suorum, que optinet aut in posterum obtinebit, residendo seu litterarum studio in loco, ubi illud vigeat generale, insistendo fructus etc. quorumcunque beneficiorum suorum, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, libere percipere valeat et ad residendum interim in eisdem minime teneatur, concedere sibique predicta[2]) et quevis alia per eum in posterum consequenda beneficia simpliciter vel ex causa permutationis cum quibusvis personis secum permutare volentibus pro quibuscunque aliis beneficiis in locorum ordinariorum vel aliarum personarum in dignitate ecclesiastica constitutarum manibus apostolice sedis aut cuiusvis alterius licentia minime requisita resignandi ac ordinariis et personis in dignitate ecclesiastica constitutis resignationem huiusmodi auctoritate apostolica recipiendi necnon alia, que orator simpliciter idoneis personis per eum nominandis, etiam quecunque beneficia obtinentibus et expectantibus, que vero ex causa permutationis eisdem compermutantibus personis, et que ipse compermutantes persone resignaverint, beneficia huiusmodi, dummodo dignitates maiores et principales ac compermutantium beneficia huiusmodi dispositioni apostolice generaliter reservata non existant, prefato oratori conferendi et de illis etiam providendi omniaque circa premissa necessaria et opportuna faciendi et exigendi licentiam concedere dignemini, non obstantibus quibusvis de familiarium continuorum commensalium s. v. ac aliis quibuscunque beneficiis per s. v. et sedem apostolicam factis et fiendis reservationibus ac affectionibus generalibus vel specialibus, eisdemque [ↄ: etiam si] ipse orator in ecclesiis sive locis huiusmodi primam non fecerit residentiam personalem consuetam, ac generalis consilii (!) necnon Bonifacii pape VIII, per quam concessiones huiusmodi sine prefinitione temporis prohibentur, et aliis constitutionibus. Fiat. J. Dummodo due dignitates aut duo canonicatus et prebende non forent. Datum Rome 17. kal. junii anno 3.

Suppl. 1231 fol. 101.

---

[1]) add. Gz. [2]) Gz. — Cod. ut predicta

4063. **19. Maj 1506.**

Lægmanden Evert Hockel fra Husum faar Tilladelse til at hente Relikvier fra Klostret Tre Fontane.

Cum Euert Hockel laicus oppidi Husen Slesvicensis diocesis ex magno devotionis fervore, quem ad undecim millium [ↄ: millia] martirum et alios Christi sanctos gerit comprobatum, cupiat et summopere desideret ex dictorum undecim milium martirum reliquiis in monasterio s. Anastasii de Tribus Fontanis extra muros Urbis [existentibus][1], si sibi concedantur, ad partes deferre et in aliquo loco † pro [ↄ: pio] humi ferre, imponere et mandare, quod id facere nequit obstantibus censuris et penis, nisi prius licentia s. v. obtenta, supplicat igitur, quatenus sibi, ut de dictis reliquiis undecim milium martirum in[2]) dicto monasterio existentibus, si sibi per Raphaelem episcopum Albanensem s. Romane ecclesie camerarium ac gubernatorem et priorem ipsius monasterii concedantur, ad partes secum deferre et in aliqua ecclesia seu aliquo pio loco per eum eligendo humi ferre, mandare et imponere et, si magis placuerit, secum retinere absque alicuius sententie excommunicationis incursu libere possit, licentiam concedere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Datum Rome 14. kal. junii anno 3.

Suppl. 1231 fol. 127 v.

4064. **23. Maj 1506.**

Lægmanden Evert Hockel fra Slesvig Stift faar tilstaaet Aflad til dem, der paa bestemte Dage besøger et af ham grundlagt Alter i Husum.

Cum Euert Hockel laicus Slesvicensis diocesis, de propria salute recogitans ac cupiens terrena in celestia et transitoria in eterna felici commercio convertere, desideret de bonis sibi a deo collatis quandam perpetuam sine cura vicariam in parrochiali ecclesia b. Marie virginis in opido Husen dicte diocesis construi facere ac illam de bonis huiusmodi dotare, ut igitur ipsa capellania, postquam constructa fuerit, congruis frequentetur honoribus ac Christi fideles libentius devotionis causa confluant ad eandem, supplicat, quatenus omnibus Christi fidelibus utriusque sexus vere penitentibus et confessis, qui capellaniam ipsam, postquam constructa et erecta et dotata fuerit, in tribus festivitatibus seu diebus in litteris exprimendis devote visitaverint

[1]) add. Gz. [2]) Gz. — Cod. ac in

annuatim et pro manutentione et reparatione eiusdem ac illius ornamentorum manus porrexerint adjutrices, singulis videlicet festivitatibus seu diebus huiusmodi, quibus id fecerint, septem annos et totidem quadragenas de injunctis eis penitentiis relaxare dignemini. Fiat. J. Datum Rome 10. kal. junii anno 3.

Suppl. 1231 fol. 152 v.

4065. **26. Maj 1506.**

Paven befaler Biskoppen i Terracina, Dekanen i Waren og Officialen i Lübeck at overdrage Kanonikat og Præbende i Slesvig til Præsten Johan Wulf fra Slesvig Stift.

Episcopo Terracinensi et decano ecclesie Warmiensis ac officiali Lubicensi. Vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque canonicatus et prebenda ecclesie Slesvicensis, quos Theodoricus Thetens obtinebat, per obitum dicti Theodorici vacent, nos, in quorum manibus magister Petrus Wolkow clericus Caminensis diocesis, litterarum apostolicarum scriptor et abbreviator ac familiaris noster, cui alias de dictis canonicatu et prebenda, sub data videlicet 8. kal. jan. anno 3, concessimus provideri, concessioni gratie huiusmodi litteris apostolicis desuper non confectis hodie sponte cessit, quique cessionem prefatam duximus admittendam, volentes Johanni Wolff presbitero Slesvicensis diocesis gratiam facere specialem, discretioni vestre etc. mandamus, quatenus canonicatum et prebendam predictos [fructus 4 mr.] prefato Johanni auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome 7. kal. junii anno 3.

T. XX. kal. junii anno 3. de Cuppis.
Reg. Lat. 1179 fol. 244.

4066. **26. Maj 1506.**

Klerken Petrus Wolkow fra Cammin Stift, som er Kurial, og Præsten Johan Wulf fra Slesvig Stift faar Tilladelse til at ombytte deres Embeder, saaledes at Petrus Wolkow faar et Vikariat i Slesvig, Johan Wulf Kanonikat og Præbende sammesteds.

Cum magister Petrus Wolkow clericus Caminensis diocesis, s. v. familiaris, litterarum apostolicarum scriptor et earundem abbreviator, cui nuper e. s. v. de certis canonicatu et prebenda ecclesie Slesvicensis, tunc per obitum Theoderici Thetens vacantibus, provideri concessit, et Johannes Wulff presbiter Slesvicensis diocesis et vicarius ad altare s. Michaelis et omnium apostolorum situm in ecclesia Slesvicensi, Petrus videlicet omni juri sibi in dictis canonicatu et prebenda competenti, litteris

desuper non confectis, in manibus s. v. cedere et Johannes vicariam huiusmodi, quam possidet, in eisdem manibus s. v. similiter sponte via permutationis respective resignare proponant, supplicant igitur, quatenus, resignationem huiusmodi admittentes, Johanni videlicet de antedictis canonicatu et prebenda seu jure huiusmodi [fructus 4 mr.] et Petro de dicta vicaria [fructus similiter 4 mr.] via provisionis huiusmodi respective transponende providere dignemini, dicte ecclesie Slesvicensis statutis etiam juramento etc. roboratis necnon fundatione antedicte vicarie, in qua, ut [ab] aliquibus asseritur, inter alia caveri dicitur expresse, quod eam pro tempore [obtinens] in sacerdotio ibidem debeat esse constitutus et in eadem personaliter residere, quibus omnibus pro hac vice, illis tamen alias in suo robore duraturis, attento quod tam Petrus[1]) in exercitio dictorum suorum officiorum constitutus quam etiam Johannes oratores prefati in eadem curia residentiam faciant personalem, specialiter et expresse, quatenus opus sit, derogare placeat, ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Et quod littere super premissis simul vel seorsim expediri possint. Datum Rome 7. kal. junii anno 3.

Suppl. 1230 fol. 293 v.

4067. **27. Maj 1506.**

Klerken Jens Sørensen fra Ribe Stift faar Dispensation til at modtage og beholde to ellers uforenelige Embeder.

Supplicat Johannes Seuerini clericus Ripensis diocesis, in artibus magister, quatenus secum, ut quecunque duo curata seu [alias][2]) incompatibilia beneficia, si sibi alias canonice conferantur . . . ., recipere et insimul, quoad vixerit, cum clausula permutandi totiens quotiens etc. retinere libere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome 6. kal. junii anno 3.

Suppl. 1233 fol. 3.

4068. **29. Maj 1506.**

Klerken Morten Krabbe fra Viborg Stift faar Tilladelse til at faa Relikvier fra Tre Fontane og Køln.

[1]) Cod. in exercitio constitutus quam etiam et (!) in eadem personaliter residere quibus omnibus pro hac vice illis tamen alias in suo robore d[ur]aturis attento quod tam Petrus [2]) add. Gz.

Supplicat Martinus Crano (!) [clericus] Vibergensis diocesis, decretorum doctor, s. v. familiaris continuus commensalis, quatenus sibi, ut ex monasterio Trium Fontium extra Urbem de licentia cardinalis s. Georgii, id monasterium in commendam obtinentis, necnon ex civitate Coloniensi alia[s] sacras reliquias sive ossa per quascunque personas extrahere et illas et illa ad regnum Dacie deferri [ɔ: -re] et in aliquo loco sive locis cum debitis reverentia et honore collocare, ac eisdem personis, ut huiusmodi reliquias eidem oratori dare et concedere libere et licite valeant, licentiam concedere dignemini . . . Concessum. P. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome 4. kal. junii anno 3.

Suppl. 1232 fol. 47 v.

4069. **2. Juni 1506.**

Paven befaler Officialen i Viborg at overdrage Kanonikat og Præbende der til Præsten Niels Jensen, som allerede havde faaet dem tildelt af Biskoppen.

Officiali Vibergensi. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Nicolai Johannis presbiteri Vibergensis diocesis petitio continebat, quod olim, canonicatu et prebenda ecclesie Vibergensis, quos Benedictus Kanuti obtinebat, vacantibus, modernus episcopus Vibergensis seu habens ad id ab eo specialem per eius litteras facultatem illius vigore eius vicarius in spiritualibus generalis dictos canonicatum et prebendam eidem Nicolao ordinaria auctoritate contulit et de illis etiam providit, ipseque Nicolaus collationis et provisionis earundem vigore dictos canonicatum et prebendam existit assecutus. Cum autem dubitet collationem et provisionem predictas viribus non subsistere, et dicti canonicatus et prebenda adhuc vacare noscantur, nos, volentes prefatum Nicolaum favore prosequi gratioso, discretioni tue mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem eundem Nicolaum ad hoc idoneum esse reppereris, dictos canonicatum et prebendam [fructus 4 mr.], dummodo tempore date presentium non sit in eis alicui specialiter jus quesitum, eidem Nicolao auctoritate nostra conferas. Datum Rome 4. non. junii anno 3.

B. XX. 17. kal. aug. anno 3. Bolis.
Reg. Lat. 1182 A fol. 320.

4070. **8. Juni 1506.**

Ærkedegnen Morten Krabbe i Aarhus, som er Kurial, faar motu proprio Lov til, under en Rejse til Danmark, i eet Aar at beholde de samme Privilegier som de andre continui commensales.

Cum Martinus Crabbi archidiaconus et canonicus ecclesie cathedralis Arusiensis, decretorum doctor, noster familiaris continuus commensalis, de nobili militari genere ex utroque parente procreatus, pro nonnullis suis peragendis negotiis a Romana curia se absentare intendat et ad partes transferre et in aliquo beneficiorum suorum residere intendit (!), et ab aliquibus nimium curiose revocetur in dubium, an huiusmodi absentia durante familiaritas ipsa cessarit et in assecutione beneficiorum etiam in munere gratie expectative sibi per nos concesse commend[as] omnes acceptand[i] omnibus privilegiis, quibus ceteri familiares nostri continui commensales insistentes nostris servitiis gaudent et in tinello nostro continuo commedentes (!), minime gaudere possit et debeat, ad huiusmodi dubium tollendum motu proprio tenore presentium decernimus ac dicto Martino concedimus, familiaritatem ipsam propter eiusdem Martini hinc ad unum annum a data presentium computandum a Romana curia absentiam non cessare neque cessaturam esse, sed Martinum eo durante termino absentie semper reputari debere, prout ex nunc reputamus, nostrum verum et sine fictione familiarem continuum commensalem seque talem in litteris apostolicis, gratiis seu instrumentis insequen[tibus] nominari debere et posse, ipseque Martinus in assecutione beneficiorum predictorum premissisve omnibus indultis, quibus alii familiares nostri continui commensales obsequiis nostris continuo insistentes de dicta exemptione gaudent et gaudere poterunt in futurum, gaudere possit sua absentia predicta [non obstante] libere in omnibus, perinde ac si in dicta curia presens fuerit exequiis [ɔ: obsequiis] nostris personaliter et continuo insistendo et in tinello nostro continuo commedit [ɔ: comedendo], voluntate ac motu et scientia similibus decernentes, sic per quoscunque palatii apostolici auditores commissarios et s. Romane ecclesie cardinales in quibusvis causis tam contra ipsum Martinum quam per ipsum Martinum contra quoscunque movendis et in quibusvis instantiis sententialiter judicari et interpretari, necnon ipso Martino, ut huiusmodi sua absentia durante quecunque beneficia sub dicta sua gratia expectativa per nos sibi concessa comprehensa per annum huiusmodi ad hoc ipsi constitutum in eadem curia presens acceptare et de illis sibi provideri facere acceptationemque et provisiones huiusmodi infra auditoria publica litteris predictis infra tempus in quavis causa infra normam prefix[um] publicari facere libere valeat, perinde ac si ipse Martinus in eadem curia

presens et residens esset, concedimus. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Datum Rome 6. id. junii anno 3.

Suppl. 1232 fol. 332 (= 290).

4071. **9. Juni 1506.**

Dronning Christine faar bevilget Aflad til dem, der paa visse Fester besøger Claraklostret i København, som hun nylig har ladet opføre.

Exponitur pro parte Cristine Dacie Svecie etc. regine, quod ipsa pia devotione ducta nuper monasterium monialium s. Clare in oppido Huffnensi (!) Roskildensis diocesis dicti regni Dacie suis sumptibus erexit et construi fecit, et propterea permaxime cupit ob suam et monialium, quas in eodem monasterio sub regula b. Clare introduci fecit, ac populi ad ecclesiam ipsius monasterii pia devotione concurrentis [salutem] omnibus Christi fidelibus ad monasterium predictum accedentibus de aliquali peccatorum suorum remissione indulgeri. Supplicat igitur prefata regina, quatenus omnibus Christi fidelibus utriusque sexus, qui in nativitatis et resurrectionis domini nostri Jesu Christi ac in annuntiationis et assumptionis b. Marie virginis et s. Clare festivitatibus ecclesiam dicti monasterii vere penitentes et confessi visitaverint . . ., [ut][1]) viginti annos et totidem quadragenas suorum peccatorum pro qualibet earundem festivitatum indulgentiam et remissionem consequantur, [concedere] dignemini. Fiat. J. Et de indulgentia ad decem annos. Datum Rome 5. id. junii anno 3.

Suppl. 1233 fol. 174.

4072. **9. Juni 1506.**

Dronning Christine faar Tilladelse til at skaffe Relikvier fra Køln til Claraklostret i København; Ansøgningen gjaldt ogsaa Relikvier fra andre Steder i Tyskland, men dette bevilgedes ikke.

Exponitur pro parte Cristine Dacie Svecie etc. regine, quod [. . cupit *som i foregaaende Brev til* concurrentis] ecclesiam predictam aliquibus sanctissimis reliquiis sanctorum decorare. Supplicat igitur, quatenus sibi, ut quascunque sanctas reliquias in civitate Coloniensi vel quocunque alio loco totius Germanie existentes, quas nuntiis et procuratoribus suis per prelatos ecclesiarum vel alios, ad quos spectabit, tradi continget, recipere et

[1]) add. Gz.

ad monasterium predictum cum debita reverentia transferre et ibidem locare absque alicuius conscientie scrupulo possit, concedere dignemini. Fiat de concessu Julii. Et per breve s. v. et de facultate predicta quoad reliquias undecim milium et (!) virginum Colonie existent[es] dumtaxat. Datum Rome 5. id. junii anno 3.

Suppl. 1233 fol. 174.

4073. **17. Juni 1506.**

Paven befaler Officialen i Bremen at overdrage Ærkedegneembedet i Ribe til Kantoren Vilhelm Schrøder i Haderslev, som er præsenteret dertil af Kong Hans, og fritage ham for at residere ved Kantoriet.

Officiali Bremensi. Dignum etc. Cum itaque archidiaconatus ecclesie Ripensis, qui inibi dignitas maior post pontificalem et de jure patronatus Johannis regis Dacie ex privilegio apostolico, cui hactenus in aliquo derogatum non est, existit, et quem Gasper Andree obtinebat, per obitum eiusdem Gasparis vacet, nos, volentes Guillhelmum Scroder cantorem ecclesie Haderslevensis Slesvicensis diocesis, quem dictus Johannes rex ad archidiaconatum predictum per eius patentes litteras nobis presentavit, quique canonicatum et prebendam et, que inibi officium sine cura existit, canonicatum [ɔ: cantoriam] dicte ecclesie Haderslevensis inter alia obtinet, favore prosequi gratioso, discretioni vestre [ɔ: tue] mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem eundem Guillhelmum ad hoc ydoneum esse repperietis [ɔ: -ries], archidiaconatum predictum, cui cura etiam jurisdictionalis imminet animarum [fructus 4 mr.], eidem Guillhelmo auctoritate nostra conferre curetis [ɔ: cures]. Nos enim, qui accepimus, quod in statutis et consuetudinibus dicte ecclesie Haderslevensis caveatur expresse, quod cantoriam ac canonicatum et prebendam predictos obtinens personalem residentiam in eadem ecclesia Haderslevensi facere teneatur, eidem Guillhelmo, ut una cum dicto archidiaconatu, si sibi vigore presentium conferatur, cantoriam ac canonicatum et prebendam predictos retinere libere valeat, quodque residendo in altero beneficiorum suorum apud dictam ecclesiam Haderslevensem residere minime teneatur, [concedimus][1]. Datum Rome 15. kal. julii anno 3.

T. XL. 11. kal. jan. anno 4. de Cuppis.
Reg. Lat. 1180 fol. 311 v.

[1]) add. Gz.

4074. **5. Juli 1506.**

Paven giver Ærkebiskoppen og Dekanen i Lund eller den ene af dem Befaling til at tvinge Biskoppen i Viborg til at betale Clara-Søstrene i København en Sum Penge, han var dem skyldig.

Archiepiscopo Lundensi ac decano ecclesie Lundensis vel eorum alteri. Pro parte sororum et conventus domus s. Clare oppidi Haffnensis ordinis eiusdem sancte Roskildensis diocesis nobis nuper expositum fuit, quod, licet modernus episcopus Vibergensis eis in certa pecuniarum summa ex rationabilibus causis obligatus sit, tamen idem episcopus eis de illa hactenus satisfacere pertinaciter denegavit et denegat. Quapropter eis de justitie remedio desuper provideri nobis supplicarunt. Nos igitur, qui pro debito pastoralis officii omnibus sumus justitie debitores, discretioni vestre mandamus, quatenus, quotiens super hoc [pro] earundem sororum parte fueritis requisiti, vocato [ɔ: -is] dicto episcopo et aliis, qui fuerint evocandi, causas, quas sorores predicte contra eundem episcopum super eadem pecuniarum summa habent habereque intendunt, cum omnibus illarum incidentiis, emergentiis, dependentiis, annexis et connexis, summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura judicii, sola facti veritate inspecta audiatis, cognoscatis et fine debito terminetis, facientes, quod decreveritis, per censuram ecclesiasticam firmiter observari, dantes vobis facultatem eundem episcopum in civitate Vibergensi et extra eam citandi et ei ac omnibus, quibus opus fuerit, inhibendi non obstante Bonifacii pape VIII de una et generalis concilii de duabus dietis et aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis . . . Datum Rome die 5. julii anno 3.

Brev. Lat. 4 fol. 347 v.

4075. **6. Juli 1506.**

Optegnelse om, at Biskop Johannes (Galves) i Terracina afstaar Dekanat, Kanonikat og Præbende i Ribe til Fordel for sin familiaris, Klerken Zutfeld Wardenberg fra Schwerin Stift.

Die 6. julii 1506 Johannes episcopus Terracinensis, cui alias de decanatu ecclesie Ripensis, qui inibi dignitas non tamen maior existit, necnon canonicatu et prebenda eiusdem ecclesie ac de duobus simplicibus beneficiis, uno videlicet in Slesvicensi ac altero in parrochiali [ecclesiis] ville Prhotn (!) Zwerinensis diocesis respective ecclesiis tunc vacantibus concessum fuit commendari . . . ., cedit commende dictorum decanatus, canonicatus et prebende et beneficiorum in manibus sanctissimi domini

nostri pape in favorem Zutpheldi Wordenberg[1]) clerici dicte Suerinensis diocesis eius familiaris, prout in supplicatione desuper signata sub data Rome 7. kal. julii anno 3 plenius continetur . . . Juravit etc.

Consensi e rassegne 1503—07 fol. 195 v (Archivio di Stato).

4076. **13. Juli 1506.**

Klerken Mads Nielsen fra Ribe Stift, som tidligere havde faaet Dispensation til trods sin uægte Fødsel at lade sig indvie til de hellige Grader, faar Sognekirken i Stenmagle i Odense Stift og Dispensation til dermed at forene andre ellers dermed uforenelige Embeder.

Alias parrochiali ecclesia Stensmagele Ottoniensis diocesis vacante, Mathias Nicolai clericus Ripensis diocesis illam auctoritate ordinaria extitit assecutus, possessione forsan subsecuta. Cum autem dubitet premissa viribus subsistere, supplicat igitur idem orator, cum quo dudum, ut non obstante defectu natalium, quem patitur de soluto nobili et soluta genitus, ad omnes, etiam sacros, etiam presbiteratus, ordines promoveri et beneficia cum cura et sine cura etc. obtinere possit, auctoritate apostolica existit dispensatum, quique clericali caractere insignitus et ecclesiam huiusmodi possessione subsecuta est assecutus, quatenus sibi de dicta ecclesia [fructus 4 mr.] per modum nove provisionis aut in forma gratie [etc.] providere necnon secum, ut una cum dicta ecclesia aut illa dimissa sive sine illa quecunque beneficia se invicem compatientia, si sibi alias canonice conferantur . . ., recipere et cum potestate permutandi ac simpliciter resignandi totiens quotiens retinere libere possit, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome 3. id. julii anno 3.

Suppl. 1234 fol. 90.

4077. **15. Juli 1506.**

Optegnelse om, at Klerken Sebastianus Platen fra Bamberg Stift resignerer Kanonikat og Præbende i Haderslev til Fordel for Klerken Henricus Klet fra Hildesheim Stift, og at Sognepræsten Johan Wulf fra Ravsted opgiver en Pension af denne Sognekirke til Fordel for den samme Henricus Klet.

Die 15. julii 1506 Sebastianus Plate clericus Bambergensis, cui alias de canonicatu et prebenda ecclesie collegiate Haderslevensis Slesvicensis diocesis concessum fuit provideri, pre-

---

[1]) 15. Juli 1506 faar Zutfeld Wardenberg et beneficium simplex i Sconenberg (Schønberg) Kirke i Lübeck Stift (smst. fol. 191 v).

sens sponte consensit resignationi dictorum canonicatus et prebende in manibus sanctissimi domini nostri, et hoc in favorem Henrici Clet clerici Ildesemensis diocesis. Et Johannes Wlf rector parrochialis ecclesie Rapstede Slesvicensis diocesis consensit assignationi pensionis annue 6 fl. Renensium super fructibus dicte parrochialis ecclesie in favorem prefati Sebastiani resignate, prout in supplicatione sub data Rome 4. non. julii anno 3 plenius continetur.

Consensi e rassegne 1503—07 fol. 199 v (Archivio di Stato).

4078. **20. Juli 1506.**

Klerken Hans Skovgaard fra Ribe Stift faar Ærkedegneembedet i Ribe, skønt Kong Hans havde præsenteret en anden, som havde forbrudt Embedet ved ikke at søge pavelig Stadfæstelse.

Nuper Sixtus papa IV regi Dacie pro tempore existenti, ut ad singulas maiores dignitates post pontificales singularum ecclesiarum cathedralium totius regni Dacie pro tempore vacantes personas idoneas capitulis earundem ecclesiarum presentare possit, ita tamen, quod idem presentatus infra certi temporis spatium tunc expressum a sede apostolica novam provisionem seu presentationem huiusmodi impetrare et obtinere ac jura camere apostolice solvere debeat et teneatur, gratiose indulsit. Verum Johannes rex Dacie modernus dicti indulti vigore quendam N., cuius nomen et cognomen in litteris exprimi possint, ad archidiaconatum ecclesie cathedralis Ripensis in dicto regno Dacie constitute, tunc per obitum cuiusdam Jasperi vacantem, decano et capitulo dicte ecclesie Ripensis presentavit, et huiusmodi presentationem [ɔ: -nis] pretextu nullo canonico titulo sibi desuper de novo acquisito possessionem dicti archidiaconatus prefatus N. assecutus extitit, et tamen idem N. infra terminum sibi in dicto indulto prefixum super dicta presentatione novam provisionem a sede apostolica minime impetravit nec jura camere persolvit, unde dictus archidiaconatus adhuc per obitum dicti Jaspari juxta tenorem dicti indulti vacare dignoscitur. Supplicat igitur Johannes Scougard clericus Ripensis diocesis, quatenus sibi de archidiaconatu predicto [fructus 9 mr.] providere ac juri presentationis dicto regi ex concessione apostolica acquisito hac vice derogare dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome 13. kal. aug. anno 3.

Suppl. 1234 fol. 57 v.

4079. **27. Juli 1506.**

Roskildeprovsten Erik Valkendorf fritages for at lade sig præstevie i de to første Aar.

Supplicat Ericus Walkendorff prepositus Roskildensis, quatenus secum, ut ratione dicte sue prepositure aut quorumcunque aliorum beneficiorum curatorum per eum obtentorum et in posterum obtinendorum usque ad biennium [ad sacros ordines promoveri non teneatur], dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Et per breve s. v. Datum Rome 6. kal. aug. anno 3.

Suppl. 1234 fol. 194 v.

4080. **9. Aug. 1506.**

Dronning Christine faar bevilget, at Claraklostret i København maa nyde Observanternes almindelige Privilegier, og at Patronatsretten over Klostret indrømmes Kongen og Dronningen af Danmark.

Supplicat Kristina Dacie regina, cuius supplicatione vel instantia nuper in oppido Affenensi Roskildensis diocesis monasterium monialium sub invocatione s. Clare pro perpetuis usu et habitatione nonnullarum monialium ordinis eiusdem s. Clare regularis observantie vigore quarundam litterarum apostolicarum erectum et institutum fuit, quatenus sibi ac dicto monasterio oportune providentes, quod de cetero perpetuis futuris temporibus dictum monasterium et illius abbatissa seu priorissa ac moniales pro tempore existentes sub regulari observantia dicti ordinis, prout illud erectum et institutum nuper fuit, degere et permanere ac omnibus privilegiis, quibus ordo Minorum, de observantia nuncupatorum, et illius domus et fratres in genere gaudent et gaudere poterunt quomodolibet in futurum, gaudere in omnibus, perinde ac si monasterio et illius abbatisse seu priorisse et monialibus predictis specialiter ac nominatim concessa fuissent, quodque rex et regina Dacie pro tempore existentes moniales dicti monasterii pro tempore recedentes seu recedere volentes aut regulam huiusmodi non servantes ad observantiam regularem ordinis s. Clare huiusmodi cogere et compellere aut illas ex dicto monasterio expellere et alias, que inibi regularem observantiam ordinis s. Clare huiusmodi servare velint et servent, introducere per medium prelatorum dicti ordinis Minorum libere valeant, statuere † dignemini, non obstantibus constitutionibus apostolicis, etiam Innocentii pape IV contra

exemptos, que incipit *Volentes*. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome 5. id. aug. anno 3.

Suppl. 1235 fol. 252.

4081. **14. Aug. 1506.**

Paven befaler Ærkebiskopperne i Lund og Upsala at sørge for, at Dronning Christine faar Erstatning for den Uret, hun havde lidt, af Sten Stures Arvinger og Provsten Hemming Gad i Linköping.

Lundensi et Vpsolensi (!) archiepiscopis. Exponi nobis fecit gravi cum querela Kristina Dacie et Svecie regina, quod, licet alias, dum ipsa nuptui tradita fuit Johanni Dacie et Svecie regi, castrum Orebro Svecie pro dote sua seu pignore dotali ei assignatum fuerit, ips[a]que eo pretextu castrum ipsum per annos plures pacifice possederit, nichillominus quondam Steno Sture miles dicti regni Svecie et quidam Hemungus Gad, qui se gerit pro preposito Lincopensi, et nonnulli alii dicti regni Svecie barones, qui contra prefatum regem, nullo habito respectu ad dei timorem et juramentum homagii et debite fidelitatis prefato regi prestitum, regnum predictum ad rebellionem concitaverant ac eidem regi, ut eum per certum nemus cum suis, ut ex eodem regno Svecie ad Daciam redirent, transire volentem miserabiliter trucidarunt [ɔ: -ent], insidias paraverant, postquam dei misericordia ipse rex insidias predictas evasit et per mare declinato itinere nemoris predicti in Daciam rediit, eandem reginam in eodem regno Svecie et castro predicto existentem ac eius servitores per proditionem captivarunt clenodiaque aurea et argentea, equos aliaque bona mobilia magni pretii ei abstulerunt ipsamque ad triennium vel circa captivam detinuerunt castrumque predictum occuparunt ac occupatum detinent de presenti. Quare eadem regina sibi in premissis de opportuno juris remedio provideri postulavit. Nos igitur, qui, etsi cunctis justitie debitores sumus, ad illius tamen exhibitionem personis regali dignitate preditis magis tenemur, indemnitati prefate regine, et ne similia perpetrentur, providere cupientes, fraternitati vestre mandamus, quatenus heredes prefati Stenonis ac Hemungum Gad et alios spoliatores et occupatores et rebelles predictos ac eiusdem castri detentores quoscunque per eandem reginam sive eius legittimum procuratorem nominandos sub maioris excommunicationis pena aliisque sententiis et censuris ecclesiasticis, etiam per edictum publicum, constito vobis summarie de non tuto accessu, monere curetis, quatenus infra cer-

tum tempus per vos prefigendum castrum predictum eidem regine restituant ipsamque ad illius possessionem vacuam et pacificam reponant ac de predio clenodiorum, equorum et aliorum mobilium ablatorum fructibusque ex eodem castro a tempore spolii predicti perceptis damnisque et interesse propterea passis debitam satisfactionem impendant et in eventum non paritionis, reservatis tamen legittimis processibus, non parentes censuras predictas incidisse declarent [ɔ: -retis] illasque ulterius aggravent [ɔ: -vetis], reaggravent [ɔ: -vetis] interdictoque ecclesiastico loca, ad que ipsos occupatores et alios prenominatos non parentes declinare contingerit (!), subjiciant [ɔ: -atis] illudque per omnes Christi fideles observari sub similibus censuris mandent [ɔ: -detis] et faciant [ɔ: -atis] brachiique secularis auxilium invocent [ɔ: -cetis] contra eosdem, donec rebelles et occupatores predicti ad cor reversi eisdem monitionibus paruerint et absolutionis beneficium meruerint obtinere. Datum Rome 14. aug. anno 3.

Arm. 39 vol. 24 fol. 407 v og (uden Dato) vol. 29 fol. 181.

4082. **20. Aug. 1506.**

Paven udsteder efter Anmodning af Kardinal Jacobus (Serra) Transsumpt af Alexander VI's Brev af 1. Febr. 1502 (Nr. 3870) og bestemmer, at Transsumpten skal have samme Gyldighed som Originalen.

Ad futuram rei memoriam. Provisionis nostre *(Aarsberetn. fra Geh. Arch. IV, 300—305; Reg. *9119).* Datum Rome 13. kal. sept. anno 3.

Orig. med Bulle i Silkesnor i Sverige 161 (R. A.). — I Peringskölds Bullarium findes en ufuldstændig Afskrift af et gammelt Tryk af denne Bulle, foranstaltet paa Bekostning af Ærkebiskop Birger og ledsaget af et dansk Uddrag. — Gengivet med forskellige Unøjagtigheder hos Hvitfeld Fol. II, 1061, (4to. VI, 232) samt i Celse, Bullarium Svio-Goth. 212 f., begge Steder med Datoen 13. kal. febr. 1506.

4083. **21. Aug. 1506.**

Kardinal Jacobus (Serra) indsætter Kong Hans til sin Stedfortræder i den Sag, han fører med Hemming Gad om Linköping Bispestol, og giver ham Fuldmagt til at tage Stiftet i Besiddelse, opkræve dets Indtægter, indsætte en gejstlig Vikar etc.

Jacobus tituli s. Clementis ss. Romane ecclesie presbiter cardinalis, Arborensis nuncupatus, ecclesieque Lincopensis perpetuus administrator, universis presentes litteras inspecturis, visuris, lecturis pariter et audituris . . . . Noveritis *(Aarsberetn. fra Geh. Arch. IV, 324—26; Reg. *9120).* Datum et actum Rome in domo

habitationis nostre sub anno . . . 1506, indictione 9, die vero 21. mensis aug., pontificatus anno 3.

Orig. paa Perg. (Seglet tabt) i Sverige 163 (R. A.).

4084. **10. Okt. 1506.**

Kong Hans skriver til Kardinalkollegiet, at det ikke er hans Skyld, at Kardinal Jacobus (Serra) ikke har opnaaet Besiddelsen af Linköping Stift, men at det skyldes Hemming Gads Indtrængen i Stiftet og Oprøret i Sverige. Han har anmodet Paven om at providere sin dilectus Leander de Perusio med Stiftet, hvis Kardinalen skulde dø, og beder Kardinalkollegiet om ligeledes at hjælpe Leander.

Johannes etc. Sacro cetui cardinalium ss. Romane ecclesie . . . Non unquam per nos stetit *(Aarsberetn. fra Geh. Arch. I, 3; Reg. *9137).* Ex arce nostra Flensborgh 10. die mensis oct. 1506.

»Kong Hans's Brevbog« (R. A.).

4085. **10. Okt. 1506.**

Kong Hans skriver til Paven, at Hemming Gad med de svenske Oprøreres Hjælp har indtrængt sig i Besiddelsen af Linköping Stift og i fem Aar siddet inde med det samt ikke rettet sig efter de Kirkestraffe, som Kardinal Jacobus (Serra) har faaet ham idømt. Da nu Kardinalen er gammel og svag, anmoder Kongen om, at Paven i Tilfælde af hans Død vil providere Kongens »Factor« Leander med Stiftet.

Ad sanctissimum dominum papam Julium II . . . Cum quidam Hemmingus Gaad *(Aarsberetn. fra Geh. Arch. I, 3—4; Reg. *9137).* Datum Flensborgh die et anno ut supra.

»Kong Hans's Brevbog« (R. A.).

4086. **9. Nov. 1506.**

Paven tildeler Henricus Bockholt et evigt Vikariat i Sognekirken i Sarau i Lübeck Stift, som han havde tilbyttet sig ved at overlade Provstiet i Eutin til Ditlev Sehested.

Henrico Bockolt perpetuo vicario in parrochiali ecclesia in Zaraun Lubicensis diocesis. Apostolice sedis circumspecta benignitas [etc.]. Cum itaque hodie tu preposituram ecclesie Utinensis Lubicensis diocesis et Detlenus Sestedes quandam perpetuam vicariam in parrochiali ecclesia in Zaraun dicte diocesis, quas tunc obtinebatis, desiderantes illas invicem permutare, per Detlenum Langenbecke clericum Bremensis diocesis procuratorem vestrum in manibus nostris ex causa permutationis huiusmodi sponte resignaveritis, nosque resignationes huiusmodi ex eadem causa duxerimus admittendas, nos, votis tuis in hac parte favorabiliter annuentes, . . . vicariam predictam, que sine

cura est [fructus 4 mr.], ... apostolica tibi auctoritate conferimus et de illa etiam providemus . . . Datum Imole 5. id. nov. anno 3.

Simili modo Slesvicensi et Civitatis Castelli episcopis ac preposito Bremensi.

T. XII. X. 3. non. dec. anno 4. de Cuppis.
Reg. Lat. 1180 fol. 114.

4087. **9. Nov. 1506.**

Paven tildeler Ditlev Sehested Provstiet i Eutin, som han havde tilbyttet sig ved at overlade et evigt Vikariat i Sognekirken i Sarau i Lübeck Stift til Henricus Bockholt.

Detleno Sestede preposito ecclesie Utinensis Lubicensis diocesis. Apostolice sedis circumspecta benignitas . . . [*etc. mutatis mutandis som foregaaende Brev, ogsaa Indtægt, Datum og Eksekutorer; dog staar her officiali Lubicensi (i Stedet for preposito Bremensi)*].

Reg. Lat. 1180 fol. 116 v.

4088. **9. Nov. 1506.**

Paven giver Kantoren i Slesvig Ditlev Sehested Dispensation til sammen med Kantoriet at modtage og beholde Provstiet i Eutin, som han samme Dag har faaet Provision paa.

Detleuo Sestede cantori ecclesie Slesvicensis. Vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod, te, cui hodie de prepositura Utinensis Lubicensis diocesis, que principalis est [fructus 4 mr.], tunc vacante per alias nostras litteras providimus, quique cantoriam, que non tamen post pontificalem maior dignitas inibi existunt [ɔ: -it], Slesvicensis ecclesiarum inter alia obtines, gratioso favore prosequi volentes, tecum, ut una cum dicta prepositura, si eam litterarum earundem vigore assequaris, cantoriam predictam aut cum earum altera unum et absque illis duo alia curata seu alias invicem incompatibilia beneficia recipere et insimul, quoad vixeris, retinere illaque, quotiens tibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia recipere et retinere libere valeas, [dispensamus]. Datum Imole 5. id. nov. anno 3.

Jo. A. XXXX. Nardinus.
Reg. Lat. 1275 fol. 210.

4089. **29. Nov. 1506.**

Sognepræsten Laurens Hopponer paa Pelvorm i Slesvig Stift, som staar i Hertug Frederiks Tjeneste, faar Dispensation til i de første to Aar ikke at lade sig indvie til de hellige Grader.

Supplicat Laurentius Hopponer rector parrochialis ecclesie in Pilchiworme terre vestre (!) Norstrande Slesvicensis diocesis, in minoribus ordinibus constitutus, quatenus secum, ut ratione dicte ecclesie, quam obtinet et nedum [ɔ: necdum] per annum pacifice possedit, seu cuiuscunque beneficii curati per eum legitime assecuti vel assequendi ad nullum ex sacris, videlicet subdiaconatus, diaconatus et presbiteratus, ordinibus, abhinc usque ad biennium, + in quo existit, se minime facere promoveri teneatur, [dispensare dignemini]. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Attento, quod obsequiis dicti (!) ducis insistit. Et per breve s. v. Datum Rome 3. kal. dec. anno 4. Datum Bononie 3. kal. dec. anno 4.

Suppl. 1240 fol. 66 v.

4090. **26. Jan. 1507.**

Domkapitlet i Slesvig meddeler Paven, at det efter Ditlev Pogwischs Død har valgt Provsten Godske Ahlefeld til Biskop, og ansøger om pavelig Stadfæstelse af Valget.

. . . Julio pape II . . . humiles et devoti vestre beatitudinis oratores Joachim de Aluelde archidiaconus, Detlevus Seestede cantor, Johannes Tetensen sacre theologie baccalaureus formatus lector, Otto Nicolai senior, Otto Ratlow, Menricus Menckel, Johannes Coci, Theodericus vam Kroge, Boetius Honnessen artium liberalium magister, Wennemarus Krawinckel, Henningus Kissenbrugge in artibus liberalibus magister, Henningus Brunsberg, Hinricus Stakensnider, Benedictus Sehestede et Jacobus Scroder, canonici . . totumque capitulum ecclesie cathedralis Slesvicensis . . . . . . Cum canonica providerunt instituta *(Jensen-Michelsen, Schl. holst. Kirchengesch. II, 352—60; Reg. *9180).* Acta sunt hec anno, diebus, mense et locis quibus supra [ɔ: 26. mensis jan. 1507] indictione 10 pontificatus anno 4.

L. Dipl.

4091. **Efter 26. Jan. 1507.**

Kongen meddeler Leander (de Pellagallis), at Kapitlet i Slesvig efter Ditlev Pogwischs Død har valgt Godske Ahlefeld til Biskop, og anmoder ham om at sørge for, at dennes Beneficier ikke bliver bortgivne, før Kongen, der har Patronatsret til dem som Hertug af Holsten, er bleven hørt.

Ad Leandrum . . . Cum superioribus diebus *(Aarsberetn. fra Geh. Arch. I, 8—9; Reg. *9186). Udateret.*

»Kong Hans's Brevbog« (R. A.).

4092. **12. Febr. 1507.**

Kong Hans meddeler Paven, at Kapitlet i Slesvig har valgt Godske Ahlefeld til Biskop efter Ditlev Pogwischs Død. Da Kongen som Hertug i Holsten har Patronatsret til hans Beneficier, anmoder han Paven om, at denne vil tildele hans Sekretær Hayn (Eggert Haynck) Provstiet i Slesvig og hans øvrige Sekretærer de andre Beneficier.

Ad Julium papam II. Post devota s. v. pedum oscula beatorum . . . Discursis diebus *(Aarsberetn. fra Geh. Arch. I, 16; Reg. *9185).* Ex arci mea Haffnensi 12. mensis febr. anno 1507.

»Kong Hans's Brevbog« (R. A.).

4093. **14. Febr. 1507.**

Hemming Gad, udvalgt Biskop i Linköping, appellerer til Pavestolen for at klage over den Bandlysning, der er overgaaet ham og Svante Sture under Sagen med Kong Hans, og retter herunder en Række haarde Beskyldninger mod Kongen for Tyranni, Troløshed, Forbund med Russerne etc.; ligeledes paastaar han, at Kardinal Jacobus (Serra) er bleven indtrængt ulovlig i Linköping Bispestol.

In nomine domini Amen. Anno . . . 1507 14. mensis febr. indictionis 10 pontificatus Julii pape IIII (!) anno 3 (!) . . . . Cum causa olim in Romana curia *(Handl. rör. Skandin. hist. XX, 17—26; Reg. *9187).*

4094. **26. Marts 1507.**

Kong Hans ansøger Paven om at overdrage hans Sekretær Mads Markvardsen Ærkedegneembedet i Ribe med Annekskirken i Brøns.

. . . . Julio . . sacrosancte Romane necnon universalis ecclesie summo pontifici. Post devota pedum oscula beatorum Johannes Danorum, Suecorum, Noricorum, Slauorum Gottorumque rex, dux Slesuicensis ac Holsacie, Stormarie et Ditmertie, comes in Oldenborg et Delmenhorst reverentiam debitam et obedientiam filialem . . . Vacante nuper archidiaconatu cathedralis ecclesie Ripensis cum ecclesia Brønsze eidem archidiaconatui annexa, qui quidem archidiaconatus maior in eadem post pontificalem dignitas existit, per obitum cuiusdam Wilhelmi Schroder . . ., cuius presentatio, vacationis eius tempore occurrente, ad me meosque successores regni Dacie reges pleno jure dinoscitur pertinere, idpropter mihi sincere dilectum magistrum Matthiam Marquardi secretarium meum propter deum et virtutum eius merita ad eundem archidiaconatum . . . patentibus hiis meis literis presentans[1]), s. v. obnixa supplicatione supplican-

[1]) Gz. — Cod. presentavi

dum duxi instanter et devote, quatenus huius mee supplicationis contemplatiori intuitu eidem magistro Mathie Marquardi de ipso sic vacante archidiaconatu predicto cum eius juribus et pertinentiis universis dignetur e. s. v. misericorditer providere, mihi huius rei gratia rem acceptissimam ecclesieque Ripensi prefate commoditatem plurimam effectura. Datum in arce mea Wardenborg 26. die martii anno 1507 meo regio sub secreto.

Næsten ulæselig Orig. i Top. Saml. C, Ribe. — Afskrift af Jens Viborg i Top. Saml. Papir, Ribe (R. A.).

4095. **1. Maj 1507.**

Klerken Kjeld Olufsen (Krabbe) fra Viborg Stift faar Provstiet i Mors og Hanherred i Børglum Stift.

Cum prepositura ruralis sive personatus Morss et Hanherred Burglanensis diocesis vacare dinoscitur, supplicat igitur Ketillus Olaui clericus Vibergensis diocesis, quatenus sibi de prepositura sive personatu predicto [fructus 4 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome kal. maji anno 4.

Suppl. 1247 fol. 169 v.

4096. **7. Maj 1507.**

Klerken Johannes Schuldorp fra Bremen Stift faar Fornyelse af et Ventebrev paa Kanonikat og Præbende i Slesvig til Trods for urigtige Opgivelser i den tidligere Supplik.

Motu proprio etc. Dudum Johanni Scholdorp clerico Bremensis diocesis, familiari nostro continuo commensali, ecclesie Slesvicensis canonico, de canonicatu cum reservatione prebende ac dignitatis, personatus ac administrationis vel officii eiusdem ecclesie necnon alicuius beneficii . . . ad collationem etc. episcopi et capituli ecclesie Slesvicensis pertinentibus vacantibus' tunc simul, vel [cum] successive vacaverint, per alias nostras litteras motu proprio gratiose provideri mandavimus, sibi super hoc executoribus deputatis, prout in eisdem litteris, in quibus, quod prefatus Johannes familiaris noster continuus commensalis existebat, cum jure veritatis talis non existeret, licet ad presens existat, et propterea dubitet litteras predictas desertionis [ɔ: subreptionis] vitio notari posse tempore procedente, [plenius continetur]. Nos, ne dictus Johannes litterarum earundem et processuum earum vigore habitorum frustretur effectu, sed ut litterarum et processuum huiusmodi celeriorem consequatur

effectum, decernimus, quod littere et processus huiusmodi ab earum omnium datis valeant plenamque roboris firmitatem obtineant ac eidem Johanni suffragentur in omnibus, perinde ac si tempore dictarum litterarum huiusmodi ipse Johannes familiaris noster continuus commensalis tunc (!) extitisset. Concessum motu proprio in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome non. maji anno 4.

Suppl. 1248 fol. 164 v.

4097. **14. Maj 1507.**

Klerken Balthasar Smidt (?) fra Slesvig Stift faar et evigt Vikariat og et andet Embede ved Mariekirken i Rostock (jfr. Nr. 4123).

Cum perpetua sine cura vicaria et † siti in parrochiali ecclesia b. Marie virginis Rostocensi Cweriensis (!) diocesis vacent ad presens et tanto tempore vacaverint, quod eorum collatio juxta Lateranensis statuta concilii est ad sedem apostolicam legitime devoluta, licet quidam Martinus Nigebur, qui pro clerico se gerit, [eos] per certum tempus detinuerit, prout detinet ad presens, indebite occupatos, supplicat igitur Balthasarius Cinyde (!) clericus Slesvicensis diocesis, quatenus sibi de dictis vicaria et † [fructus 4 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Et quod tempus detentionis et gradus et nobilitas detentoris et causa, quare jus sibi non competat, et alia ad hoc cum regula de annali possessore pacifico, cui derogare placeat, quatenus opus sit, exprimi possint. Datum Rome pridie id. maji anno 4.

Suppl. 1249 fol. 224.

4098. **21. Maj 1507.**

Paven udnævner Godske (Ahlefeld) til Biskop i Slesvig.

Slesvicensis. Gotfouldus electus Slesvicensis. Ecclesia per obitum. Idem. Idem. Idem. Absolutio. Idem munus.

Uddrag i Indice 349 og (lignende) hos Garampi efter Reg. Lat. Julii II anno 9 lib. 9 fol. 153—155.

4099. **21. Maj 1507.**

Paven befaler Ærkebiskoppen i Lund at sørge for, at Godske Ahlefeld anerkendes som Biskop i Slesvig.

Archiepiscopo Lundensi. Ad cumulum tue cedit salutis et fame, si personas ecclesiasticas, presertim pontificali dignitate preditas, divine propitiationis intuitu oportuni presidii ac favoris

gratia prosequaris. Hodie siquidem electionem de persona Godscalci . . in episcopum Slesvicensem per capitulum ecclesie Slesvicensis, tunc per obitum Detleui pastoris solatio destitute, canonice factam confirmavimus . . . . . . Cum igitur, ut idem Godscalcus electus in commissa sibi predicte ecclesie cura facilius proficere valeat, tuus favor sibi noscatur fore plurimum oportunus, fraternitatem tuam rogamus attente, per apostolica scripta tibi mandantes, quatinus eundem Godscalcum electum et prefatam ecclesiam sibi commissam suffraganeam tuam habens pro nostra et apostolice sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis eiusdem ecclesie juribus sic eos tui favoris presidio prosequaris, quod ipse Godscalcus electus per tue auxilium gratie se possit in commisso sibi eiusdem ecclesie regimine utilius exercere, tuque divinam misericordiam ac nostram et eiusdem sedis benevolentiam valeas exinde uberius promereri. Datum Rome 12. kal. junii anno 4.

XX.

Orig. uden Bulle i Slesvig Bispearkiv 81. Afskrift i Slesvig Stift 16 (R. A.).

4100. **21. Maj 1507.**[1])

Paven giver Godske Ahlefeld Lov til med Slesvig Bispedømme at forene Besiddelsen af sine tidligere Embeder.

Slesvicensis. Godfealius (!) episcopus Slesvicensis. Retentio prepositure et aliorum beneficiorum.

Uddrag i Indice 348 og (lignende) hos Garampi efter Reg. Lat. Julii II anno 5 lib. 3 (tabt) fol. 44.

4101. **21. Maj 1507.**[1])

Paven giver Godske Ahlefeld Tilladelse til at resignere Provstiet i Slesvig.

Slesvicensis. Gotscalcus episcopus. Indultum resignandi preposituram.

Uddrag i Indice 348 og (lignende) hos Garampi efter Reg. Lat. Julii II anno 6 lib. 18 (tabt) fol. 182.

4102. **21. Maj 1507.**[1])

Paven giver Godske Ahlefeld Tilladelse til at resignere og selv bortgive sine tidligere Embeder.

Slesvicensis. Gotscalcus episcopus. Indultum resignandi et conferendi beneficia per eum obtenta.

Uddrag i Indice 349 og (lignende) hos Garampi efter Reg. Lat. Julii II anno 7 lib. 11 (tabt) fol. 167.

---

[1]) Datoen fremgaar af Nr. 4128.

4103. **23. Maj 1507.**

Klerken Markvard Nielsen fra Odense Stift faar Tilladelse til at lade sig indvie til de højere Grader af en Biskop, som residerer ved Kurien.

Supplicat Marquardus Nicolai clericus Ottoniensis diocesis, perpetuus vicarius ecclesie b. Marie parrochialis Hoghenkerfren ad altare s. Nicolai eiusdem diocesis, quatenus . . ., ut a quocunque catolico antistite in Romana curia residente aliquibus tribus diebus dominicis vel festivis, etiam extra tempora a jure statuta, ad ordines maiores sacros et presbiteratus ordines se facere promovere [ɔ: -i] et, postquam promotus fuerit, in illis libere altissimo famulari possit, ipsi antistiti competenti [ɔ: conferendi] et oratori recipiendi licentiam concedere dignemini, attenta eidem orator ratione [ɔ: attento, quod idem orator ratione] pretacte vicarie ad pretactos ordines se promoveri facere est artatus. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Et quod examinetur in camera apostolica, in qua docere teneatur, quod sit artatus ac de titulo etc. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Datum Rome 10. kal. junii anno 4.

Suppl. 1249 fol. 174.

4104. **28. Maj 1507.**

Klerken Conradus Mur fra Lübeck Stift faar Kanonikat og Præbende i Haderslev.

Vacantibus alias canonicatu et prebenda in ecclesia b. Marie Hadersleuensi Slesvicensis diocesis per obitum Wilhelmi Scroder, Conradus Mur clericus Lubicensis illos vigore gratie sue expectative per s. v. sibi in forma communi *Pauperes* concesse ac processuum desuper decretorum acceptavit et sibi provideri obtinuit, possessione forsan subsequuta. Cum autem dubitet premissa viribus subsistere, supplicat igitur s. v., quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Et in forma nove provisionis aut gratie [etc.]. Datum Rome 5. kal. junii anno 4.

Suppl. 1251 fol. 214.

4105. **28. Maj 1507.**

Kanniken Niels Pedersen i Haderslev faar Kantoriet sammesteds.

Vacante cantoria collegiate ecclesie Hudesleniensis (!) Slesvicensis diocesis, que inibi dignitas post pontificalem maior ac

curata [et] electiva esse dicitur, per obitum Wilhelmi Scroder, Nicolaus Petri eiusdem ecclesie canonicus illam auctoritate ordinaria assecutus fuit, possessione subsecuta. Supplicat igitur, quatenus sibi de dicta cantoria [fructus 4 mr.] per modum nove provisionis aut gratie [etc.] seu gratificationis providere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome 5. kal. junii anno 4.

Suppl. 1249 fol. 242 v = 222 v.

4106. **28. Maj 1507.**

Klerken Johannes Schuldorp fra Bremen Stift faar motu proprio Kantoriet og Kanonikat og Præbende i Haderslev.

Motu proprio Johanni Schuldorp clerico Bremensis diocesis, familiari nostro continuo commensali, de cantoria collegiate ecclesie Haderslenensis Slesvicensis diocesis, que inibi dignitas principalis existit, ac canonicatu et prebenda eiusdem ecclesie [fructus insimul 4 mr.], per obitum Wilhelmi Scroders vacantibus, providemus. Fiat. J. Et cum oportuna gratificatione pro dicto Johanne, quatenus illi locus sit, et quod † qualitatis, fructuum †, cognominis etc. maior et verior specificatio fieri possit in litteris, que simul vel separatim, ita quod in expeditione unius non fiat mentio de alio, et prout eidem Johanni placuerit, expediri possint. Datum Rome 5. kal. junii anno 4.

Suppl. 1249 fol. 277.

4107. **30. Maj 1507.**

Ærkedegnen Jens Laurenssen i Roskilde faar Dispensation til at modtage og beholde to ellers med Ærkedegneembedet uforenelige Embeder.

Supplicat Johannes Laurentii archidiaconus ecclesie Roskildensis, quatenus secum, ut unacum archidiaconatu dicte ecclesie, qui inibi dignitas non tamen maior post pontificalem ac de jure patronatus regis Dacie existit, et cui cura imminet animarum, unum sive illis dimissis duo alia quecunque curata seu alias invicem incompatibilia beneficia, si sibi alias canonice conferantur . . ., recipere et insimul, quoad vixerit, retinere libere valeat cum clausula permutandi totiens quotiens, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome 3. kal. junii anno 4.

Suppl. 1249 fol. 29 v.

4108. **7. Juni 1507.**

Klerken Mads Markvardsen faar Ærkedegneembedet i Ribe.

Supplicat Mathias Machardi (!) clericus Roskildensis vel alterius diocesis, quatenus sibi de archidiaconatu ecclesie Ripensis, qui inibi dignitas maior post pontificalem et de jure patronatus Johannis Dacie etc. regis ex privilegio apostolico existit [fructus 4 mr.], per obitum Wilhelmi Skroder vacante, ad presentationem et de consensu prefati regis providere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome 7. id. junii anno 4.

Suppl. 1249 fol. 259 v.

4109. **7. Juni 1507.**

Klerken Johannes Brandis fra Bremen Stift, som er pavelig Notar, faar Kantoriet og Kanonikat og Præbende i Haderslev.

Nuper cantoria et canonicatu et prebenda ecclesie collegiate Haderslenensis Slesvicensis diocesis per obitum Wilhelmi Scroder vacantibus, Johannes Brandis clericus Bremensis diocesis, vestri sacri palatii apostolici causarum notarius, illos in vim gratie eidem per s. v. concesse acceptavit ac de illis sibi provideri obtinuit, possessione forsan subsecuta. Cum autem dubitet provisionem ac acceptationem predictas viribus non subsistere ipsamque cantoriam ac canonicatum et prebendam predictos haduc [ɔ: adhuc] vacare, supplicat propterea, quatenus sibi dictam cantoriam ac canonicatum et prebendam [fructus insimul 10 mr.], sive premisso sive alio quovismodo vacet vel ex eo, quod cantoria ipsa in dicta ecclesia dignitas † existat, conferre in vim † nove provisionis, gratie [etc.] cum gratificatione oportuna, quatenus illi locus sit, dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome 7. id. junii anno 4.

Suppl. 1265 fol. 71 v.

4110. **7. Juni 1507.**

Paven reserverer motu proprio Kanonikater og Præbender i Roskilde og Aarhus for Kong Hans's Sekretær, Mads Markvardsen.

Mathie Maynardi (!) canonico Roskildensi. Vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos, tibi, qui aliam gratiam expectativam a nobis non obtinuisti et Johannis Dacie regis secretarius existis, specialem gratiam facere ac presentes litteras, ac si sub data kal. martii anno 3 concesse, et processus habendos per easdem, ac si die 15. mensis maji anno predicto decreti

fuissent, valere volentes . . . ., motu proprio unum Roskildensis et alium Arusiensis ecclesiarum canonicatus tibi conferimus et de illis etiam providemus, unam vero Roskildensis et aliam Arusiensis prebendas ac dignitat[em], personatum, administrationem vel officium alterius earundem ecclesiarum, . . . dummodo dignitas ipsa post pontificalem maior non existat, si que, si qui vel si qua vacent ad presens aut cum vacaverint, quas, quos vel que tu infra unius mensis spatium, postquam tibi vacatio illarum vel illorum innotuerit, duxeris acceptandos, acceptandas vel acceptanda, conferendos, conferendas seu conferenda tibi donationi apostolice reservamus . . . . Datum Rome 7. id. junii anno 4.

Simili modo Cenetensi et Nucerino episcopis ac officiali Ottoniensi.

A. XXX. XV. 13. kal. julii anno 4. Colotius.
Arm. 32 vol. 61 A fol. 225.

4111. 12. Juni 1507.

Klerken Arnold Jensen, evig Vikar i Klægsbøl i Slesvig Stift, faar Tilladelse til at lade sig indvie til de højere Grader ved Kurien.

Supplicat Arnoldus Johannis clericus Slesvicensis diocesis, in ecclesia parrochiali ville Klixbull dicte diocesis ad altare sub invocatione s. Antonii perpetuus vicarius, quatenus, ut a quocunque chatholico antistite [*etc. som Nr. 4103 til*], attento, quod orator ratione dicti beneficii ad presbiteratus ordines infra hinc (!) et monachalis (!)[1]) se facere promoveri est artatus. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Et quod examinetur in camera apostolica, in qua docere teneatur se artatum et de titulo etc. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Datum Rome pridie id. junii anno 4.

Suppl. 1251 fol. 174 v.

4112. 15. Juni 1507.

Paven befaler Biskopperne i Nocera og Ceneda og Officialen i Ribe at overdrage Ærkedegneembedet i Ribe til Kong Hans's Sekretær, Klerken Mads Markvardsen fra Odense, som var præsenteret dertil af Kongen.

Nucerino et Cenetensi episcopis ac officiali Ripensi. Vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque archidiaconatus ecclesie Ripensis, qui inibi dignitas maior post pontificalem et de jure patronatus regis Dacie pro tempore existentis ex privilegio apo-

[1]) infra hunc annum ut monachalis. Gz.

stolico [existit][1]), cui hactenus in aliquo derogatum non extitit, et quem Wilhelmus Skroder[2]) obtinebat, per obitum eiusdem Wilhelmi vacet ad presens, nos Mathie Machardi clerico Ottoniensis diocesis, quem Johannes Dacie rex patronus dicti archidiaconatus, existens in pacifica possessione vel quasi juris presentandi personam idoneam ad dictum archidiaconatum, dum pro tempore vacat, ad archidiaconatum ipsum . . . . nobis per eius patentes litteras eius sigillo munitas infra tempus legitimum presentavit, quique eiusdem Johannis regis secretarius existit, specialem gratiam facere volentes, . . . discretioni vestre mandamus, quatenus archidiaconatum predictum, cui cura etiam jurisdictionalis imminet animarum [fructus 4 mr.], eidem Mathie auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome 17. kal. julii anno 4.

XXX[3]). Restituta 13. kal. julii anno 4.

Orig. med Bulle i Hampesnor i Ribe Stiftskistes Breve 459. L. Dipl. (II) Afskrift i Reg. Lat. 1191 fol. 198 v.

4113. **19. Juni 1507.**

Klerken Balthasar Smidt fra Slesvig Stift, som har ført Proces om et evigt Vikariat i Rostock, faar det overdraget til en pavelig Auditør at undersøge Sagen og give ham Provision paa Embedet.

Vacanti alias perpetua sine cura, commenda sive elemosinaria nuncupata, sita in parrochiali ecclesia b. Marie virginis opidi Rostoccensis Zwerinensis diocesis per cuiusdam Petri Marlow clerici eiusdem diocesis in partibus coram notario publico et testibus in manibus loci ordinarii vel ad id potestatem habentis sponte factam resignationem, Baltasarus Smydt clericus Slesvicensis diocesis ab huiusmodi loci ordinario pretextu dicte resignationis ad eandem commendam sive elemosinariam extitit institutus, idemque orator causas, quas occasione dicte commende sive elemosinarie contra quendam Andream Sonencken assertum clericum intrusum omnesque alios etc. movere intendebat, Andree de Bassignano, vestri sacri palatii apostolici causarum auditori, vigore appellationis extra eandem † in partibus illis pro ipsius oratoris parte interposite et eidem adversario legitime intimate committi obtinuit, cuius vigore ad nonnullorum terminorum substantialium, citra tamen cause conclusionem, observationem processum extitit. Cum autem dubitat premissa viribus non subsistere et ab aliquibus asseritur neutri dictorum collitigantium in dicta commenda sive elemosinaria jus compe-

[1]) add. Gz. [2]) II: Skeoder [3]) II: A. XXX (uden Restituta). Colotius.

tere, supplicat idem orator, quatenus de †, que de jure patronatus laicorum existit, prefato auditori, ut, si [et] postquam per eventum litis et cause huiusmodi vel alias sibi constiterit neutri [ɔ: -trum] litigantium in commenda seu elemosinaria prefata jus habere, dicto Baltazaro Smydt oratori de dicta commenda sive elemosinaria [fructus 4 mr.] per modum nove aut simplicis provisionis, gratificationis, concurrentie aut paritatis, gratie si neutri [etc.] provideat, mandare[1]) dignemini ac, ut dictus auditor commendam sive elemosinariam huiusmodi eidem Baltazaro oratori conferat in vim nove † provisionis, gratie etc. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome 13. kal. julii anno 4.

Suppl. 1271 fol. 78 v.

4114. 2. Juli 1507.

Den udvalgte Biskop Godske Ahlefeld i Slesvig faar Dispensation til at faa Fristen for sin Indvielse forlænget med et halvt Aar.

Supplicat Gotschalcus electus Slesvicensis, quatenus, eum, qui infra tempus de consecrandis episcopis a canonibus diffinitum adhuc constitutus existit, specialibus favoribus et gratiis prosequentes, tempus predictum ad sex menses a fine dicti temporis computandos prorogantes pariter et extendentes, cui in litteris perpetuare liceat, cum eadem creatura, [ut] usque ad sex menses predictos a fine dicti temporis computandos munus huiusmodi invitus suscipere minime teneatur nec ad id a quoquam invitus valeat cohartari, dispensare dignemini. Fiat. J. Et per breve s. v. attenta materia. Fiat. J. Datum Rome 6. non. junii [ɔ: julii] anno 4.

Suppl. 1252 fol. 290.

4115. 2. Juli 1507.

Ribekanniken Jens Kaas faar Dispensation til i de første to Aar ikke at lade sig indvie til de højere Grader, da han har faaet den »franske Syge«.

Cum Johannes Kaas canonicus Ripensis, de nobili genere ex utroque parente procreatus, certa infirmitate, Gallicana nuncupata, quam patitur, causante, altero brachio adeo debilitatus existat, ut ad sacros et presbiteratus ordines se promoveri facere non possit, intendit tamen predictus orator, postquam fuerit sanitati restitutus, ad huiusmodi ordines se promoveri facere;

[1]) Gz. — Cod. providere dignemini

supplicat igitur, quatenus secum, ut ratione quorumcunque beneficiorum, que obtinet et in posterum obtinebit, donec pristine sanitati restitutus fuerit, ad aliquem ex sacris, etiam subdiaconatus et presbiteratus, ordinibus promoveri non teneatur, dispensare dignemini. Fiat. J. Et de indulto de non promovendo ad biennium dumtaxat. Et per breve s. v. attenta materia. Datum Rome 6. non. julii anno 4.

Suppl. 1252 fol. 269.

4116. **2. Juli 1507.**

Kapitlet i Slesvig faar bevilget, at Gejstligheden i Stiftet hver Torsdag under Gudstjenesten alene maa læse Messe for Domkirkens Helgen, St. Peter.

Cum ecclesia Slesvicensis sit fundata sub invocatione s. Petri et tam in illa quam aliis ecclesiis civitatis et diocesis Slesvicensis singulis quintis feriis, exceptis quadragesimalibus et adventus temporibus ac vigiliis sanctorum, misse de b. Petro decantari soleant, et propterea episcopus et capitulum ecclesie Slesvicensis huiusmodi ob singularem devotionem, quam ad eundem s. Petrum gerunt, cupiant, [ut] eisdem feriis, quibus[1]) misse de ipso s. Petro celebrantur, officium divinum ac hore diurne pariter et nocturne de ipso s. Petro recitentur et decantentur, supplicant igitur dictus episcopus et capitulum, quatenus, eos specialibus gratiis prosequentes, quod in civitate et diocesi predictis singulis annis quintis feriis[2]), quibus misse de b. Petro celebrantur, ut prefertur, clerici et presbiteri et religiosi, cuiuscunque status fuerint, qui horas recitare tenentur, officium divinum ac horas canonicas diurnas pariter et nocturnas huiusmodi de eodem s. Petro dicere [et] recitare possint et ad horas huiusmodi aliter dicendas compelli non possint, dictis episcopo[3]) et capitulo perpetuo indulgere dignemini. Fiat. J. Et per breve s. v., attenta materia, et dummodo † non occurrat aliquod festum ecclesie, in quo officium perpetuum relinquatur[4]). Datum Rome 6. non. julii anno 4.

Suppl. 1252 fol. 152 v.

4117. **3. Juli 1507.**

Dekanen Gunde Nielsen (Lange) i Ribe, som har faaet pavelig Dispensation til i to Aar ikke at lade sig præstevie, faar yderligere eet Aars Frist.

Alias s. v. cum Guidoni (!) Nicolai decano ecclesie Ripensis, in artibus magistro, de nobili genere procreato, ut ratione quo-

[1]) Gz. — Cod. quatenus [2]) Gz. — Cod. quintifferiis
[3]) Cod. et quod episcopo [4]) Cod. non relinquatur

rumcunque beneficiorum, que obtinebat et in posterum obtenturus erat, usque ad biennium a fine anni sibi a jure statuti computandum ad aliquem ex sacris presbiteratus ordinibus se facere promoveri non teneretur, dispensavit, prout in litteris s. v. in forma brevis plenius continetur. Cum autem dictus orator non speret infra dictum biennium ad omnes [ordines] se promoveri non (!) posse, supplicat, quatenus biennium predictum, quod adhuc durat, ad annum a fine dicti biennii computandum prorogare, ita quod, per lapsum biennii et anni predicti non promotus [ɔ: promoto] oratore, beneficia predicta minime vacare censeantur, dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Et per breve s. v. Datum Rome 5. non. julii anno 4.

Suppl. 1252 fol. 290.

4118. **4. Juli 1507.**

Paven befaler Biskoppen i Slesvig, Abbeden i Rydkloster og Ærkedegnen i Slesvig at overdrage Provstiet i Barvid Syssel i Slesvig Stift til Klerken Mikkel Pedersen (Hostorp) fra Slesvig Stift.

Episcopo Slesvicensi et abbati monasterii Rurisregii Slesvicensis diocesis ac archidiacono ecclesie Slesvicensis. Vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque, sicut accepimus, prepositura ruralis Barcksusel[1]) dicte diocesis vacet[2]) ad presens et tanto tempore vacaverit, quod eius collatio juxta Lateranensis statuta concilii est ad sedem apostolicam legitime devoluta, licet Gison Uslere, qui se gerit pro clerico, preposituram predictam nullo titulo canonico nec juris adminiculo sibi desuper suffragante, sed temeritate propria et de facto, per certum tempus detinuerit et detinet indebite occupatam, nos, qui dudum inter alia voluimus, quod, quicunque beneficium tunc per annum immediate precedentem pacifice possessis [ɔ: -sum], et quod certo modo vacare pretenderet, extunc deinceps impetraret, gradum et nobilitatem possessoris eiusdem, et quot annis possessor ipse illud possedisset, in huiusmodi impetratione exprimere teneretur, alioquin impetratio predicta et quecunque inde secuta nullius existerent firmitatis, Michaeli Petri clerico Slesvicensis diocesis specialem gratiam facientes, discretioni vestre mandamus, quatenus, vocatis dicto Gisone et aliis, qui fuerint evocandi, preposituram predictam, que in ecclesia Slesvicensi per-

[1]) II: Barchisusel [2]) II: quovis modo aut ex cuiusdam Cisaris Tue aut alterius cuiusvis resignatione

sonatus reperitur [fructus 4 mr.], eidem Michaeli auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome 4. non. julii anno 4.

A. XXX. 12. kal. aug. anno 4. Colotius.

Reg. Lat. 1190 fol. 279 v; ogsaa (II) Supplik (Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula) i Suppl. 1253 fol. 249[1]).

4119. **4. Juli 1507.**

Klerken Mikkel Pedersen (Hostorp) fra Slesvig Stift faar Kanonikat og Præbende i Slesvig.

Cum canonicatus et prebenda ecclesie Slesvicensis per obitum Andree Jungen vacent, supplicat Michael Petri clericus Slesvicensis diocesis, quatenus sibi dictos canonicatum et prebendam [fructus 4 mr.] conferre et de illis etiam providere dignemini. Concessum in presentia pape. P. Interamnensis. Et quatenus sit aliquis intrusus, illius nomina, cognomina, qualitates [*etc. som i forrige Brev, Fodnoten, til* dummodo non ultra tres], et quatenus Henningus Kistenbruge post obitum Andree vel cuiuscunque alterius dictorum canonicatus et prebende possessoris ex collatione, ordinatione, mediantibus pactis simoniacis, dictos canonicatum et prebendam fuerit in[ɔ: as]secutus, ipsaque [ɔ: ipsa] pacta et conventiones exprimi possint et de oportuna conventione declarandi litteras surreptitias ac collationem et provisionem nullas, prout de jure et de forma juris, et providendi in eventum etc. Datum Rome 4. non. julii anno 4.

Suppl. 1253 fol. 42.

4120. **4. Juli 1507.**

»Ærkepræsten« Mikkel Pedersen (Hostorp) fra Slesvig Stift faar Kantoriet i Haderslev.

Supplicat Michael Petri archipresbiter Slesvicensis diocesis, quatenus sibi de cantoria in ecclesia b. Marie virginis Ardelbeningen (!) Slesvicensis diocesis, que in dicta ecclesia officium esse dicitur, per obitum Willelmi Scroder vacante [fructus 2 mr.],

---

[1]) *Med følgende Tilføjelse:* Et quod, si sit aliquis annalis detentor, illius nomina, cognomina, qualitates, tempus detentionis et cause, propter quas jus sibi non competit, habeantur pro expressis et exprimi possint, et cum derogatione regule de annali possessore, constitutionis Bonifaciane etiam de duabus dietis, dummodo non ultra tres; et, quatenus orator obtineat duo curata seu alias incompatibilia ex dispensatione apostolica, exprimi possit, et tunc de oportuna dispensatione obtinens [ɔ: -endi] prepossituram ipsam cum eisdem duobus incompatibilibus ad sex menses a die pacifice possessionis computandos.

providere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome 4. non. julii anno 4.

Suppl. 1253 fol. 163 v.

4121. **4. Juli 1507.**

Klerken Huneman Braoniger fra Slesvig (?) Stift faar Kanonikat og Præbende i Slesvig (?)[1].

Alias canonicatu et prebenda ecclesie Slesvicensis per obitum Huberti Aissien possessoris vacantibus, de illis Hunenemanus (!) Braoniger clericus et canonicus Slesvienensis auctoritate ordinaria obtinuit provideri, possessione subsecuta. Cum autem dubitet collationem et provisionem predictas viribus non subsistere, supplicat igitur, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Et cum gratificatione, quatenus illi locus sit. In litteris, que per viam † nove provisionis, gratie [etc.] expediri possint. Datum Rome 4. non. julii anno 4.

Suppl. 1252 fol. 253 v.

4122. **4. Juli 1507.**

Klerken Jens Didriksen fra Slesvig Stift faar to evige Beneficier i Ekernførde og Flensborg.

Alias uno in s. Nicolai Ekelfordensis et alio perpetuis simplicibus beneficiis, commendis nuncupatis, ad altare ss. Petri et Pauli in b. Marie virginis Flensburgensis oppidorum [ecclesiis] Slesvicensis diocesis, que de jure patronatus laicorum existunt, vacantibus, Johannes Theodorici clericus Slesvicensis diocesis ad illa per nonnullos ex patronis dictorum beneficiorum forsan minorem partem constituentes presentatus fuit. Cum autem dubitet orator ipse presentationem predictam viribus non subsistere, supplicat, quatenus sibi dicta beneficia [fructus insimul 4 mr.] conferre et de illis etiam providere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Et quod littere in forma † nove provisionis, si neutri [etc.] expediri possint. Et quod liceat oratori fateri sibi nullum jus competere et exprimere causas, etiam infectivas, propter quas jus sibi non competit. Et cum derogatione juris patronatus huiusmodi pro hac vice, quatenus ex fundatione vel dotatione laicorum, pro medietate, alias in totum, ac fundationis, si qua obstat. Datum Rome 4. non. julii anno 4.

Suppl. 1253 fol. 42.

[1]) Slesvienensis er maaske snarere Senlis (Siluanectensis).

4123. **24. Juli 1507.**

Klerken Balthasar Smidt fra Slesvig Stift faar Provstiet i Vidaa i Slesvig Stift og et evigt Vikariat og Kommende uden Sjælesorg i Rostock (jfr. Nr. 4097).

Cum prepositura ruralis, Wida nuncupata, que personatus in ecclesia Slesvicensi dicitur, necnon perpetua vicaria ac beneficium, in illis partibus commenda nuncupatum, que sine cura sint, sita in parrochiali ecclesia b. Marie virginis oppidi Rostoccensis Zwerinensis diocesis, vacent ad presens et tanto tempore vacaverint, quod eorum collatio juxta Lateranensis statuta concilii est ad sedem apostolicam legitime devoluta, supplicat Baltazarius Smydt clericus Slesvicensis diocesis, quatenus sibi dictam preposituram ruralem, que in prefata ecclesia Slesvicensi personatus existit, ac vicariam et beneficium, commendam nuncupatum [fructus insimul 4 mr.], quovis modo aut ex quorumcunque personis ac seu per quorundam Bisonis Wszeler, Johannis Kope aut etiam[1]) aliorum quorumcunque resignationem vacent, conferre et de iisdem providere dignemini, non obstantibus constitutionibus apostolicis, quibus caveri dicitur, quod nullus in dicta ecclesia Slesvicensi personatum seu aliquam aliam dignitatem possidere possit, nisi sit actu eiusdem ecclesie canonicus. Concessum in presentia pape. P. Interamnensis. Et quod, si sit aliquis annalis detentor seu detentores, illorum nomina, cognomina, qualitates, tempus detentionis, cause, quare jus illis non competit, et alia ad hoc, ut regule de annali possessore satisfiat, † [cui pro hac parte] derogare placeat †, [exprimi possint], quatenus opus sit. Et quod littere conjunctim vel divisim expediri possint. Datum Rome 9. kal. aug. anno 4.

Suppl. 1256 fol. 37 v.

4124. **30. Juli 1507.**

Præsten Jens Nielsen fra Viborg Stift faar Sognekirken i Sønderholm med Annekset Freilev i Viborg Stift.

Alias parrochiali ecclesia de Sondtvolin cum eius annexa Hieleff Vibergensis diocesis per obitum Henrici de N . . . vacante, Johanne [ɔ: -ni] Nicolai prebitero Burglanensis diocesis de eadem parrochiali ecclesia et eius annexa per loci ordinarium provisum fuit, possessione per eum forsan subsecuta. Cum autem dubitet provisionem predictam viribus non subsistere ac dictam parrochialem alias, quam ut prefertur, vacavisse et va-

[1]) Gz. — Cod. ac quorundam B. W., J. K. aut etiam seu per

care, supplicat igitur, quatenus sibi beneficium predictum [fructus 4 mr.] de novo conferre . . . dignemini. Concessum in presentia pape. P. Interamnensis. Datum Rome 3. kal. aug. anno 4.

Suppl. 1256 fol. 89.

4125. **30. Juli 1507.**

Provsten Hans Skovgaard i Harsyssel i Ribe Stift, som havde faaet Dispensation til i to Aar ikke at lade sig indvie til de gejstlige Grader, faar Fristen forlænget med endnu eet Aar.

Alias s. v. cum Johanne Scowgarim, artium magistro, ex utroque parente nobili procreato, preposito prepositure ruralis Hudsysell Ripensis diocesis, ut usque ad biennium extunc computandum ratione dicte prepositure ruralis, quam obtinet, ad aliquem ex sacris ordinibus se promoveri facere non teneretur, dispensavit. Cum autem dictus Johannes infra biennium ad ordines huiusmodi † se promoveri facere comode nequeat, et finis biennii instare noscatur, supplicat, quatenus biennium huiusmodi ad annum dumtaxat a fine dicti biennii computandum, ita quod interim durante dicto anno ratione dicte prepositure et quorumcunque aliorum beneficiorum curatorum aut alias sacros ordines huiusmodi requirentium per eum interim assequendorum ad aliquem ex sacris ordinibus se facere promoveri minime teneatur, prorogare dignemini. Concessum in presentia pape. P. Interamnensis. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat et de prorogatione ad annum pro oratore in curia existente dumtaxat. Datum Rome 3. kal. aug. anno 4.

Suppl. 1256 fol. 89.

4126. **30. Juli 1507.**

Den udvalgte Biskop i Slesvig Godske Ahlefeld lover at betale Servispenge til det pavelige Kammer og Kardinalkollegiet.

Dicta die [ɔ: 30. julii 1507] Jacobus de Doffis (!) obtulit camere apostolice et sacro cardinalium collegio vice et nomine Godscali (!) electi Slesvicensis pro communi servitio dicte ecclesie ratione provisionis de persona sua eidem ecclesie auctoritate apostolica per bullas Julii pape II sub data 12. kal. junii anno 4 facte fl. auri de camera 1000, ad quos dicta ecclesia in libris camere taxata reperitur, et quinque minuta servitia consueta. Eorundem autem communis et minutorum medietatem infra sex menses proximos, aliam vero medietatem infra alios sex menses extunc sequentes solvere promisit . . . . Et L. Pacius tulit sententias in scriptis.

Dicta die bulle dicte ecclesie fuerunt date, quia solvit omnia jura camere et collegii.

Oblig. 88 fol. 117 v.

30. julii 1507 Gotscalcus electus Slesvicensis provisus 12. kal. junii anno 4 obtulit fl. 1000.

Uddrag af Garampi efter S. C. 10 fol. 54 v (tabt).

4127. 30. Juli 1507.

Klerken Poul Andersen i Ribe faar Sognekirken i Gram med dens Annekskirker.

Supplicat Paulus Andree clericus Ripensis, quatenus sibi de parrochiali ecclesia Gram cum eius annexis, per obitum Enikini Sexssen vacantibus [fructus 4 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. P. Interamnensis. Datum Rome 3. kal. aug. anno 4.

Suppl. 1256 fol. 81 v.

Ripensis. Paulus Andree. Parochialis per obitum.

Uddrag i Indice 346 efter Reg. Lat. Julii II anno 4 lib. 24 (tabt) fol. 122.

4128. 31. Juli 1507.

Godske Ahlefeld lover at betale Annater af Provstiet i Slesvig og flere andre Embeder, som han har faaet Lov at beholde.

Dicta die [ɔ: 31. julii 1507] Jacobus de Dossis obligavit se camere apostolice nomine Godscalci electi Slesvicensis pro annata prepositure dicte ecclesie et nonnullorum aliorum beneficiorum, quos [ɔ: que] obtinet, vacatur[orum] per promotionem ad dictam ecclesiam et munus consecrationis [fructus insimul 30 mr.], et data retentio sub data 12. kal. junii anno 4.

Overstreget og i Randen: Die 1. aug. solvit fl. 47 ÷ [ɔ: 47½].

Annate 1506—07 fol. 155 (Archivio di Stato).

4129. 31. Juli 1507.

Godske (Ahlefeld) betaler 50 Dukater til det pavelige Kammer som Erstatning for Ophøret af den Pension, Ditlev (Pogwisch) var Kardinal Johannes (de Castro) skyldig.

Universis presentes litteras inspecturis. Universitati vestre notum facimus per presentes, quod Gotscalcus electus ecclesie Slesvicensis pro totali et integra solutione eris et trium servitiorum in quibusdam certis sententiis et penis ratione cessationis pensionis 300 duc. auri de camera, quam olim . . . Detleuus

ipsius ecclesie Slesvicensis episcopus eius predecessori bone memorie Johanni tituli s. Prisce presbitero cardinali Agrigentino super fructibus dicte ecclesie solvere tenebatur et extiterat efficaciter obligatus, camere dicti collegii necnon familiaribus et officialibus dictorum . . cardinalium fl. auri de camera 50, nobis pro ipsis collegio et familiaribus et officialibus recipientibus, per manus Michaelis Petri die date presentium solvi fecerit realiter et cum effectu, de quibus florenis . . . prefatum Gotscalcum . . . . quietamus . . . . Datum Rome die ultima julii anno 1507 pontificatus anno 4.

Trykt i Cypræus, Annales episcoporum Slesvic., 400—01. Reg. 5354.

1. Sept. 1507.

Se Supplik af 17. Dec. 1507 (Nr. 4138).

4130. **16. Okt. 1507.**[1]

Paven befaler Biskoppen i Slesvig og Provsten og Dekanen i Lübeck at overdrage Dekanatet i Hamburg til Klerken Antonius Reyffelt fra Mainz Stift, som ogsaa er pavelig familiaris og Staldmester.

Episcopo Slesvicensi et preposito ac decano ecclesie Lubicensis. Grata familiaritatis obsequia [etc.]. Cum itaque decanatus ecclesie b. Marie Hamburgensis Bremensis diocesis ex eo, quod Nicolaus Huge junior decanatum predictum, cui cura imminet animarum, antea sibi apostolica auctoritate collatum per annum et ultra pacifice possidens se non fecit . . ., prout de jure et juxta statuta et consuetudines ipsius ecclesie tenebatur . . . ., promoveri, juxta dicta statuta vacaverit et vacet ad presens, licet ipse Nicolaus decanatum predictum post huiusmodi anni decursum, nullo alio sibi de novo quesito titulo seu juris adminiculo desuper suffragante, sed temeritate propria et de facto, per plures annos tenuerit et adhuc detineat indebite occupatum, nos . . . . . ., Antonio Reyffelt clerico Maguntine diocesis, familiari nostro, qui etiam parafrenarius et continuus commensalis noster existit, specialem gratiam facere volentes, discretioni vestre etc. mandamus, quatenus vos, si, vocatis dicto Nicolao juniore et aliis, qui fuerint evocandi, [rem ita, ut prefertur, habere comperceritis][2]) decanatum predictum . . . . [fructus 6 mr.] eidem

[1]) 15. Okt. (3. Nov.) 1507 faar Dekanen Thomas Haker i Schwerin et Vikariat sammesteds, som indehaves af Klerken Niels Antonsen fra Roskilde Stift (Suppl. 1264 fol. 20 og 292).

[2]) add. Gz.

Antonio auctoritate nostra conferre curetis . . . . Datum Rome 17. kal. nov. anno 4.

A. gratis de mandato. 5. kal. dec. anno 5. Colotius.
Reg. Lat. 1200 fol. 90 v.

4131. **3. Nov. 1507.**

Haderslevkanniken Johan Brandis faar Fritagelse for at residere.

Supplicat Johannes Brandes canonicus ecclesie Hadersleven-sis [Slesvicensis] diocesis, causarum palatii apostolici notarius, quatenus sibi, ut ratione [ɔ: in altero] canonicatus vel aliorum beneficiorum suorum per eum pro tempore obtentorum residendo aut litterarum studio in loco, ubi illud vigeat generale, insistendo omnes fructus canonicatus et prebende predicte ecclesie, quos obtinet, quoad vixerit, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, libere percipere valeat et ad residendum interim in ea invitus cogi [non] possit, concedere dignemini. Concessum in presentia pape. P. Interamnensis. Datum Rome 3. non. nov. anno 4.

Suppl. 1265 fol. 6.

4132. **5. Nov. 1507.**

Klerken Balthasar Smidt fra Slesvig Stift faar Sognekirken i Rakow i Camin Stift.

Vacanti alias parrochiali ecclesia ville Rakow Caminensis diocesis aut alterius diocesis per obitum N. Freudenberg, Baltasarius Smydt clericus Slesvicensis diocesis illam cum suis annexis ordinaria auctoritate extitit assecutus, possessione forsan subsecuta. Cum autem dubitet premissa viribus non subsistere ipsamque ecclesiam unacum suis annexis adhuc vacare, supplicat igitur, quatenus sibi de dicta ecclesia una cum suis annexis [fructus insimul 4 mr.] per modum nove aut omissa narrativa provisionis aut gratie [etc.] seu gratificationis paritatis et coherent[ie] providere dignemini. Concessum in presentia pape. G. cardinalis s. Petri ad Vincula. Datum Rome non. nov. anno 4.

Suppl. 1265 fol. 128 v.

4133. **13. Nov. 1507.**

Præsten Zutfeld Wardenberg fra Schwerin Stift faar Beneficier i Itzehoe, Lübeck og Rostock.

Nuper uno [in] parrochiali ecclesia opidi Itzho prope monasterium monialium eiusdem opidi Bremensis diocesis per liberam resignationem Ottonis Ratlov chathedralis ecclesie Slesremensis [ɔ: Slesvicensis] canonici, tunc in eadem ecclesia in Itzeho

perpetui beneficiati, de illo, quod tunc inibi obtinebat, in manibus Andree Federici eiusdem ecclesie Lijueniensis [ↄ: Slesvicensis] canonici tamquam persone idonee ad id per eundem Ottonem electe vigore quarundam litterarum apostolicarum facultatis de resignando et permutando etc. Zutpheldo Wardenbis (!) presbitero Zwerinensis diocesis et decretorum doctori a sede apostolica concessarum, prout ex illarum forma poterat, apostolica auctoritate in partibus † sponte factam et admissam, et similiter quodam alio in parrochiali ecclesia b. Marie Lubicensi per similem resignationem in manibus capituli chatedralis ecclesie Lubicensis tamquam loci ordinarii per Henricum Reliberne eiusdem possessorem sponte factam et admissam, necnon reliquo simplicibus beneficiis in parrochiali ecclesia s. Petri Rosanensi [ↄ: Rostochensi] Zwerinensis diocesis vacantibus, fuit de omnibus beneficiis predictis eidem † Zutpheldo Wardenberg oratori, de illo videlicet in parrochiali ecclesia in Itzeho apostolica, de reliquis vero duobus beneficiis predictis eadem seu ordinaria respective auctoritatibus provisum, alicuius[1]) forsan ex eisdem subsecuta [possessione]. Cum autem dubitet provisionem predictam viribus non subsistere [ac] dicta beneficia adhuc forsan vacare, supplicat, quatenus, tenores dictarum litterarum apostolicarum facultat[is] necnon provisionem suam de eisdem beneficiis sibi factam [approbantes][2]) dictasque resignationes, quatenus rite et legitime facta narrativa[3]) fuerit, de novo admittentes, sibi de dictis simplicibus beneficiis [cuiuslibet fructus 3 mr.] in forma nove aut omissa narrativa predicta in forma [simplicis] aut cuiusvis alterius respective provisionis, in eventum litis gratie [etc.], cum oportuna gratificatione, quatenus locus sit, providere dignemini. Concessum in presentia pape. P. Interamnensis. Datum Ostie id. nov. anno 4.

Suppl. 1265 fol. 160 v.

4134. 26. Nov. 1507.

Den evige Vikar ved Skaanefarernes Alter i Mariekirken i Lübeck og Forstanderne for Skaanefarernes Kompagni faar pavelig Bekræftelse paa en Overenskomst med Sognepræsten om Besættelsen af dette Vikariat, som allerede tidligere var bekræftet af Biskoppen Wilhelmus (Westphal) (jfr. Nr. 4152).

Alias cum provisores societatis, Olderlude nuncupate, mercatorum Lubicensium terram Scamie(!) in regno Dacie visitantium quandam perpetuam vicariam in parrochiali ecclesia b. Marie

---

[1]) Gz. — Cod. alioquin [2]) add. Gz. [3]) Gz. — Cod. materia

Lubicensi ad altare situm in parte australi dicte ecclesie fundassent et ex nonnullis annuis redditibus dotassent, et tunc episcopus Lubicensis eandem fundationem approbans jus patronatus et presentandi personam idoneam ad dictam vicariam provisoribus dicte societatis pro tempore existentibus reservasset . . . ., ita ut ipsi provisores deberent unum ex se eligere, qui sic electus unacum rectore predicte ecclesie personam idoneam et abilem juxta fundationem dicte vicarie conjunctim presentare [posset], et postmodum, occurrente vacatione dicte vicarie, inter rectorem et provisores prefatos super huiusmodi presentatione lites et dissensiones exorte fuissent ac super huiusmodi differentiis quandam concordiam super jure patronatus huiusmodi inivissent, Guillelmus electus Lubicensis concordiam predictam confirmavit ac illam in hunc modum reformavit, videlicet quod, occurrente vacatione predicte vicarie, provisores prefate societatis possent inter se eligere unum ex ipsis provisoribus, qui electus ad dictam vicariam pro una vice presentare posset personam idoneam, alias juxta tenorem dicte fundationis abilem et qualificatam ac [ɔ: ad] predictam vicariam sic vacantem, rectore dicte ecclesie minime requisito, et pro alia vero vice electus per provisores personam idoneam dicto rectore requisito et cum eo presentabit, itaque[1]) sic alternatis vicibus in perpetuum presentari debuerit, quod, si aliter presentatio fiet, nulla existat et totiens, quotiens contrafactum fuerit, jus patronatus ad subadvocatum laicum capituli ecclesie Lubicensis pro tempore existentem devolvatur, ita quod ipse subadvocatus ad nominationem rectoris pro tempore existentis dicte parrochialis ecclesie absque contradictione et impedimento dictorum provisorum libere valeat presentare personam idoneam ad dictam vicariam; in ceteris autem voluit priores fundationem, ordinationes et declarationes inviolabiliter observari, prout in quibusdam litteris desuper confectis et sigillo ipsius electi munitis . . plenius continetur. Supplicant igitur s. v. moderni rector, plebanus nuncupatus, parrochialis ecclesie et provisores societatis predictarum, quatenus premissas concordiam, approbationem, innovationem et reformationem necnon voluntatem Wilhelmi electi aut [ɔ: ac], prout concernunt illas, omnia in dictis litteris contenta auctoritate apostolica confirmare dignemini. Fiat. J. . . . Datum Rome 6. kal. dec. anno 5.

Suppl. 1266 fol. 142.

[1]) Gz. — Cod. ita quod

4135. **26. Nov. 1507.**

Klerken Michael Fürstenberg fra Brandenburg Stift faar Sognekirken i Gelting i Slesvig Stift.

Cum quedam parrochialis ecclesia in Solungen Slesvicensis diocesis secularis per clericum secularem gubernari solita vacet et tanto tempore vacaverit, quod eius collatio juxta Lateranensis statuta concilii est ad sedem apostolicam legitime devoluta, quidam Henricus Dobilaveldin frater monasterii Ruris regii ordinis Cisterciensis Slesvicensis diocesis eandem ecclesiam secularem nullo titulo saltem canonico sibi desuper suffragante suffultus per certum tempus eandem (!) detinuatur [ɔ: detinuit], prout detinet de presenti, indebite occupatam. Supplicat igitur Michael Foistenbarg clericus Brandeburgensis diocesis, decretorum doctor, quatenus sibi de huiusmodi parrochiali ecclesia [fructus 6 mr.], etiam si adhuc per Johannis Stademann clerici secularis obitum vacet, providere dignemini. Fiat. J. Et quod minime accipiatur per fratrem ordinis Cisterciensis, cuius nomen et cognomen, conditio et qualitates ac, quod idem frater sit institutus per electum Slesvicensem, tunc nondum a sede apostolica confirmatum, nec dictus monacus dispensa[tio]nem [obtinuerit?], in litteris exprimi possint cum derogatione juris patronatus, dummodo non ex fundatione vel dotatione existit. Datum Rome 6. kal. dec. anno 5.

Suppl. 1267 fol. 235 v.

4136. **1. Dec. 1507.**

Kong Hans's Kansler, Klerken Ove Bille fra Roskilde Stift faar efter Kong Hans's Præsentation Provstiet i Lund, ledigt ved Niels Stigsen (Thott)s Død.

Nuper prepositura ecclesie Lundensis *(Dipl. dioc. Lund. VI)*. Fiat. J. Datum Rome kal. dec. anno 5.

Suppl. 1266 fol. 206.

4137. **3. Dec. 1507.**

Antonius Fürstenberg faar ny Provision paa Provstiet i Børglum, hvortil Kapitlet havde valgt ham.

Vacante alias prepositura ecclesie Burglanensis ordinis Premonstratensis, que inibi dignitas post pontificalem maior ac curata et electiva existit, forsan per obitum Andree Walkendorp, prior et conventus seu capitulum dicte ecclesie sedi apostolice immediate subjecte, ad quos electio prepositi dicte ecclesie per tempus ex ipsius prepositure vacatione occurrente ex indulto apostolico pertinebat, convenientes in unum et capitulo congre-

gato Antonium de Vorstenberg Arinde (!) decretorum doctorem, de nobili et militari genere procreatum ex utroque parente, canonicum dictum ordinem expresse professum, in eorum et dicte ecclesie [prepositum] concorditer elegerunt, possessione forsan subsecuta. Supplicat dictus orator, quatenus electionem predictam, quatenus rite sit facta, confirmare, alioquin de prepositura predicta [fructus 4 mr.] eidem oratori in forma nove vel simplicis provisionis, gratie [etc.] providere, secumque, ut parrochialem ecclesiam s. N. oppidi Wrsaliensis Coloniensis diocesis seu illius perpetuam vicariam, que per canonicos dicti ordinis obtineri consuevit, et quam ipse orator ante tempus dicte electionis obtinebat ac de presenti obtinet, una cum dicta prepositura, quoad vixerit, ut prius retinere cum clausula permutandi totiens quotiens etc. libere possit, dispensare dignemini. Fiat. J. Datum Rome 3. non. dec. anno 5.

Suppl. 1266 fol. 293 v.

4138. 17. Dec. (1. Sept.) 1507.

Klerken Ditlev Langebek fra Bremen Stift faar et evigt Vikariat i Lübeck, Sognekirker i Wismar, Grevesmülen og Rendsborg og Kanonikat og Præbende i Haderslev mod at betale Pension til Klerken Johannes Trossardi fra Sion Stift.

Alias perpetua sine cura vicaria in Lubicensi ac parrochialibus oppidorum Wismar et Grevesmolensis Ratzeburgensis diocesis ac in Renesborch[1]) Bremensis diocesis ac canonicatu et prebenda in Hadersleuensi Slesvicensis diocesis ecclesiis per obitum Nicolai Soff[2]) in Romana curia defuncti vacantibus, qui Nicolaus creature vestre Galeotti tituli s. Petri ad Vincula presbiteri cardinalis sacre Romane ecclesie vicecancellarii familiaris continuus commensalis existebat, illa fuerunt[3]) Johanni Trossardi clerico Sedunensi eiusdem creature familiari continuo commensali auctoritate apostolica collata et eidem Galeotto presbitero cardinali commendata, qui Galeottus[3]) litteris non confectis in favorem eiusdem Johannis Trossardi[4]) commende huiusmodi cessit; et, cum ipse Johannes Trossardi etiam huiusmodi beneficia litteris non confectis resignet et cedat, supplicant tam dictus Johannes Trossardi quam orator Ditleuus Langenbeke[5]) clericus

---

[1]) II: Renisborch [2]) II: Sust

[3]) II: fuerunt eidem Galeotto presbitero cardinali commendata, qui Galeottus [4]) II: Johannis Trossardi clerici Sedunensis diocesis

[5]) II: Detlevus Langenberche

Bremensis diocesis, sacri palatii apostolici canonicus[1]) ac e. s. v. familiaris continuus commensalis, quatenus, cessionem huiusmodi admittentes, perpetuas sine cura vicarias[2]) in Lubicensi et parrochiales ecclesias oppidorum Wismar et Grevesmolensis Ratzeburgensis diocesis ac in Renesborch Bremensis diocesis ac canonicatum et prebendam in Hadersleuensi Slesvicensis diocesis [omnium insimul fructus 15 mr.] eidem Ditleuo oratori conferre ac Johanni Trossardi[3]), ne ex resignatione[4]) huiusmodi nimium dispendium patiatur, pensionem annuam 12 fl. auri renensium super canonicatus et prebende et vicariarum seu aliorum beneficiorum fructibus etc. per dictum Ditlevum, cuius ad hoc expressus accedit assensus, etiam possessione dictorum canonicatus et prebende ac vicariarum et aliorum beneficiorum predictorum per eundem Detleuum habita vel[5]) non[5]) habita[5]) et[6]) successores suos annis singulis in locis et terminis de partium consensu statutis ac sub sententiis, censuris et penis integre persolvendam reservare dignemini. Concessum in presentia pape. P. Interamnensis. Cum derogatione[7]) de optando. Datum Rome 16. kal. jan.[8]) anno 5.

Suppl. 1269 fol. 211 v; ogsaa (II) 1294 fol. 115.

4139. 3. Jan. 1508.

Kong Hans meddeler Paven, at nogle Franciskaner-Konventualer i hans Rige, særlig i Klostret i Kolding, lever et forkasteligt Liv mod Klosterreglerne. Han anmoder derfor Paven om, at Vikaren for Observanterne maa faa Lov til at indføre sine Brødre i Klostret, og om, at der maa blive indsat Dommere in partibus til at undersøge Sagen.

Ad dominum sanctissimum. Post devota pedum oscula beatorum . . . S. v. meis ante litteris informavi *(Aarsberetn. fra Geh. Arch. I, 35—36; Reg. *9318).* Ex arce Haffnensi anno 1508 3. jan.

»Kong Hans's Brevbog« (R. A.).

4140. 8. Jan. 1508.

Klerken Balthasar Smidt fra Slesvig Stift faar Sognekirkerne i Husum og Mildsted i Slesvig Stift og et evigt Vikariat i Rostock.

Cum parrochialis ecclesia b. Marie virginis opidi sive ville Huszem una cum sua annexa et incorporata simili ecclesia ville

---

[1]) II: notarius ac Marci tituli s. Marie in Transtiberim presbiteri cardinalis servitiis insistendo

[2]) II: dictas vicarias [3]) II: Trossaris [4]) II: cessione

[5]) II: mangler. [6]) II: † et [7]) II: statuti [8]) II: kal. sept.

Milstede necnon perpetua sine cura vicaria sita in ecclesia monasterii sancte Crucis ordinis Cisterciensium opidi Rostocensis Slesvicensis et Zwerinensis diocesium vacent et tanto tempore vacaverint, quod earum collatio juxta Lateranensis statuta concilii est ad sedem apostolicam legitime devoluta, supplicat Baltazarus Smydt clericus dicte Slesvicensis diocesis, quatenus sibi dictas ecclesiam una cum sua annexa et incorporata predicta ecclesia ac vicariam [fructus insimul 4 mr.], quovismodo et ex cuiuscunque persona ac cuiusdam Johannis Tetens resignatione vacent, conferre . . dignemini. Concessum in presentia pape. P. Interamnensis. Et cum derogatione regule de annali possessore. Datum Rome 6. id. jan. anno 5.

Suppl. 1271 fol. 171 v.

4141. 8. Jan. 1508.

Klerken Johannes Scherenhagen fra Minden Stift faar Kanonikat og Præbende i Slesvig.

Alias canonicatu et prebenda ecclesie Slesvicensis per obitum Heningi Binsberch vacantibus, Johanni Bechten clerico Slesvicensis diocesis de illis existit provisum. Cum autem dictus Johannes Bechen provisionem et collationem huiusmodi cum omnibus inde secutis in manibus s. v. resignare ac omni juri sibi in dictis canonicatu et prebenda quomodolibet competenti renuntiare proponat, supplicat igitur Joannes Scherenhagen clericus Mindensis diocesis ac Hermanni Ovelfuss litterarum apostolicarum scriptoris familiaris continuus commensalis, quatenus, dictam cessionem admittentes, sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. P. Interamnensis. Datum Rome 6. id. jan. anno 5.

Suppl. 1270 fol. 169.

4142. Før 24. Jan. 1508.

Præceptoren Jordan Klüwer i Morkær Kloster faar indsat den pavelige Auditør Marianus de Bartholinis til at paadømme en Sag, han agter at rejse mod Broderen Peder Madsen i Antoniterklostret i Præstø, som gør Indgreb i Morkærs Ret til at udsende Bedere.

Exponitur pro parte Jordani Cluuer preceptoris domorum sive preceptoriarum in Morker Slesvicensis et Presto Roskildensis diocesis ordinis s. Augustini Viennensis, quod, licet ipse orator et sui antecessores pluribus retroactis annis et a primeva erectione dicte domus in Presto omnem superioritatem in eadem domo habuerint et habere fructusque ex eadem domo prove-

nientes recipere et tenere sine aliquo obstaculo et impedimento consueverint, nichilominus quidam Petrus Mathie pro religioso dicti ordinis se gerens, nescitur quo spiritu ductus, premissis minime attentis, se in dictam domum temere et de facto intrusit, prout intrusus est de presenti, et mala malis accumulando eundem oratorem et fratres de Morker jure questuandi per diocesim Ottoniensem, quod a tempore immemorabili semper spectare consuevit ad eosdem preceptorem et fratres eiusdem domus de Morker pro tempore existentes, per trium annorum spatium vel circa temere et de facto spoliavit, fructus[1]) exinde respective provenientes indebite percipiendo et levando ac suis dampnabilibus usibus applicando. Et cum premissa cedant in grave dampnum et prejudicium oratoris et fratrum ac destructionem eiusdem domus de Morker prefatorum, pro tanto recurrit ad pedes s. v. orator prefatus illi supplicando, quatenus, eius et dicte domus indempnitati more pii patris consulentes . . ., causas, quas idem orator movet et movere intendit contra dictum Petrum Mathie adversarium intrusum et spoliatorem omnesque alios intrusos et intrudendos ac sua communiter vel divisim interesse putantes et in executione citationis presentium vigore ad partes decernende nominandos de spolio et occupatione dicte domus, jure questuandi et fructibus ac omnibus premissis . . . ., alicui ex vestri sacri palatii apostolici causarum auditoribus tam conjunctim quam divisim ac summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura judicii, cum oportuna advocatione causarum huiusmodi nondum instructarum a quibuscunque judicibus, coram quibus in partibus forsan pendere dinoscuntur, mandare [dignemini][2]) audiendas, cognoscendas et fine debito terminandas cum . . . . . potestate Petrum Mathie omnesque alios supradictos in Romana curia et extra eam et in partibus totiens, quotiens opus fuerit, citandi illisque et aliis, quibus videbitur, in forma solita inhibendi, [constitutionibus apostolicis] quodque cause huiusmodi ad dictam curiam legittime devolute aut in eadem de sui natura vel juris necessitate tractande seu finiende non sint, ... non obstantibus . . . Que quidem commissio binas in eius fine gerebat signaturas, quarum prima *De mandato d. n. pape audiat magister Marianus, citet, procedat summarie etc., ut petitur, et justitiam faciat premissis non obstantibus.* Altera vero *Placet domino nostro pape. Johannes Tusculanus . . . . . [Uden Dato.]*[3])

---

[1]) Cod. fructusque [2]) add. Gz. [3]) Findestedet for Nr. 4142 og 4143 som 4144.

4143. **Før 24. Jan. 1508.**

Alle de Sager for Rotadomstolen, som var overdragne Auditøren Marianus de Bartholinis, overgives under hans Fraværelse fra Kurien til nogle andre Auditører.

Dignetur s. v. omnes causas beneficiales, civiles, matrimoniales, executoriales, prophanas, meras et mixtas, cuiuscunque nature fuerint, in quibuscunque instantiis indecise pendentes, Mariano de Bartholinis sacri palatii apostolici causarum auditori commissas et committendas, in quibus Johannes Holtupderheide[1]), Franciscus de Acre[2]), Johannes Winckler et Georgius Posthelin, Maguntine, Tolletane, Augustensis et Misnensis diocesium et civitatum respective seu pro eis substituti aut deputati scribunt, scripserunt et ad scribendum deputati fuerunt, propter ipsius Mariani auditoris a Romana curia recessum et absentiam usque ad eius ad eandem Romanam curiam reditum et earundem causarum resumptionem alicui vel aliquibus dicti sacri palatii apostolici causarum auditori seu auditoribus vel unius aut alius ex eisdem locumtenenti sive locumtenentibus et, si placet, ... Francisco Breuio Cenetensi, Matheo de Vbaldis Nucerino episcopis, Anthonio de Monte archiepiscopo Sipontino, Achilli de Grassis electo Civitatis Castelli et Petro de Accoltis Anconitano episcopo, dicti palatii apostolici causarum locumtenentibus, necnon Dominico de Jacobatiis, Johanni Vanulio, Andree de Bassignano, Mercurio de Vipera, Benedicto Adam et Johanni Anthonio de Triuultiis, palatii apostolici causarum antedicti auditoribus, et cuilibet eorum in solidum tam conjunctim quam divisim committere audiendas, cognoscendas, decidendas fineque debito terminandas . . . . . cum potestate citandi et inhibendi in Romana curia et extra eam quotienscumque, litteras compulsorias, remissorias, executoriales ac alias quascunque et instrumenta quecunque suis sub sigillis et cuiuslibet vel alterius sigillo respective decernendi et concedendi decretasque et concessas ac decreta et concessa sigillandi, sententias quascunque per dictum Marianum auditorem latas nondum forsan subscriptas et per eosdem . . . . ferendas subscribendi, expensas taxandi et taxatas moderandi aliasque et alia faciendi . . . ., que prefatus Marianus auditor faceret seu facere posset, si presens in Romana curia resedisset, et quod iidem notarii et cuiuslibet ipsorum substituti aut pro eis deputati[3]) in dictis causis per se vel alium

[1]) II: Holtupterheyde [2]) II: Franciscus Alfonsus de Acre

[3]) Gz. — Cod. deputati ut in

seu alios respective scribant et scribere continuent . . . . Unica et talis erat huiusmodi commissionis generalis signatura, videlicet *De mandato d. n. pape audiant archiepiscopus, episcopi et auditores prefati citent, terminent et decidant, decernant, concedant, sigillent, subscribant, taxent et moderentur, ut petitur, et justitiam faciant . . . . [Uden Dato.]*

4144. Før 24. Jan. 1508.

Sagen mellem Jordan Klüwer og Peder Madsen, som havde været henvist til Auditøren Marianus de Bartholinis, overdrages til Biskoppen i Nocera Matheus de Ubaldis.

Lite et causa coram Mariano de Bartolinis, vestri sacri palatii apostolici causarum auditore, et seu Matheo de Vbaldis episcopo Nucerino, unius ex dicti palatii causarum auditoribus locumtenenti et in locum dicti Mariani auditoris a Romana curia absentis[1]) surrogato, inter Jordanum Cluuer domorum s. Anthonii in Morker et Presto Slesvicensis et Roskildensis diocesium preceptorem actorem ex una et quondam Petrum Mathie primo et, eo, ut dicitur, vita functo, quendam Johannem Cristierni assertos fratres ordinis dicti s. Anthonii successive intrusos et spoliatores adversarios de spolio juris questuandi seu elemosinas et legata sub vocabulo dicti s. Anthonii obvenientia per diocesim Ottoniensem querendi et colligendi ac intrusione dicte domus de Presto rebusque aliis in actis causarum huiusmodi latius deductis partibus ex altera in prima instantia pendente, idem episcopus et locumtenens in causis huiusmodi rite et recte procedens, diffinitivam pro dicto oratore et contra Johannem prefatum tulit et promulgavit sententiam, a qua licet pro parte dicti Johannis adversarii ad s. v. sanctamque sedem apostolicam appellatum pretendatur, idem tamen Johannes seu ipsius procurator causam appellationis huiusmodi infra terminum sibi prefixum legittime prosecutus non fuerit (!) nec eam committi obtinuerit (!), ex cuius negligentia sententia predicta in rem transiverit (!) judicatam. Verum [cum] parum prodesset[2]) sententias ferre et rem judicatam reportare, nisi sit, qui eas debite executioni demandet, dignetur igitur s. v. prefato auditori vel dicto eius surrogato aut alteri forsan surrogando mandare, ut sententiam predictam quoad totalem ipsius effectum per se vel alium seu alios in

[1]) Gz. — Cod. auditoribus et in locum d. M. . . . . . locumtenenti
[2]) Gz. — Cod. proderet

Romana curia et extra eam exequatur et executioni debite demandet . . . omnesque expensas pro parte dicti oratoris in huiusmodi causa legitime factas, et in quibus adversarius legitime condempnatus extitit, taxet et moderet[ur] litterasque executoriales desuper in forma solita, etiam sub penis et censuris ecclesiasticis in similibus apponi solitis, contra dictum Johannem adversarium omnesque alios, forsan intrusos et intrudendos, ac spoliatores suaque interesse putantes, contradictores quoque quoslibet et rebelles, etiam suo sub sigillo, decernat et expediri mandet . . ., etiam per edictum publicum, constito summarie de non tuto accessu, cum potestate in eventum non paritionis litterarum executorialium huiusmodi Johannem adversarium spoliatorem et intrusum omnesque alios spoliatores, intrusos forsan et intrudendos, contradictoresque et rebelles quoscumque . . . . sententias, censuras et penas in executorialibus huiusmodi contentas incurrisse et in illas dampnabiliter incidisse etiam sententialiter declarandi et successive aggravandi et reaggravandi, interdictum ecclesiasticum ponendi, auxilium bracchii secularis invocandi ceteraque in causa premissa necessaria et oportuna faciendi et exercendi, constitutionibus apostolicis, etiam illa s. v., qua caveri dicitur, quod littere executoriales sub plumbo expediri debeant, alias sint nulle, ... non obstantibus. In fine vero dicte commissionis sive supplicationis cedule scripta erant de alterius manus littera superiori littere ipsius cedule penitus dissimili hec verba, videlicet *De mandato d. n. pape idem auditor, constito de re judicata et summarie de non tuto accessu, taxet, decernat et exequatur etiam per edictum, ut petitur, et in eventum predictum declaret, aggravet etc., etiam cum invocatione, si et prout de jure, et justitiam faciat.* In extremitate vero inferioris marginis scripta erant etiam de alterius manus littera superioribus litteris ipsius cedule similiter penitus dissimili hec verba, videlicet *Placet d. n. pape, constito de re judicata. Johannes Prenestinus. [Uden Dato.]*

Optaget i Eksekutionsbrev af 24. Jan. 1508 fra Biskoppen Matheus de Ubaldis i Nocera. Gottorpske Membraner (R. A.) og (II) i et senere Eksekutionsbrev af Okt.—Dec. 1508 (smsts.).

4145. **1. Febr. 1508.**

Paven stadfæster efter Ansøgning fra Ribe Domkapitel dettes Omdannelse af Landprovstiet i Harsyssel (med de dertil knyttede St. Mauritius's og St. Laurentius's Kirker) til et Provsti ved Ribe Domkirke. Biskoppen har tidligere givet sit Samtykke.

Capitulo ecclesie Ripensis. Cum a nobis petitur *(Terpager, Ripæ Cimbricæ 153—54; Reg. 5346* = *9325)*. Datum Rome kal. febr. anno 5.

L. Dipl.

4146. **25. Marts 1508.**

Klerken Ditlev Reventlow fra Slesvig Stift faar et evigt Vikariat i Sikow i Lübeck Stift mod at betale en aarlig Pension til Klerken Johannes Reimari fra Lübeck Stift.

Cum Johannes Reimari clericus Lubicensis diocesis perpetuam sine cura vicariam in parrochiali ecclesia ville Sikow Lubicensis diocesis, de qua ipsi per obitum Johannis Langestorp[1]) per s. v. concessum fuit provideri, resignet, supplicat Detlevus Reventiow[2]) clericus Slesvicensis, quatenus sibi de dicta vicaria [fructus 4 mr.] providere necnon, ne propter cessionem suam ipse Johannes Reymari nimium dispendium patiatur, de ipsius Johannis voluntate ac Detleui consensu pensionem annuam 10 fl. Renensium auri in auro super fructibus dicte vicarie eidem Johanni Reimari, quoad vixerit, vel procuratori eius legitimo per ipsum Detlevum et successores suos eandem vicariam pro tempore obtinentes annis singulis in loco ac terminis statuendis ac sub censuris etc. persolvendam reservare dignemini. Concessum in presentia pape. P. Interamnensis. Datum Rome 8. kal. aprilis anno 5.

Suppl. 1279 fol. 27 og (II) 29 (uden Omtale af Pensionen).

4147. **26. Marts 1508.**

Klerken Johannes Schuldorp fra Bremen Stift faar Kirkerne i Vonsild, Aller, Dalby og Seest i Slesvig Stift.

Cum alias parrochiales ecclesie villarum de Odensherde (!) et Alver cum earum annexis Dalba et Zeest Slesvicensis diocesis vacent et tanto tempore vacaverint, quod earundem collatio juxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam devoluta existit, supplicat Joannes Schuldrop clericus Bremensis diocesis, e. s. v. familiaris continuus commensalis, quatenus ipsi oratori de parrochialibus ecclesiis cum earum annexis predictis [fructus insimul 6 mr.], sive quovismodo sive per liberam resignationem Joannis Teodorici vacent, providere dignemini, non obstantibus constitutionibus apostolicis, presertim regula cancellarie s. v. in favorem annalis possessoris edita, que incipit: *Ne improbus etc.* †,

[1]) II: Langestor [2]) II: Reventlow

[que] sit in litteris exprimenda, necnon [secum][1]), ut parrochiales ecclesias cum annexis predictas, si presentium vigore per eum assequantur, recipere libere possit, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. P. Interamnensis. Et cum oportuna dispensatione de express[is] ad vitam et cum clausula permutandi predictas totiens quotiens etc. Datum Rome 7. kal. aprilis anno 5.

Suppl. 1281 fol. 227 (= 247).

4148. **3. April 1508.**

Slesvigkanniken Johan Wulf og forskellige nordtyske Gejstlige faar motu proprio bevilget, at de ligestilles med pavelige familiares continui commensales med Hensyn til at opnaa Embeder.

Cupientes, ut Otto Bramstede decretorum doctor, archidiaconus ex Hadeleue in ecclesia Bremensi, Johannes Rode in artibus magister, Ludulfus Wilsen, ex utroque parente nobilis, Johannes Wulff canonicus Slesvicensis et Laurentius Goltsmit, alias Sebensen, clericus[2]) Bremensis diocesis ex litteris gratiarum expectativarum seu collationum mutationum factarum, per nos concessarum † eisdem, celeriorem consequantur effectum, motu proprio eisdem concedimus, ut in assecutione beneficiorum sub gratiis sive [litteris] collationum mutationum huiusmodi comprehensorum omnibus ac illis prorsus similibus antelationum prerogativis et privilegiis, quibus nonnulli familiares nostri continui commensales in certis nostris litteris descripti et nominati seu describendi et nominandi etiam antiqui quoad quasdam eis per nos concessas antelationum prerogativas in assecutione quorumcunque beneficiorum, que vigore gratiarum expectativarum per nos eis concessarum duxerint acceptanda, gaudent[3]), gaudere possint, quodque processus vigore gratiarum expectativarum ac mutationum collationum huiusmodi decreti † in omnibus quoad vacatura valeant et suffragentur eisdem, perinde ac si die 15. mensis maji anno 3 decreti fuissent, motu predicto concedimus † pariterque et indulgemus. Concessum in presentia pape. P. Interamnensis. Datum Rome 3. non. aprilis anno 5.

Suppl. 1279 fol. 227 v.

4149. **10. April 1508.**

Dekanen Johan Breyde i Lübeck fritages paa Grund af sin høje Alder for Forpligtelsen til altid at overvære de kirkelige Handlinger.

---

[1]) add. Gz. [2]) Cod. clericus ac [3]) Cod. gaudent ac

In statutis et consuetudinibus ecclesie Lubicensis inter alia caveri dicitur expresse, quod decanus dicte ecclesie pro tempore existens singulis divinis officiis interesse et in eius admissione ad decanatum dicte ecclesie de observandis statutis huiusmodi juramentum prestare teneatur; et [cum] orator Johannes Breyde modernus decanus dicte ecclesie senio gravatus et corporis sui viribus debilitatus singulis divinis officiis interesse non possit, supplicat, quatenus sibi, [ut], quoad vixerit et decanatum predicte ecclesie obtinuerit, singulis divinis officiis interesse non teneatur, et nichilominus omnes fructus dicti decanatus percipere possit etiam quoad quotidianas distributiones, attento senio huiusmodi et de consensu capituli dicte ecclesie indulgere ac juramentum predictum per ipsum oratorem prestitum, quatenus opus sit, quoad hoc relaxare dignemini. Fiat. J. . . . in litteris, que, si videbitur, expediri possint in forma brevis. Et quoad distributiones, prout de jure. Datum Rome 4. id. aprilis anno 5.

Suppl. 1281 fol. 291.

4150. 2. Maj 1508.

Kong Hans beder Paven tillade hans Svigersøn, Kurfyrst Joachim af Brandenburg, at opkræve en Skat af de Gejstlige i sit Rige.

Ad Julium papam in favorem Joachimi marchionis. Post devota pedum oscula beatorum . . . Scribit in presentiarum *(Aarsberetn. fra Geh. Arch. I, 29; Reg. *9346).* Ex arce mea regia Nykopingh die martis 2. mensis maji anno 1508 meo regio sub signeto.

»Kong Hans's Brevbog« (R. A.).

4151. 4. Maj 1508.

Klerken Tymmo de Losten fra Bremen Stift faar et evigt Vikariat i Itzehoe, som »afdøde« Zutfeld Wardenberg havde haft.

Supplicat Tymmo de Losten clericus Bremensis diocesis, quatenus sibi perpetuam vicariam ad altare N. situm in parrochiali ecclesia opidi Idtzeho dicte diocesis, que de jure patronatus abbatisse monasterii monialium prope et extra dictum opidum existit, quam quondam Zufeldus Vardenberg obtinebat, vacantem [fructus 4 mr.], sive quovismodo seu adhuc per obitum Ottonis Wermari aut Ditlevi episcopi Slesvicensis aut etiam cuiusdam Ottonis Ratlow resignationem vacet, conferre dignemini. Concessum in presentia pape. P. Interamnensis. Et cum derogatione juris patronatus huiusmodi, quatenus de illo sit. Datum Rome 4. non. maji anno 5.

Suppl. 1283 fol. 169 v.

4152. 9. Maj 1508.

Den evige Vikar ved Skaanefarernes Alter i Mariekirken i Lübeck, Sognepræsten og Forstanderne for Skaanefarernes Kompagni faar pavelig Bekræftelse paa en Overenskomst om Besættelsen af dette Vikariat, som allerede tidligere var bekræftet af Biskoppen Wilhelmus (Westphal) (jfr. Nr. 4134).

Alias, cum tunc provisores societatis, Olderlude nuncupate, mercatorum Lubicensium terram Schanie in regno Dacie visitantium quandam perpetuam vicariam in parrochiali ecclesia b. Marie Lubicensi ad altare ss. Johannis baptiste, Thome apostoli et Gervasii confessoris situm in parte australi dicte ecclesie fundassent et ex nonnullis annuis redditibus 3 marcarum argenti puri dotassent, et tunc Euerardus episcopus Lubicensis, eandem fundationem approbans, jus † patronatus et presentandi personam idoneam ad dictam vicariam provisoribus dicte societatis pro tempore existentibus reservasset, ita ut ipsi provisores deberent unum ex se eligere, qui sic electus una cum rectore dicte ecclesie personam idoneam et habilem juxta fundationem dicte vicarie conjunctim presentarent, et postmodum, occurrente vacatione dicte vicarie, inter rectorem et provisorem prefatos super huiusmodi presentatione lites et dissensiones exorte fuissent ac super huiusmodi differentiis quandam concordiam super jure patronatus huiusmodi inivissent seu fecissent, devota creatura vestra Wilhelmus tunc electus et confirmatus Lubicensis concordiam predictam cum consensu capituli sui confirmavit ac illam in hunc modum reformavit et immutavit, videlicet quod, occurrente vacatione predicte vicarie, provisores prefate societatis possint ex et inter se eligere unum †, qui sic electus ad dictam vicariam pro una vice presentare possit personam idoneam, alias juxta tenorem dicte fundationis habilem et qualificatam ad dictam vicariam sic vacantem, rectore dicte ecclesie minime requisito, et pro alia vero vice vacatione ipsius vicarie occurrente ex provisoribus sic, ut premittitur, electus, quem rector seu plebanus pro tempore dicte parrochialis ecclesie juxta qualificationem dicte fundationis duxerit nominandum, presentabit, sicque dictis provisoribus modo premisso jus patronatus antedicte vicarie imperpetuum reservavit, salvo quod rector seu plebanus dicte ecclesie alternatis vicibus perpetuis temporibus obtineat nominationem liberam, quodque ille sic per rectorem seu plebanum nominatus ex provisoribus ad presentandum electus eundem per rectorem nominatum et neminem alium possit presentare et, si alium presentaverit, presentatio ipsius sit nulla ac

nullius roboris existat ac totiens, quotiens contrafactum fuerit, jus patronatus ad subadvocatum laicum capituli ecclesie Lubicensis pro tempore existentem devolvatur, ita quod ipse subadvocatus ad nominationem rectoris pro tempore existentis dicte parrochialis ecclesie absque contradictione et impedimento dictorum provisorum libere valeat presentare personam idoneam ad dictam vicariam; in ceteris autem voluit priores fundationem, ordinationem et declarationem inviolabiliter observari, prout in quibusdam literis desuper confectis et sigillis ipsius electi et confirmati suique capituli munitis . . plenius continetur. Supplicant igitur s. v. moderni rector, plebanus nuncupatus, parrochialis ecclesie et provisores societatis predictarum, quatenus premissas concordiam, † approbationem, innovationem et reformationem necnon voluntatem Wilhelmi tunc electi et confirmati aut [ɔ: ac], prout concernunt illas, omnia in dictis literis contenta auctoritate apostolica confirmare dignemini. Concessum in presentia pape. P. Interamnensis. Et in perpetuum in forma gratiosa, attento quod premissa facta sunt de consensu capituli ecclesie Lubicensis. Concessum. P. Interamnensis. Datum Rome 7. id. maji anno 5.

Suppl. 1283 fol. 117.

4153. **9. Juni 1508.**

Claus Knudsen, evig Vikar i Horsbøl i Slesvig Stift, faar Tilladelse til at lade sig præstevie af en hvilkensomhelst Biskop ved Kurien.

Supplicat Nicolaus Knutii clericus Slesvicensis diocesis, perpetuus vicarius ad altare b. Marie virginis situm in parrochiali ecclesia ville de Horsbul dicte diocesis, qui ratione dicte vicarie ad omnes sacros, etiam presbiteratus, ordines insequendos coartatus existit, quatenus sibi, ut a quocunque catholico antistite in Romana curia residente aliquibus diebus dominicis vel festivis, etiam extra tempora a jure statuta, ad dictos sacros, etiam presbiteratus, ordines simul vel successive se facere promoveri et, postquam promotus fuerit, in illis libere, etiam in altaris ministerio, valeat ministrare, et eidem antistiti illum promovendi licentiam concedere dignemini. Concessum in presentia pape. P. Interamnensis. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat, et quod examinetur in camera apostolica, ut moris est, videlicet in qua doceat, quod est artatus. Datum Rome 5. id. junii anno 5.

Suppl. 1260 fol. 165.

4154. **17. Juni 1508.**

Klerken Laurens Pedersen fra Viborg Stift faar Dispensation til at modtage og beholde to ellers uforenelige Embeder.

Supplicat Laurentius Petri clericus Vibergensis diocesis, quatenus secum, ut quecumque duo curata seu alias invicem incompatibilia beneficia, si sibi alias canonice collata fuerint, recipere et insimul, quoad vixerit, retinere illaque dimittere et loco dimissorum alia beneficia duo dumtaxat invicem incompatibilia recipere et insimul, quoad vixerit, retinere libere possit, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. P. Interamnensis. Datum Rome 15. kal. julii anno 5.

Suppl. 1260 fol. 224 (= 204).

4155. **2. Dec. 1508.**

Zutfeld Wardenberg faar et evigt Vikariat i Lübeck.

Supplicat Zutpheldus Wardenberg, quatenus sibi de perpetua sine cura vicaria in ecclesia Lubicensi, per obitum N. Zizebuttel vacante, providere dignemini. Concessum in presentia pape. P. Interamnensis. Datum Rome 4. non. dec. anno 6.

Suppl. 1301 fol. 164 v.

4156. **4. Dec. 1508.**

Slesvigkanniken Otto Ratlow, som efter Overenskomst med Præsten Henrik Bode fra Hildesheim Stift har faaet Provstiet i Ejdersted, fritages for de Kirkestraffe, han under Sagens Gang har paadraget sig.

Orta alias lite inter quendam Henricum Boden presbiterum Hilde[sheme]nsis diocesis actorem et Henricum Munden canonicum ecclesie Slesvicensis de personatu in Eyerstede, prepositura rurali nuncupata, in ecclesia Slesvicensi rebusque aliis coram certo sacri palatii apostolici causarum auditore seu locum tenenti materia questionis (!) lataque in huiusmodi causa in dicto palatio una seu pluribus diffinitivis sententiis in favorem dicti Henrici [Boden] et contra ipsum Henricum Mynden possessorem tunc dicte prepositure ac quosdam alios tunc litis consortes, litterisque exsecutorialibus desuper decretis, ipse Henricus Munden fuit vita functus, et de ipsa prepositura, tunc per obitum ipsius Henrici Munden ut videbatur vacanti, oratori vestro Ottoni Rotlow canonico dicte ecclesie ordinaria sive alia auctoritate provisum fuit, possessione subsecuta. Et cum ipse Henricus Bode litteras exsecutoriales huiusmodi ipsi oratori tamquam impedienti et rebelli intimasset, ipsum oratorem ob non paritionem illarum in dicto palatio excommunicatum declarari, aggravari et reaggra-

vari, etiam usque ad invocationem brachii secularis, obtinuit. Et cum orator demum causas huiusmodi cum dicto Henrico adversario in partibus concordaverit seu concordare intendat, dictusque Henricus in absolutionem oratoris consentierit (!) seu consentire paratus sit, cupiatque propterea dictus orator a dictis censuris absolvi, recurrit ad pedes s. v. idem orator, qui in partibus moram trahit, quatenus alicui probo viro in partibus illis, quod eundem oratorem a dictis censuris ob non paritionem dictarum litterarum exsecutorialium contra eum fulminatis de consensu dicti Henrici absolvat litterasque desuper oportunas in forma solita et consueta decernat et alia faciat, que in premissis fuerint oportuna, cum potestate citandi et inhibendi aliisque clausulis consuetis et oportunis mandare dignemini. Concessum in presentia pape. Johannes Sabinensis. Et per breve s. v. hac supplicatione introclusa. Datum Civitatis Vetule Viterbensis diocesis pridie non. dec. anno 6.

Suppl. 1301 fol. 41.

4157. **29. Dec. 1508.**

Henrik Bode, evig Vikar i Slesvig, faar Provstiet og Sognekirken i Ramelsloh i Bremen Stift og Provstiet i Ejdersted i Slesvig Stift.

Alias, postquam[1]) cum Henrico Beden perpetuo vicario in ecclesia Slesvicensi, ut quecunque duo curata seu alias in vicem incompatibilia beneficia insimul, quoad viveret, obtinere valeret cum clausula permutandi, apostolica fuerat auctoritate dispensatum, ipse orator, parrochialem ecclesiam s. Stephani in Dingelstede ac [p]recepturam ecclesie ss. Sixti et Zisarii [ɔ: Cesarii] in Ramesco Bremensis et Halberstadensis diocesium alias sibi canonice collatas ex dicta dispensatione obtinens, personatum, prepposituram ruralem nuncupatum, in Eyerstede in ecclesia Slesvicensi alias tunc vacantem et canonice sibi collatam assecutus fuit. Cum autem ab aliquibus asseratur parrochialem ecclesiam et prepossituram in Ramesio per assecutionem huiusmodi et per retentionem forsan ultra mensem dicte preppositure ruralis una cum parrochiali ecclesia et prepossitura de Ramesio predictis, si illi cura immineat animarum, juxta constitutionem *Execrabilis* vacare, etiam si profecto ex hoc commoditatibus ipsius oratoris non parum consuleretur, supplicat dictus Henricus, quatenus sibi de in Ramesio, que inibi forsan principalis, et

[1]) Cod. Alias cum, postquam

de in Eyerstede, que inibi non tamen maior post pontificalem dignitates seu personatus existunt [cuiuslibet fructus 6 mr.], [prepossituris] providere, parrochialem vero ecclesiam [fructus 4 mr.] eidem precepture in Ramesio, quamdiu dictus orator illam obtinuerit dumtaxat, unire, ita quod liceat eidem oratori corporalem possessionem parrochialis ecclesie propria auctoritate continuare seu de novo apprehendere et, quamdiu dictam prepossituram in Ramesio obtinuerit dumtaxat, retinere illiusque fructus in suos et parrochialis ecclesie ac preceptorie in Ramesio usus convertere, diocesani loci licentia minime requisita, ac cum ipso oratore, ut una cum dicta preceptura dicte ecclesie Slesvicensis quandam perpetuam in eadem ecclesia, quam orator ipse obtinet, vicariam, quoad vixerit, retinere libere valeat, dispensare dignemini, non obstantibus regula s. v. de unionibus committendis ad partes cum clausula vacationis, cui hac vice placeat derogare, et aliis apostolicis constitutionibus necnon in Ramesio et Slesvicensis ecclesiarum predictarum juramento etc. roboratis statutis et consuetudinibus, etiam si in illis eiusdem ecclesie Slesvicensis caveatur expresse, quod nullus in eadem ecclesia Slesvicensi dignitatem obtinere possit, nisi ipsius ecclesie canonicus ac etiam prebendatus aut alias qualificatus existat. Concessum in presentia pape. P. Interamnensis. Datum Rome 4. kal. jan. anno 6.

Suppl. 1304 fol. 155, II.

4158. 23. Jan. 1509.

Klerken Otto Nielsen fra Odense Stift faar Dispensation til at modtage og beholde to ellers uforenelige Embeder.

Supplicat Otto Nicolai clericus Ottoniensis diocesis, quatenus secum, ut quecunque duo curata seu alias in vicem incompatibilia beneficia, si sibi alias canonice conferantur, recipere et insimul, quoad vixerit, retinere illaque, quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia duo dumtaxat invicem incompatibilia etiam recipere et simul, quoad vixerit, retinere libere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. P. Interamnensis. Datum Rome 10. kal. febr. anno 6.

Suppl. 1303 fol. 180 v.

Ottoniensis. Otto Nicolai. Dispensatio ad incompatibilia.

Uddrag i Indice 348 efter Reg. Lat. Julii II anno 6 lib. 18 (tabt) fol. 162.

4159. **24. Jan. 1509.**

Klerken Sebastianus Bender fra Strasburg Stift, som er Kurial, faar et evigt Vikariat i Rorbeck i Slesvig Stift.

Motu proprio Sebastiano Bender clerico Argentinensis diocesis, familiari nostro continuo commensali, de perpetua sine cura vicaria ad altare s. Crucis, in parrochiali ecclesia s. Ursule ville Ronberch Slesvicensis diocesis situm, per obitum Nicolai Husen in Romana curia defuncti vacante [fructus 4 mr.] providemus. Fiat motu proprio. J. Datum Rome 9. kal. febr. anno 6.

Suppl. 1303 fol. 73.

4160. **31. Jan. 1509.**

Paven udnævner Viborgkanniken Erik Kaas til Biskop i Viborg, hvortil Kapitlet forud havde valgt ham.

Erico Kaas electo Vibergensi. Apostolatus officium [etc.]. Dudum siquidem, Nicolao episcopo Vibergensi regimini ecclesie Vibergensis presidente, nos provisionem ipsius ecclesie ordinationi nostre duximus ea vice specialiter reservandam. Postmodum vero prefata ecclesia per obitum dicti Nicolai episcopi pastoris solatio destituta, nos . . . ad te canonicum Vibergensem, de nobili et militari genere ex utroque parente procreatum, in artibus magistrum ac in presbiteratus ordine constitutum, quem capitulum eiusdem ecclesie reservationis predicte forsan ignari in episcopum Vibergensem concorditer quamvis de facto elegerunt, quique electioni huiusmodi, illius[1]) tibi presentato decreto, consentiens regiminis ac bonorum dicte ecclesie possessioni vel quasi te ingessisti etiam de facto, fructus ex bonis mense episcopalis Vibergensis percipiendo, bona tamen fide, direximus oculos nostre mentis [ac] de persona tua eidem ecclesie providemus. Datum Rome pridie kal. febr. anno 6.

Simili modo Capitulo ecclesie Vibergensis.
Clero civitatis et diocesis Vibergensis.
Populo — - — —
Universis vasallis ecclesie —
Archiepiscopo Lundensi.
Johanni Dacie regi.

Phi. XX. X. X. X. X. X. X. de Senis.
Reg. Lat. 1214 fol. 247 v.

[1]) Cod. illiusque

4161. **31. Jan. 1509.**

Paven giver den ny udnævnte Biskop Erik Kaas i Viborg Absolution for de Kirkestraffe, han maatte have paadraget sig.

Erico Kaas canonico Vibergensi, magistro in artibus. Apostolice sedis circumspecta clementia etc. Cum itaque nos hodie ecclesie Vibergensi [*etc. som Nr. 2972*]. Datum Rome pridie kal. febr. anno 6.

Phi. XX. de Senis.
Reg. Lat. 1214 fol. 250 v.

4162. **1. Febr. 1509.**

Paven giver den udvalgte Biskop Erik Kaas i Viborg Tilladelse til at lade sig indvie af en hvilkensomhelst Biskop.

Erico electo Vibergensi. Cum nos pridem [*som Nr. 861*]. Datum Rome kal. febr. anno 6.

Phi. XXVIII. de Senis.
Reg. Lat. 1214 fol. 249 v.

4163. **23. Febr. 1509.**

Optegnelse om, at Biskop Erik Kaas i Viborg betaler Servispenge til det pavelige Kammer.

[1509] Die 23. febr. habuerunt duc. 14 similiter et bol. 55 a[b] Enrico (!) electo Vibergensi pro communi pape dicte ecclesie per manus Wlrici Fucher et fratrum. fl. 14 sol. 11.

Introitus et Exitus 546 fol. 18 v.

4164. **24. Febr. 1509.**

Erik Kaas lover at betale Servispenge.

24. febr. 1509 Ericus Raasz (!) electus Vibergensis provisus pridie kal. febr. anno 6 obtulit fl. 33 1/3.

Uddrag af Garampi efter S. C. 10 fol. 106 og Obl. C. A. fol. 51 (tabte).

4165. **5. Marts 1509.**

Præsten Peder Laurenssen fra Viborg Stift faar Kanonikat og Præbende i Viborg.

Nuper certis canonicatu et prebenda Vibergensibus vacantibus, fuit de illis Petro Laurentii presbitero Vibergensis diocesis ordinaria auctoritate provisum, possessione forsan subsecuta. Cum autem dubitet provisionem huiusmodi cum inde secutis quibuscunque viribus non subsistere dictosque canonicatum et prebendam adhuc vacare, supplicat dictus Petrus, quatenus sibi canonicatum et prebendam predictos [fructus 4 mr.], quovis

modo vel adhuc per obitum Johannis Michaelis vacantes, conferre dignemini. Concessum in presentia pape. Johannes Regiensis. In forma † aut nove provisionis, gratie [etc.]. Datum Rome 3. non. martii anno 6.

Suppl. 1306 fol. 25.

4166. **8. Marts 1509.**

Kong Hans faar det overdraget til nogle »probi viri in partibus« at beskytte Sognepræsterne i Roskilde Stift mod Biskoppens overdrevne Skattepaalæg.

Exponitur pro parte Johannis Dacie regis, quod modernus episcopus Roskildensis parrochiales ecclesias sue diocesis impositionibus, subsidiis et aliis oneribus adeo gravat, ut illarum rectores se ex residuis illarum fructibus sustentare et onera eis incumbentia ferre non possint, coganturque dicti rectores premissorum occasione dictas ecclesias deserere, propter que diverse hereses et scandala inter illorum parrochianos in dies exoriuntur. Supplicatur igitur pro parte dicti regis, quatenus aliquibus probis viris in partibus illis committere dignemini, ut se de premissis diligenter informent et, si per informationem eandem premissa vera esse reppererint, eidem episcopo, ne ulterius ab eisdem ecclesiis et illarum rectoribus subsidia et alia onera insupportabilia huiusmodi exigere presumat, sub excommunicationis et aliis sententiis, censuris et penis inhibeant et eisdem ecclesiis de idoneis rectoribus, quatenus illarum rectores in illis residere contempserint, provideant omniaque alia in premissis oportuna faciant, non obstantibus constitutionibus apostolicis etiam Bonifacii pape VIII de una et de duabus dietis in concilio generali edita, dummodo non ultra tres. Concessum in presentia pape. Johannes Sabinensis. Et per breve s. v. Datum Ostie 8. id. martii anno 6.

Suppl. 1306 fol. 27 v.

4167. **8. Marts 1509.**

Kong Hans faar det overdraget til nogle »probi viri in partibus« at beskytte Indbyggerne paa Femern mod Lübeckernes Udsugelser og løse dem af de Bandstraffe, der ulovlig er paalagte dem.

Exponitur pro parte Johannis regis Dacie, quod, licet incole insule de Imbria ex dominio dicti regis existentes ad solvendum aliquos annuos census pretextu prediorum et possessionum, que possident, communitati et civibus Lubicensibus de jure minime teneantur, tamen prefati communitas et cives ab eisdem incolis dicte insule nonnullos annuos census occasione

prediorum et possessionum, que possident, pretextu etiam certarum alienationum et venditionum cum pacto de revendendo eis[1]), ut dicebant, per ipsos cives absque consensu tamen dicti regis et alias nulliter factarum ac instrumentorum desuper confectorum exigere et eos diversis ecclesiasticis sententiis, censuris et penis innodari facere presumpserunt hactenus et presumunt in animarum suarum periculum et regis ac incolarum predictorum prejudicium non modicum et gravamen. Supplicatur igitur pro parte dicti regis, quatenus, sibi et incolis prefatis, qui premissorum occasione ad non parvam paupertatem redacti sunt, in premissis oportune providentes, aliquibus probis viris in partibus illis committere dignemini, ut omnes, quas rex ac incole prefati contra communitatem et cives prefatos et quoscunque alios sua interesse putantes super nullitate contractuum, instrumentorum ac censurarum et penarum ecclesiasticarum in ipsos incolas premissorum occasione forsan promulgatarum ac censibus, molestationibus, impedimentis, perturbationibus huiusmodi et rebus aliis † movere intendunt, causas summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu ac figura judicii, † audiant, cognoscant et † terminent et decidant cum potestate dictos incolas ab excommunicationis et aliis ecclesiasticis sententiis, censuris et penis in eos premissorum occasione forsan promulgatis simpliciter vel ad cautelam absolvendi et liberandi[2]) et citandi etiam per edictum publicum, constito summarie de non libero accessu etc., inhibendi sub censuris ecclesiasticis, ipsisque civibus et communitati super premissis perpetuum silentium, prout de jure, imponendi omniaque alia in premissis oportuna faciendi, non obstantibus premissis ac Bonifacii pape VIII de una et de duabus dietis in concilio generali edita, dummodo non ultra tres, et aliis constitutionibus apostolicis ac privilegiis civibus ac communitati et civitati Lubicensibus huiusmodi vel quibusvis aliis auctoritate apostolica concessis et confirmatis, quibus hac vice dumtaxat derogare placeat. Concessum in presentia pape. Johannes Sabinensis. Et per breve s. v. attenta materia. Datum Ostie 8. id. martii anno 6.

Suppl. 1306 fol. 27.

4168. **8. Marts 1509.**

Paven befaler Biskopperne i Odense og Slesvig at beskytte Indbyggerne paa Femern mod Lübeckernes Udsugelser (jfr. Nr. 4167).

---

[1]) Gz. — Cod. eos [2]) Gz. — Cod. inhibendi

Ottoniensi ac Slesvicensi episcopis vel eorum alteri. Mittimus fraternitati vestre supplicationem presentibus introclusam manu Johannis episcopi Sabinensis in presentia nostra signatam volumusque et vobis mandamus, ut vos vel alter vestrum vocatis vocandis ad illius executionem procedatis juxta eius continentiam et signaturam. Datum Rome 8. martii anno 6.

Arm. 39 vol. 27 fol. 153.

4169. 11. Marts 1509.

Kjeld Digsmed, som er evig Vikar i Viborg, faar Dispensation til at modtage og beholde to ellers uforenelige Embeder.

Supplicat Ketillus Digszmit perpetuus vicarius ad altare s. Spiritus situm in ecclesia Vibergensi, quatenus secum, ut quecunque duo † dissimilia aut simplicia similia sub uno et eodem tecto consistentia beneficia, si sibi alias canonice conferantur, recipere et insimul, quoad vixerit, cum clausula permutandi totiens quotiens etc. retinere libere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. Johannes Regiensis. Datum Civitatis Vetule Viterbiensis diocesis 5. id. martii anno 6.

Suppl. 1306 fol. 210 v.

4170. 24. April 1509 (eller 1510?).

Paven overdrager sin Kapellan og Auditør Johannes Staphileus at tildele Klerken Johannes Lyb fra Constanz Stift Ærkedegneembedet Balsanne i Halberstadt, hvorom bl. a. Eggert Durkop havde ført Proces.

Magistro Johanni Staphileo capellano nostro et causarum palatii apostolici auditori. Grata familiaritatis obsequia [etc.]. Exhibita siquidem nobis pro parte Johannis Lyb clerici Constantiensis diocesis decretorum doctoris familiaris nostri petitio continebat, quod, orta dudum inter quondam Egerdum Durcop, capellanum nostrum et causarum pallatii apostolici auditorem, et Michaelem de Stameren, qui se gerit pro clerico, super archidiaconatu Balsanne in ecclesia Halberstadensi, de quo olim Egerdus apostolica auctoritate sibi provisum fuisse dictumque Michaelem provisioni huiusmodi contra justitiam se opposuisse impedivisseque, quominus provisio predicta suum debitum consecuta fuisset effectum, ipsumque Michaelem se in eodem archidiaconatu intrusisse illumque aliquamdiu detinuisse et tunc detinere indebite occupatum, Michael vero prefati archidiaconatum ipsum ad se de jure spectare asserebant, prout idem Michael adhuc asserit, materia questionis, Innocentius papa VIII causam

huiusmodi, non obstante quod ad Romanam curiam legitime devoluta et apud eam de juris necessitate tractanda et finienda non esset, Francisco episcopo Cenetensi, locum unius ex dicti pallatii causarum auditoribus de mandato nostro [ɔ: suo] tenenti et tunc pallatii causarum huiusmodi auditori, ad ipsius Egerdi instantiam audiendam commisit et fine debito terminandam. Cumque ipse Franciscus auditor in causa huiusmodi inter eosdem Egerdum et Michaelem ad nonnullos actus, citra tamen conclusionem, processisset, dictus Egerdus, lite huiusmodi sic indecissa (!) pendente, jam mensibus [ɔ: annis] octo et ultra elapsis apud sedem apostolicam diem clausit extremum, et successive tu in locum dicti Francisci interim vita functi surrogatus fuisti. Nos, prefato Johanni, qui etiam continuus commensalis noster existit, specialem gratiam facere volentes, discretioni tue mandamus, quatinus eundem Johannem, dummodo in dicto archidiaconatu intrusus non fuerit, in omni jure, si quod dicto Egerdo tempore obitus sui competebat, auctoritate nostra surroges dictumque jus sibi conferas et provideas etiam de eodem, et nichilominus dictum archidiaconatum, qui inibi dignitas non tamen maior post pontificalem existit [fructus 8 mr.], eidem Johanni auctoritate nostra conferas. Datum Rome anno 1510 (!) 8. kal. maji anno 6.

Gratis de mandato pape.
Reg. Vat. 952 fol. 195.

4171. **27. April 1509.**

Klerken Jakob Laurenssen fra Lunde Stift, som har et Beneficium ved St. Peders Kirke i Malmø, faar Tilladelse til at lade sig indvie til de hellige Grader af en hvilkensomhelst Biskop ved Kurien.

Supplicat Jacobus Laurentii clericus Lundensis diocesis, perpetuus beneficiatus altaris s. Catherine in ecclesia s. Petri opidi Malmogensis eiusdem diocesis *(Dipl. dioc. Lund. VI)*. Concessum in presentia pape. Johannes Rigiensis. Et quod examinetur in camera apostolica, in qua docere teneatur, quod sit artatus et beneficiatus. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Datum Rome 5. kal. maji anno 6.

Suppl. 1309 fol. 99.

4172. **28. April 1509.**

Klerken Balthasar Smidt fra Slesvig Stift, som opholder sig ved Kurien, faar Tilladelse til at benytte Kuriens Ritus ved Messen.

Cum Balthazar Smydt clericus Slesvicensis diocesis, in Romana curia presens, speciali devotione ductus cupiat in dicendis

horis canonicis et aliis officiis tam diurnis quam nocturnis morem sive consuetudinem dicte curie observare, supplicat igitur, quatenus eidem, ut horas et officia huiusmodi secundum morem et consuetudinem predictos in dicta curia et extra eam ubicunque locorum seu in quacumque mundi parte residendo solus aut de per se etiam cum uno † sociis aut familiaribus per eum eligendis recitare libere possit, nec teneatur, nisi voluerit, ad alium morem sive consuetudinem, etiam ratione quorumcunque beneficiorum suorum per eum forsan obtentorum vel in posterum obtinendorum, concedere dignemini. Concessum in presentia pape. P. Interamnensis. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat, attento quod orator sit in Romana curia presens, et dummodo ex chorariis. Datum Rome 4. kal. maji anno 6.

Suppl. 1310 fol. 83 v.

4173. **1. Maj 1509.**

Præsten Laurens Jakobsen fra Danmark faar Lov til i 5 Aar at høre Forelæsninger i Civilret.

Cum sacrorum statutorum canonum principium constitutionibus administratur, supplicat Laurentius Jacobi de Dacia presbiter, quatenus [secum], ut non obstantibus juribus sacerdotibus [ɔ: -dotes] juri civili studere prohibentibus, ut eo lucidius canones inteligere posset [ɔ: -sit], lectiones legum ordinarias aliasque privatas audire, legere ac juri civili operam impendere etiam coram quattuor presbiteris et aliis juvenibus pro tempore secum in patria (!) commorantibus seu conversantibus absque ullo conscientie scrupulo secure libere possit, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. P. Interamnensis. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat, attento, quod orator est presens in Romana curia. Et ad quinquennium dumtaxat. Datum Rome kal. maji anno 6.

Suppl. 1310 fol. 64.

4174. **30. Juli 1509.**

Klerken Ditlev Sehested fra Slesvig Stift faar Dispensation til at modtage og beholde to ellers uforenelige Embeder og Tilladelse til ikke at residere ved sine Embeder.

Supplicat Detleuus Sestede clericus Slesvicensis diocesis, de nobili genere ex utroque parente procreatus, quatenus secum, ut quecunque duo curata seu alias invicem incompatibilia necnon quecunque duo alia dissimilia aut simplicia similia sub

singulis duobus vel tribus et eisdem tectis consistentia alias invicem cum predictis[1]) compatientia beneficia, si sibi alias canonice conferantur, recipere et insimul, quoad vixerit, cum clausula permutandi totiens quotiens retinere ac de fructibus etc., quoad vixerit, in Romana curia vel altero beneficiorum [suorum] residendo seu litterarum studio in loco, ubi illud vigeat generale, insistendo quorumcunque beneficiorum suorum, que in quibusvis ecclesiis sive locis obtinet et in posterum obtinebit, cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, libere percipere valeat et ad residendum in eisdem minime teneatur, dispensare, et quod predicta et quevis alia per eum in posterum canonice consequenda beneficia simul vel successive, simpliciter vel ex quavis causa permutationis, in qua tamen nulla illicita pactio seu simmoniaca pravitas lateat, cum quibusvis personis secum permutare volentibus pro quibuscunque aliis beneficiis in locorum ordinariorum vel aliarum personarum in dignitate ecclesiastica constitutarum per eum pro tempore eligendorum manibus extra dictam curiam apostolice sedis et cuiusvis alterius licentia minime requisita resignandi ac ordinariis et personis prefatis resignationes ipsas simpliciter vel ex dicta causa auctoritate predicta admittendi ac illa, que simpliciter idoneis per eum nominandis et quacunque causa secum permutantibus personis nec non ea, que ipse compermutantes persone resignarint, beneficia eis auctoritate predicta conferendi plenam licentiam concedere dignemini. Concessum in presentia pape. Johannes Regiensis. Cum derogatione regule limitationis. Datum Rome 3. kal. aug. anno 6.

Suppl. 1316 fol. 74 v.

4175. **17. Sept. 1509.**

Kardinalen Marcus (Vigerius) af St. Maria in Trastevere faar motu proprio Provstiet i Ribe og Kanonikater og Præbender sammesteds og i Viborg samt alle de andre Embeder, som er ledige ved, at Indehaveren Johannes Sufert (ɔ: Hans Skovgaard) er død i Nærheden af Kurien.

Motu proprio Marcho tituli s. Marie in Transtiberim presbitero cardinali, ut decentius statum suum juxta cardinalatus sublimitatem tenere et expensarum onera sibi incumbentia facilius perferre valeat, prepposituram ecclesie Ripensis, que inibi dignitas non tamen post pontificalem maior [existit], eiusdemque nec non Vibergensis ecclesiarum canonicatus et prebendas ac

[1]) Gz. — Cod. predictis compatientibus compatientia

quecunque beneficia in cathedralibus, etiam metropolitanis, et parrochialibus sive collegiatis ecclesiis existentia, que Johannes Sufert N. ipsius Marci cardinalis servitiis insistendo familiaris continuus commensalis obtinebat, per eiusdem Johannis obitum prope ac extra Romanam curiam factum vacantia, sive in quibus jus sibi quomodolibet competebat [fructus insimul 24 mr.], per eum, quoad vixerit, una cum ecclesia s. Marie in Transtiberim, que titulus sui cardinalatus existit, ac Senogalliensi, cui ex dispensatione apostolica preest, aliisque ecclesiis, monasteriis . . . ceterisque beneficiis secularibus et ordinum quorumcunque regularibus, que dictus Marchus cardinalis in beneficia et commendas obtinet et in posterum obtinebit, ac pensionibus annuis, quas percipit et percipiet in futurum, tenenda, ita quod liceat sibi de illorum fructibus libere disponere, commendamus et in commendam ad vitam concedimus eundemque Marchum cardinalem in omni jure oratoris in eodem statu, in quo dictus Johannes tempore obitus sui quomodolibet existebat et, si viveret, posset admitti, admittimus et surrogari mandamus. Fiat motu proprio. J. Et cum derogatione juris patronatus laicorum nobilium, etiam illustrium, attento, quod vacant per obitum infra duas dietas a Romana curia. Cum derogatione regule de annali possessore. Datum Fabrice Civitatis Castelane diocesis 15. kal. oct. anno 6.

Suppl. 1320 fol. 296.

4176. 19. Sept. 1509.

Præsten Ericus Svenonis fra Linköping Stift, Kong Hans's »dilectus«, faar ny Provision paa Dekanatet i Linköping.

Alias decanatu ecclesie Lincopensis, qui inibi dignitas non tamen principalis ac de jure patronatus regis pro tempore existentis Svecie existit, per obitum Johannis vacante, modernus rex seu eiusdem in dicto regno gubernator seu vicerex ad huiusmodi decanatum Ericum Swenonis presbiterum Lincopensis vel alterius civitatis seu diocesis, prefato regi dilectum et acceptum, episcopo sive electo Lincopensi loci ordinario infra tempus debitum presentavit, ipseque episcopus sive electus vel vicarius presentationem ipsam admittens ad huiusmodi presentationem prefatum Ericum in decanum decanatus et ecclesie huiusmodi ordinaria auctoritate instituit ac de illo ipsi Erico, quatenus opus erat, providit, possessione subsecuta. Cum autem prefatus Ericus dubitet presentationem et institutionem ac secutam pos-

sessionem huiusmodi viribus non subsistere dictumque decanatum adhuc vacare, supplicat, quatenus, collationem, provisionem cum inde secutis ratas et gratas habentes, sibi de dicto decanatu, qui inibi dignitas non tamen principalis ac curata et electiva existit [fructus 12 duc. auri de camera], in forma nove seu † provisionis, surrogationis si neutri [etc.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Regiensis. Datum Viterbii 13. kal. oct. anno 6.

Suppl. 1319 fol. 289.

4177. **21. Sept. 1509.**

Klerken Peder Eriksen (adelig) fra Børglum Stift faar Provstiet i Hanherred og Mors i samme Stift.

Supplicat Petrus Enrici clericus Burglanensis diocesis, Petri tituli s. Cyriaci in Thermis presbiteri cardinalis familiaris continuus commensalis, quatenus sibi de prepositura rurali de Hanherridh et Mors Burglanensis diocesis [fructus 4 mr.], per obitum Johannis Jacobi, in Romana curia defuncti, vacante providere dignemini. Fiat. J. Datum Viterbii 11. kal. oct. anno 6.

Suppl. 1320 fol. 205.

4178. **21. Sept. 1509.**

Paven udnævner Peder Eriksen (adelig) til Provst i Hanherred og Mors i Børglum Stift.

Petro Erici preposito prepositure de Hanberridh (!) et Mors Burglanensis diocesis, magistro in artibus. Nobilitas generis, litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Dudum siquidem omnia beneficia apud sedem apostolicam vacantia dispositioni nostre reservavimus. Cum itaque postmodum prepositura ruralis de Hanherridh et Mors Burglanensis diocesis, quam Johannes Jacobi obtinebat, per obitum eiusdem Johannis, qui apud sedem predictam diem clausit extremum, apud sedem eandem vacet, nos tibi, qui de nobili genere ex utroque parente procreatus ac Petri tituli s. Ciriaci in Termis presbiteri cardinalis familiaris continuus commensalis existis, preposituram predictam [fructus 4 mr.] conferimus et de illa etiam providemus. Datum Viterbii 11. kal. oct. anno 6.

[Simili modo] Episcopo Interamnensi et preposito ecclesie Burglanensis ac officiali Burglanensi.

A. Colotius XII. X. 7. id. oct. anno 6.
Reg. Lat. 1230 fol. 224.

4179. **8. Okt. 1509.**

Klerken Søren Jensen fra Ribe Stift faar Tilladelse til at lade sig indvie af en hvilkensomhelst Biskop ved Kurien.

Cum Severinus Johannis, perpetuus beneficiatus altaris s. Anne ecclesie b. Marie virginis in Albergia, clericus Ripensis diocesis, ratione dicti beneficii ad omnes, etiam sacros et presbiteratus, ordines astrictus existat, supplicat, quatenus sibi, ut a quocunque catolico antistite in Romana curia residente aliquibus tribus diebus dominicis seu festivis, etiam extra tempora a jure statuta, ad omnes supradictos ordines promoveri possit, eidem episcopo huiusmodi ordines conferendi et oratori recipiendi licentiam concedere dignemini. Concessum in presentia pape. Johannes Regiensis. Et quod examinetur in camera apostolica. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat, et doceat se artari ratione beneficii. Datum Civitatis Vetule Viterbiensis diocesis 8. id. oct. anno 6.

Suppl. 1321 fol. 90.

4180. **19. Okt. 1509.**

Brødre og Søstre i Munkeliv Birgittinerkloster i Bergen Stift meddeler Paven, at for c. 50 Aar siden var der nogle Misdædere, der dræbte Biskop Thorlav foran Højaltret i Klosterkirken og tillige tre Riddere og nedbrændte Kirken og Klostret. Kong Christiern havde derfor efter Tilskyndelse af det norske Rigsraad forenet det næsten forladte Benediktinerkloster Nonnesæter med Munkeliv, dog paa den Betingelse, at Abbedissen i Munkeliv skulde betale 60 Gylden aarlig til Vedligeholdelsen af Nonnesæters Kirke, og at dette Klosters Nonner skulde anbringes i andre Klostre. Til denne Ordning faar de nu Pavens Samtykke.

Exponitur pro parte fratrum et sororum *(Dipl. Norv. XVII, 690—91).* Fiat de novo. J. Datum Rome 14. kal. nov. anno 6.

Suppl. 1322 fol. 203.

4181. **22. Okt. 1509.**

Klerken Søren Jensen fra Ribe Stift faar Tilladelse til at lade sig indvie af en hvilkensomhelst Biskop ved Kurien (jfr. Nr. 4179).

Supplicat Severinus Johannis clericus Ripensis diocesis, in vigesimo quinto et ultra sue etatis anno constitutus ac rector perpetue capellanie ad altare s. Anne situm in parrochiali ecclesia b. Marie virginis de Alburgia Vibergensis diocesis, quatenus, eum, qui in curia jam ultra annum est commoratus et ad presens commoratur, specialibus favoribus prosequentes, sibi, ut a quocunque catholico antistite [*etc. som Nr. 4179*]. Concessum in presentia pape. Johannes Regiensis. Attento, quod est curialis

et in curia commoratur et est familiaris cardinalis Sinogalliensis et persona nota. Et examinetur in camera, ubi teneatur docere se arctatum. Datum Rome 11. kal. nov. anno 6.

Suppl. 1322 fol. 18 v.

4182. **26. Okt. 1509.**

Klostret i Vadstena faar pavelig Bekræftelse paa den Skattefrihed, det har faaet af Kong Hans.

Exponitur pro parte fratrum et sororum monasterii Vastenensis s. Marie virginis et Birgitte ordinis s. Salvatoris Lincopensis diocesis, quo[d] Johannes Svecie rex modernus, cupiens et[1]) honorem dei et decorem domus eius potius augeri in suo regno quam diminui, prefatos oratores et monasterium, sub taxato numero nonaginta personarum minus una die noctuque altissimo sub perpetua clausura servient[es], olim certis redditibus institutis matura deliberatione ab omnibus secularibus exactionibus exemit per suas certi tenoris litteras sub sue majestatis sigillo impendenti perpetuis futuris temporibus duraturis [ɔ: -ras], prohibendo districte sub indignatione sue majestatis et vindicta, nec [ɔ: ne] quisquam dominus, miles vel episcopus sive prelatus per se vel per suos famulos sive vassallos audeat aut presumat colonos vel reddituarios prefati monasterii pro tempore existentes molestare, inquietare vel injuste perturbare nec ad hospitalitatem hominum vel pabulaturas equorum vel animalium faciendas cogere vel arctare quacunque occasione vel quesito colore, quia annuatim secundum ordinem institutum in die animarum omnia victualia, que superfuerint de obventione anni preteriti, pauperibus debeant erogari et propterea monasterium aut coloni sive reddituarii eiusdem nullatenus hospitalitate vel pabulatura dictis pregravari. Supplicatur igitur pro parte dictorum oratorum, quatenus prefati regis exemptionem confirmare ac omnia in dictis litteris contenta de novo concedere dignemini. Fiat de novo. J. Datum Rome 7. kal. nov. anno 6.

Suppl. 1322 fol. 270.

4183. **27. Okt. 1509.**

Sognepræsten Arnoldus Textoris i Garding i Slesvig Stift, Klerk fra Køln Stift, faar Dispensation til i to Aar ikke at lade sig præstevie.

Supplicat Arnoldus Textoris clericus Coloniensis diocesis, parrochialis ecclesie in Gardingen Slesvicensis diocesis rector,

[1]) Gz. — Cod. in

in Romana curia presens, quatenus secum, ut [ratione] tam dicte parrochialis ecclesie quam quorumcunque aliorum beneficiorum cum cura sacros[1]) ordines, etiam presbiteratus, requirentium, que obtinet et in posterum obtinebit, usque ad biennium a fine anni a jure prefixi computandum ad alium [ↄ: aliquem] ex sacris, etiam subdiaconatus et presbiteratus, ordinibus promoveri non teneatur, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Regiensis. Etiam in casibus regule de insordescentibus cum illius oportuna derogatione. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat, attento quod orator est presens. Datum Rome 6. kal. nov. anno 6.

Suppl. 1323 fol. 22 v.

4184. 30. Okt. 1509.

Paven befaler Abbeden i Neuenkamp Kloster i Schwerin Stift, Dekanen i Magdeburg og Kantoren i Lübeck at overdrage Præsten Zutfeld Wardenberg fra Schwerin Stift evige Vikariater i Rostock, Bergen (paa Rügen) og Lüneburg.

Abbati monasterii Novicampi Zwerinensis diocesis ac decano s. Sebastiani Magdeburgensis necnon cantori Lubicensis ecclesiarum. Literarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque una in s. Spiritus oppidi Rostoccensis [Zwerinensis] diocesis, quam Heyni Cock, et alia in parrochialibus ecclesiis oppidi Berghen terre Rugie Roskildensis, quam Engelbertus Moller, . . . et reliqua in capella s. Spiritus, prope forum appellata, oppidi Lunenburgensis Verdensis diocesis perpetue vicarie, quam Henricus de Heyda obtinebant, . . . vacent ad presens, et primodicta vicaria tanto tempore vacaverit, quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii est ad sedem apostolicam legitime devoluta, nos, volentes Zutpheldo Wardenberg decretorum doctori presbitero Zwerinensis diocesis gratiam facere specialem, . . . discretioni vestre mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alios primam [fructus 1 mr.] ac secundo et tertio nominatas vicarias, que sine cura sunt [fructus insimul 3 mr.], [quamvis nondum][2]) secundo ac tertio nominate vicarie tanto tempore vacaverint, quod earum collatio iuxta Lateranensis statuta concilii huiusmodi ad sedem predictam legitime devoluta, ipseque ac primo dicta vicarie dispositioni apostolice specialiter reservate existant, et super eis inter aliquos lis . . . pendeat indecisa, dummodo primo dicte vicarie

[1]) Cod. ad sacros [2]) add. Gz.

predicte collatio devoluta sit, ut prefertur, et tempore date presentium in ea ac secundo et tertio nominatis vicariis predictis non sit alicui specialiter jus quesitum, dicto Zutpheldo auctoritate nostra conferre curetis .... Datum Rome 3. kal. nov. anno 6.

Phi. XX. 15. kal. dec. anno 6. de Senis.
Reg. Lat. 1230 fol. 37 v.

4185. **2. Dec. 1509.**

Præsten Jens Tetze fra Roskilde Stift faar Lov til ikke at residere.

Supplicat Johannes Tetzen presbiter Roskildensis diocesis, in ecclesia parrochiali ville Lambreus dicte diocesis perpetuus vicarius, quatenus sibi, quod in Romana curia aut altero beneficiorum suorum, que obtinet aut in futurum obtinebit, residendo aut litterarum studio in loco, in quo illud vigeat generale, insistendo dicte vicarie nec non omnium aliorum beneficiorum, que obtinet et in posterum obtinebit, fructus etc., quotidianis dumtaxat distributionibus exceptis, quoad vixerit, libere percipere valeat, et ad residendum in eisdem minime teneatur, concedere dignemini, non obstantibus, quod primam non fecerit residentiam, nec non fundatione dicte vicarie, qua caveri dicitur, quod eam obtinens debet personaliter apud eam residere .... Concessum in presentia pape. Jo. Regiensis. Datum Rome 4. non. dec. anno 7.

Suppl. 1326 fol. 267 v.

4186. **3. Dec. 1509.**

Klerken Arnoldus Textoris, som er Sognepræst i Garding i Slesvig Stift, faar den Dispensation, han havde faaet til i to Aar (jfr. Nr. 4183) ikke at lade sig præstevie, forlænget for eet Aar til.

Alias s. v. cum Arnoldo Textoris clerico Coloniensis diocesis, rectore parrochialis ecclesie in Gardingen Slesvicensis diocesis, ut ratione dicte parrochialis ecclesie et quorumcunque aliorum beneficiorum, sacros, etiam presbiteratus, ordines requirentium, que obtinebat et in futurum assequi eum contingeret, usque ad biennium a fine anni a jure prefixi computandum ad aliquem ex dictis ordinibus se promoveri facere minime teneretur, inter alia dispensavit. Verum dictus orator infra biennium, in quo adhuc existit, se ad huiusmodi ordines promoveri facere non potest. Supplicat igitur, quatenus terminum dicti biennii ad annum ipsius finem proxime sequentem prorogare sibique, quod anno prorogato huiusmodi durante ad aliquem ex dictis ordini-

bus se promoveri facere minime teneatur, concedere dignemini. Fiat. J. Cum derogatione regule de insordescentibus, etiam in singulis eius casibus. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat, attento quod orator est presens. Datum Rome 3. non. dec. anno 7.

Suppl. 1326 fol. 181 v.

4187. **8. Jan. 1510.**

Præsten Niels Antonsen fra Roskilde Stift, som havde ført Proces ved Kurien om et evigt Vikariat i Lübeck, men givet Afkald derpaa, faar til Gengæld Lov at modtage en aarlig Pension af Vikariatets Indehaver.

Cum Nicolaus Antonii presbiter Roskildensis diocesis, inter quem et Johannem Sassen perpetuum vicarium in ecclesia Lubicensi de perpetua vicaria sine cura, quam in dicta ecclesia Lubicensi possidet, in vestro sacro palatio causarum apostolico lis et causa pendebant indecise, pro implemento certe[1]) honeste concordie inter eos inite omni juri sibi in huiusmodi vicaria quomodolibet competenti necnon liti et cause predictis in manibus s. v. sponte cesserit, supplicat igitur prefatus Nicolaus, quatenus, ne propter cessionem suam huiusmodi nimium dispendium patiatur, pensionem annuam 6 fl. auri in auro de [camera super][2]) fructibus dicte vicarie, quorum medietatem ipsa pensio non excedit, sibi, quoad vixerit, vel procuratori suo legitimo per dictum Johannem Sassen et successores suos singulis annis in locis et terminis de partium consensu statuendis sub censuris ecclesiasticis in similibus apponi solitis persolvendam, reservare et nichilominus cuicunque persone in dignitate ecclesiastica constitute seu canonico cathedralis ecclesie per ipsum Nicolaum Antonii eligendo pensionem huiusmodi sic reservatam absque eiusdem Johannis vel successorum ipsius consensu ulteriori, qui exnunc in hoc consentit, extinguendi illamque alteri persone idonee per prefatum Nicolaum oratorem eligende et nominande, etiam quecunque beneficia obtinenti aut expectanti, quoad vixerit, per eundem Johannem et successores ipsius sub similibus censuris persolvendam, transferendi licentiam concedere, necnon, prefato Johanni [ɔ: -ne] aut successoribus predictis in huiusmodi pensionis solutione in termino et loco predictis deficientibus seu dictam vicariam † [dimittentibus], [ut] liceat prefato N. ad eandem liberum habere regressum et accessum illiusque

[1]) Gz. — Cod. recte [2]) add. Gz.

corporalem possessionem tam prioris tituli quam presentium vigore propria auctoritate libere apprehendere et retinere absque quacunque alia desuper facienda provisione in omnibus, ac si cessionem et renuntiationem predictas minime fecisset, concedere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Regiensis. Datum Rome 6. id. jan. anno 7.

Suppl. 1329 fol. 72.

4188. **8. Jan. 1510.**

Præsten Johannes Sasse fra Lübeck faar et evigt Vikariat i Lübeck, som han havde ført Proces om ved Kurien med Præsten Niels Antonsen fra Roskilde Stift.

Cum, lite et causa in vestro sacro palatio causarum apostolico coram certo eiusdem palatii auditore seu unius [ɔ: uno] ex locumtenentibus inter Nicolaum Antonii presbiterum Roskildensis diocesis actorem et Johannem Sassen presbiterum Lubicensem de quadam sine cura perpetua vicaria cathedralis ecclesie Lubicensis, quam prefatus Johannes orator possidet, reum et conventum introductis et adhuc indecisis pendentibus, prefatus Nicolaus liti et cause predictis nec non omni juri ad huiusmodi vicariam sibi quomodolibet competenti in manibus s. v. seu alterius ad id potestatem habentis sponte cedat, supplicat dictus Johannes, quatenus sibi de dicta vicaria [fructus 4 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Regiensis. Datum Rome 6. id. jan. anno 7.

Suppl. 1329 fol. 9.

4189. **13. Jan. 1510.**

Klerken Henricus Honnell fra Hildesheim Stift faar et evigt Vikariat i Slesvig.

Cum perpetua sine cura vicaria ad altare s. Jacobi in ecclesia Slesvicensi situm, que de jure patronatus laicorum existit, vacet ad presens et tanto tempore vacaverit, quod eius collatio juxta Lateranensis statuta concilii extitit ad sedem apostolicam legitime devoluta, licet assertus intrusus illam indebite occupet, supplicat igitur Henricus Honnell clericus Hildesemensis diocesis, quatenus sibi de dicta vicaria [fructus 4 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. Et cum derogatione juris patronatus, si quod ex fundatione seu dotatione existat, quoad medietatem patronorum. Et cum derogatione regule de annali possessore. Datum Rome id. jan. anno 7.

Suppl. 1329 fol. 280 v.

4190. **23. Jan. 1510.**

Paven udnævner Klerken Magister Detlevus Langebek fra Bremen Stift, som er Notar ved Kurien, til sin Skriver (scriptor).

Magistro Detleno Langenbecken clerico Bremensis diocesis, scriptori et familiari nostro. Grata devotionis et familiaritatis obsequia, . . . vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque officium scriptorie litterarum apostolicarum, quod Albertus de Zebdis obtinebat, per obitum eiusdem Alberti vacet, nos, volentes te, qui causarum palatii apostolici notarius et etiam Marci tituli s. Marie in Transtiberim presbiteri cardinalis obsequiis insistendo continuus commensalis noster existis, favore prosequi gratioso, motu proprio officium predictum cum omnibus illius honoribus, oneribus et emonumentis [ɔ: -lumentis] consuetis apostolica tibi auctoritate concedimus. Datum Ostie 10. kal. febr. anno 7.

Simili modo Sixto tituli s. Petri ad Vincula presbitero cardinali s. Romane ecclesie vicecancellario[1]).

Reg. Lat. 1248 fol. 9.

4191. **23. Febr. 1510.**

Klerken Thomas Iversen fra Slesvig Stift, som er pavelig Kurial, faar Tilladelse til under sin Fraværelse fra Kurien at nyde Kurialernes Privilegier.

Cum Thomas Ivarsen clericus Slesvicensis diocesis pro nonnullis suis peragendis negotiis dudum se a Romana curia absentavit et ad partes transtulit et de presenti adhuc ibidem existit, et ex hoc revocatur in dubium, an huiusmodi sua absentia durante privilegia, prerogative et favores in curia prope [ɔ: propter] eiusdem absentiam cessabant (!) et separata sint, ad huiusmodi dubium submovendum supplicatur s. v. pro parte dicti Thome oratoris, quatenus [sibi], ut in assecutione quorumcumque beneficiorum, que ipsum vigore cuiuscunque gratie expectative per e. s. v. gratiose concesse acceptare et sibi de eisdem provideri contigerit, omnibus privilegiis per e. s. v. veris curialibus, qui per sex menses continue ante tempus vacationis alicuius beneficii, quod vigore gratiarum eis per e. s. v. concessarum expectativarum [acceptant,][2]) curiam Romanam secuti sunt, eis equaliter concessis gaudere possit hinc ad annum proxime futurum a die date presentium computandum libere in omnibus, perinde ac si a dicta curia non recessisset et in ea presens esset, ac decernentes sic per quoscumque sacri[3]) causarum palatii apo-

---

[1]) Brevet er overstreget og Taksten mangler. [2]) add. Gz.
[3]) Gz. — Cod. suarum

stolici auditor[es] et quoscunque alios judices et commissarios in quibuscunque causis tam contra ipsum Tomam quam per ipsum contra quoscunque alios motis et movendis sententiam judicari et interpretari debere, necnon dicto Thome oratori, ut durante anno huiusmodi quecumque beneficia sub dicta sua gratia comprehensa per se ipsum extra dictam curiam vel in ea per procuratorem suum ad hoc ab eo legitime constitutum in genere, sicut ceteri curiales in curia predicta residentes beneficia, que expectant in eadem, accept[ant], id est sibi provideri faciunt, acceptare et sibi de eisdem provideri facere et acceptatione[m] et provisione[m] predict[as] in auditione litterarum contradictarum vel cancellaria apostolica infra tempus in quadam regula per s. v. prefixum publicum [ɔ: -as] facere possit et alias, perinde ac si ipse Tomas in dicta curia presens foret, concedere dignemini, quibuscunque cancellarie regulis, etiam presertim illa, qua cavetur expresse, quod nemo, nisi qui per sex menses continue Romanam curiam secutus fuerit, privilegiis, quibus gaudent alii curiales, qui eam per sex menses simul secuti fuerint, gaudere possit, non obstantibus. Concessum in presentia pape. Jo. Regiensis. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Datum Rome 7. kal. martii anno 7.

Suppl. 1336 fol. 21 v.

4192. **28. Febr. 1510.**

Klerken Henricus Klet fra Hildesheim Stift faar Kanonikat og Præbende i Haderslev, Klerken Johannes Kroth fra Lübeck Stift faar Kanonikat og Præbende i Slesvig, Bernardus Wych fra Slesvig Stift faar Kanonikat og Præbende i Lübeck; fem andre fra nordtyske Stifter faar forskellige nordtyske Embeder.

Alias quibusdam canonicatu et prebenda in collegiata ecclesia b. Marie Haderslevensi Slesvicensis diocesis ac parrochiali ecclesia ville Kluetze nec non uno in parrochiali ecclesia s. Johannis Luneburgensi ibidem in sacristia ad altare s. Elizabetht Ratzeburgensis et Verdensis diocesium ac alio ad altare s. Crucis in cathedrali Slesvicensi et reliquo etiam simplicibus perpetuis beneficiis in cathedrali Lubicensi respective ecclesiis tunc vacantibus, s. v. de dictis canonicatu et prebenda dicte ecclesie Haderslevensis Sebastiano de Platen clerico Brandenburgensis diocesis familiari vestro continuo commensali necnon de parrochiali ecclesia in Kluetze ac aliis beneficiis predictis Sutpheldo Warden[berg] clerico Zwerinensis diocesis respective provideri concessit. Cum autem dicti Sebastianus et Sutpheldus oratores

concessioni gratiarum huiusmodi ipsis respective facte, litteris † super aliquibus ex dictis beneficiis expeditis et super aliquibus etiam non confectis, ac omni juri sibi ad dictos canonicatum et prebendam eidem Sebastiano nec non ad parrochialem ecclesiam et alia beneficia predicta prefato Sutpheldo oratori quomodolibet competenti in manibus s. v. sponte cedunt, supplicant igitur tam Henricus Kloth clericus Hildesemensis diocesis quam Simon Bowinum (!) ac Joachim Moller ac Johannes Kroth, alias Relilis, ac Bernardus Wyck prefatarum Hildesemensis [ɔ: Verdensis], Ratzeburgensis, Lubicensis et Slesvicensis diocesium clerici, quatenus, cessionem huiusmodi admittentes, Henrico de canonicatu et prebenda ecclesie Haderslevensis [fructus 3 mr.], Simoni vero de parrochiali ecclesia in Kluetze [fructus 4 mr.], Joachim vero Moller de beneficio s. Elizabeth in parrochiali ecclesia s. Johannis Lunenborgensi [fructus etiam 3 mr.] nec non Johanni Kroth de alio beneficio sive canonicatu in cathedrali ecclesia Slesvicensi [fructus similiter (!) 2 mr.] ac Bernardo Wycke de reliquo in Lubicensi ecclesiis predictis [fructus etiam 3 mr.], respective providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Regiensis. Datum Rome pridie kal. martii anno 7.

Suppl. 1333 fol. 168.

4193. **1. Marts 1510.**

Paven udnævner sin Kammerherre, Dr. jur. Idzardus Gravius til Kollektor i Danmark, Sverige og Norge samt Provinserne Köln og Bremen og Slesvig Stift og tilbagekalder alle tidligere Kollektorer. Idzardus skal opkræve alle det pavelige Kammers Fordringer undtagen Servispenge, indsende Regnskab hvert andet Aar og i Forvejen aflægge Troskabsed til den pavelige Kammermester, Kardinal Raphael (Riario); han faar Lov til at ansætte Subkollektorer.

Idzardo Grauio utriusque juris doctori, cubiculario et familiari nostro, in Dacie, Svecie et Norvegie regnis ceterisque insulis et terris Johanni regi subjectis necnon in Coloniensi et Bremensi provinciis ac Slesvicensi diocesi fructuum camere apostolice debitorum collectori nostro. Ex fideli, sollicita ac diligenti providentia *(Dipl. Norv. XVII, 692—95)*[1]. Datum Rome kal. martii anno 7. *De curia.*

Reg. Vat. 990 fol. 138 v.

4194. **3. Marts 1510.**

Præsten Zutfeld Wardenberg fra Schwerin Stift faar Kanonikat og Præbende i Slesvig og et Beneficium i Lübeck.

[1]) Her dog med den urigtige Dato 21. Febr. 1510.

Alias canonicatu et prebenda ecclesie Slesvicensis ac duobus perpetuis simplicibus beneficiis, uno videlicet in cathedrali et altero in parrochiali ecclesiis b. Marie Lubicensibus, tunc per obitum Henrici de Mynden, in partibus Italie, dum ab curia recederet ad partes, defuncti, vacantibus, s. v. de illis Sebastiano de Plathe clerico Brandenburgensis diocesis, familiari vestro continuo commensali, providit. Et deinde, lite et causa in vestro sacro palatio apostolico causarum coram bone memorie Andrea Bassiguana tunc eiusdem palatii causarum auditore primo et deinde coram Bartholomeo Baloginno in locum dicti Andree auditoris surrogato inter prefatum Sebastianum actorem ex una et Sutpheldum Wardenbergh presbiterum Zwerinensis diocesis et quosdam Johannem van der Wyste et Johannem Legenholt assertos clericos de canonicatu et prebenda ac beneficiis predictis reos et conventos partibus ex altera in prima instantia † motis et introductis, prefatus Sebastianus liti et cause predictis necnon omni juri sibi [ad] canonicatum et prebendam nec non ambo beneficia predicta respective competenti in manibus e. s. v. sponte cedit; supplicat igitur prefatus Sutpheldus orator et collitigans, quatenus, causam huiusmodi, quantum ipsum Sutpheldum oratorem convenit [ɔ: concernit], ad se advocantes prefatamque litem inter ipsum Sutpheldum et Sebastianum oratores pendentem solum et dumtaxat extinguentes necnon cessionem huiusmodi admittentes, dictum Sutpheldum oratorem ad omne jus, quod eidem Sebastiano in canonicatu et prebenda ac duobus beneficiis predictis quomodolibet respective competebat, necnon in lite et causis prefatis quoad canonicatum et prebendam Slesvicensis et beneficium cathedralis Lubicensis ecclesiarum in eo statu, quo existunt respective, surrogantes, de dictis canonicatu et prebenda Slesvicensis [fructus 4 mr.] ac duobus beneficiis in cathedrali et parrochiali b. Marie Lubicensium ecclesiarum huiusmodi [fructus similiter insimul 4 mr.] prefato Sutpheldo, dictum beneficium in parrochiali ecclesia b. Marie Lubicensi ordinaria auctoritate possidenti, in forma surrogationis nove aut † provisionis aut gratie [etc.] cum clausula gratificationis latissime extendenda providere et nichilominus dictum beneficium cathedralis ecclesie Lubicensis canonicatui et prebende eiusdem ecclesie, quos orator obtinet [fructus 4 mr.], ut tanto decentius statum suum presbiteralem possit supportare, et propter dicti beneficii fructuum exiguitatem, dumtaxat ad vitam ipsius oratoris unire, ita quod liceat eidem oratori propria auctoritate tam ca-

nonicatus et prebende quam beneficii Lubicensis, si et postquam illud assequatur, [possessionem] libere insimul retinere, fructus percipere et de illis ad libitum suum disponere possit, dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Regiensis. Datum S. Severe Portuensis diocesis 5. non. martii anno 7.

Suppl. 1333 fol. 161.

4195. 3. Marts 1510.

Eggerd Hayneck, som er Doktor juris, faar ny Provision paa Provstiet i Slesvig.

Nuper prepositura ecclesie Slesvicensis, que de jure patronatus moderni regis Dacie et ducum Slesvicensium ac inibi dignitas post pontificalem maior existit, vacante, fuit de illa Eggerdo Hanch legum doctori apostolica auctoritate provisum, possessione subsecuta. Cum autem dubitet provisionem huiusmodi cum inde secutis quibuscunque viribus non subsistere dictamque preposituram adhuc vacare, supplicat igitur, quatenus sibi preposituram predictam [fructus 8 mr.], etiam si per liberam Gotscalci episcopi Slesvicensis sponte factam resignationem vel munus consecrationis eidem Gotscalco episcopo impensum [vacet], conferre et de novo etiam providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Regiensis. Et in forma nove provisionis, gratie [etc.]. Datum S. Severe Portuensis diocesis 5. non. martii anno 7.

Suppl. 1334 fol. 226 v.

4196. 7. Marts 1510.

Klerken Jakob Leste fra Roskilde Stift faar Kanonikat og Præbende i Schwerin og Beneficier uden Sjælesorg i Stralsund og Rostock og Sanitz i Schwerin Stift.

Supplicat Jacobus Leste clericus Roskildensis[1]) diocesis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda . . . . ecclesie Zwerinensis ac perpetuis beneficiis sine cura in parrochialibus ecclesiis sive capellis intra et extra muros opidorum Sund et Reystoche ac ville Santze Zwerinensis diocesis, per Egerdini Bufrow obitum vacantibus [fructus insimul 6 mr.], sive premisso sive alias quovis modo sive ex eo, quod idem Eggerdus in parrochiali ecclesia s. Nicolai dicti oppidi Sundensis simul et semel ac sub uno et eodem tecto plura simplicia beneficia non dispensatus obtine-

---

[1]) Cod. Hosculdensis

bat, vacent, providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Regiensis. Datum Civitatis Vetule Viterbiensis diocesis non. martii anno 7.

Suppl. 1334 fol. 39.

4197. **7. April 1510.**

Klerken Balthasar Smidt fra Slesvig Stift faar et evigt Vikariat i Wismar.

Vacante alias perpetua vicaria in parrochiali ecclesia b. Marie virginis Wisimwien[si] Ratzeburgensis diocesis sita per obitum Egghardi Kukow, Baltazarus Smydt clericus Slesvicensis diocesis illam auctoritate ordinaria assecutus extitit, possessione subsecuta. Cum autem dubitet premissa viribus subsistere, supplicat igitur, quatenus sibi de dicta vicaria, que de jure patronatus laicorum esse dicitur [fructus 4 mr.], nunc per modum nove narrativa facta provisionis † providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Regiensis. Datum Rome 7. id. aprilis anno 7.

Suppl. 1348 fol. 325 v.

4198. **16. April 1510.**

Paven reserverer motu proprio Kanonikat og Præbende i Waren for sin Skriver, Ditlevus Langebek, som er Kong Hans's Prokurator ved Kurien[1]).

Magistro Detleuo Langebeke canonico Warmiensi, scriptori et familiari nostro. Dudum siquidem, sub data videlicet kal. martii anno 3, tibi, tunc causarum palatii apostolici notario, de uno vel duobus beneficio vel beneficiis ad episcopi Lubicensis ac prepositorum, decanorum, cantorum [etc.] Lubicensis et b. Marie Hamburgensis Bremensis diocesis ecclesiarum collationem pertinens [ɔ: -nti vel pertinentibus] per alias nostras litteras motu proprio mandavimus provideri, certis tibi desuper executoribus deputatis. Cum autem tu ex litteris et gratia huiusmodi quoad collationem episcopi, prepositi [etc.] Lubicensium nullum fructum reportaveris nec in futurum consequi speres, nos, litteras predictas, etiam processus habitos per easdem ac inde secuta cassantes teque, qui Johannis Dacie Svecie et Norvegie regis in Romana curia procurator existis, gratie amplioris favore prosequi volentes, motu simili canonicatum ecclesie Warmiensis tibi con-

---

[1]) Paven giver ogsaa samme Dag denne Ditlevus Langebek Dispensation til at have 3 ellers uforenelige Embeder og til i 7 Aar ikke at lade sig præstevie (Reg. Lat. 1243 fol. 14 v og Supplik (Fiat motu proprio. J.) i Suppl. 1336 fol. 109 v).

ferimus et de illo etiam providemus, prebendam vero ac dignitatem dicte ecclesie Warmiensis necnon beneficium, cuius quidem cum cura beneficii fructus 25 mr., si vero sine cura, 18 mr. valorem non excedunt, ad collationem episcopi Hildesemensis et prepositi, decani [etc.] Hildesemensium pertinentes tibi conferimus. Datum Rome 16. kal. maji anno 7.

A. gratis pro scriptore. 5. id. maii anno 7. Colotius.
Reg. Lat. 1243 fol. 11 v

24. April 1510.

Se 24. April 1509.

4199. **27. April 1510.**

Paven giver Kardinal Marcus (Vigerius) Pension af Kanonikater og Præbender i Ribe, Viborg og Aarhus og Provstier i Ribe og Thyholm, som han har opgivet til Fordel for Ditlevus Langebek.

Marco tituli s. Marie in Trastiberim presbitero cardinali. Ad personam tuam [etc.]. Cum itaque hodie tu, cui alias Ripensis et Vibergensis ac Arusiensis canonicatus et prebendas necnon eiusdem Ripensis ecclesiarum et ruralem in Thurholin in ecclesia Burglanensi Premonstratensis ordinis per clericos seculares teneri solitam preposituras per obitum Johannis Schogardt in loco [a] Romana curia ultra duas dietas legales non distante defuncti vacantes et antea dispositioni apostolice reservatos concessimus commendari, concessioni commende huiusmodi, litteris apostolicis super ea non confectis, hodie in manibus nostris sponte cesseris, nosque cessionem ipsam admittentes canonicatus et prebendas ac preposituras predictos magistro Detleuo Langebeke ipsius ecclesie Ripensis canonico, scriptori et familiari nostro, per diversas alias nostras litteras contul[er]imus et de illis etiam provid[er]imus, nos tibi, ut statum tuum juxta cardinalatus exigentiam dignitatis decentius tenere et onera, que te jugiter de necessitate subire oportet, facilius perferre valeas, pensionem annuam 34 duc. auri de camera super canonicatuum et prebendarum ac prepositurarum predictorum fructibus, quorum medietatem pensio ipsa non excedit, tibi, quoad vixeris, vel procuratori tuo per dictum Detleuum, cuius ad hoc expressus accedit assensus, et in eventnm, in quem infrascripto regressui locus non fuerit, successores suos in annis[1]) singulis, pro una videlicet in domini nostri Jesu Christi et alia medietatibus pen-

[1]) Gz. — Cod. in singulis

sionis eiusdem in b. Johannis baptiste nativitatum festivitatibus, integre persolvendam, tibi (!) tenore presentium reservamus, decernentes eosdem Ditleuum et successores ad integram solutionem pensionis eiusdem tibi faciendam juxta reservationis predicte tenorem fore efficaciter obligatos, ac statuentes, quod ille ex Ditleuo et successoribus prefatis, qui in altera dictarum festivitatum vel saltem infra triginta dies immediate sequentes pensionem huiusmodi per eum tunc debitam non persolverit cum effectu, lapsis diebus eisdem sententiam excommunicationis incurrat, a qua, donec tibi vel eidem procuratori de dicta pensione tunc debita integre satisfactum fuerit, absolvi non possit preterquam in mortis articulo constitutus, si vero per sex menses dictos triginta dies immediate sequentes sententiam ipsam animo, quod absit, sustinuerit indurato, extunc effluxis mensibus ipsis canonicatibus et prebendis ac prepositurις predictis perpetuo privatus existat, illique vacare censeantur eo ipso, et insuper tibi extinctioni pensionis huiusmodi in totum vel in partem in manibus cuiuscunque persone in dignitate ecclesiastica constitute aut canonici cathedralis, etiam metropolitane, ecclesie, quam seu quem duxeris eligendam seu eligendum, consentiendi ac eidem persone seu canonico pensionem huiusmodi extinguendi illamque cuicunque alteri persone per te nominande, quoad vixerit, vel procuratori suo legitimo per Ditleuum et successores prefatos sub eisdem censuris et penis ac alias modo et forma premissis [solvendam] absque alio ipsius Detleui in hoc expresse consentientis et successorum huiusmodi consensu apostolica auctoritate reservandi licentiam concedimus, tibique, quod, cedente vel decedente dicto Detleuo seu canonicatus et prebendas ac preposituras predictos alias quomodolibet dimittente, etiam apud sedem predictam, aut illis alias quovis modo vacantibus, liceat tibi ad canonicatus et prebendas ac, que inibi dignitates non tamen post pontificales maiores existunt, preposituras predictos [fructus insimul 8 mr.] vigore presentium, quam [ɔ: quas] vim valide et efficacis commende habere decernimus, liberum habere accessum illarumque ac canonicatuum et prebendarum predictorum possessionem per te vel alios propria auctoritate libere apprehendere et in commendam una cum s. Marie in Transtiberim, que tituli [ɔ: -lus] tui cardinalatus existit, Sinogalliensi et Tranensi, quibus ex dispensatione apostolica preesse dinosceris, ac quibusvis aliis ecclesiis . . ., quas obtines et in posterum obtinebis, quoad vixeris, retinere necnon, debitis et consuetis canonicatuum et prebendarum ac preposi-

turarum predictorum supportatis oneribus, de residuis illorum fructibus disponere, sicuti canonicatus et prebendas ac preposituras predictos in titulum pro tempore obtinentes de illis disponere potuerunt, alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium et pretiosorum mobilium tibi penitus interdicta, concedimus, proviso quod propter commendam eandem canonicatus et prebende ac prepositure predicti debitis non fraudentur obsequiis et animarum cura in dictis prepositturis, si qua illis immineat, nullatenus negligatur, sed congrue supportentur onera antedicta. Datum Ostie 5. kal. maji anno 7.

[Simili modo] Archiepiscopo Sipontino et episcopo Concordiensi ac preposito ecclesie Lubicensis.

A. gratis pro persona cardinallis (!) episcopus Pacensis.
Reg. Lat. 1243 fol. 16.

4200. **1. Maj 1510.**

Klerken Claus Holste fra Slesvig Stift faar Dispensation til at forene to ellers uforenelige Embeder.

Supplicat Nicolaus Holste clericus Slesvicensis diocesis, quatenus secum, ut quecumque duo sub singulis duobus et eisdem tectis consistentia dissimilia aut simplicia similia, alias se invicem compatientia, beneficia, si sibi alias canonice conferantur, recipere et insimul, quoad vixerit, etiam cum clausula permutandi et resignandi simpliciter, etiam totiens quotiens, retinere valeat, † [dispensare] dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Regiensis. Dummodo non sint duo canonicatus et due prebende seu dignitates etiam sub eodem tecto. Datum Ostie kal. maji anno 7.

Suppl. 1338 fol. 142.

4201. **5. Maj 1510.**

Bartholdus Meister faar Kanonikat og Præbende i Eutin og Sognekirken i Neustadt i Lübeck Stift, hvorom han havde ført Proces med Klerken Johan Schuldorp fra Slesvig Stift.

Lite et causa coram certo palatii causarum auditore inter s. v. oratorem Bartold Meysterum canonicum prebendatum ecclesie Oijtinensis et rectorem parrochialis [ecclesie] opidi Menstand [ɔ: Nienstad] Lubicensis diocesis et Johannem Schuldorp clericum Slesvicensis diocesis de canonicatu et prebenda dicte ecclesie et parrochiali predictis, que dictus Bartholdus obtinet, rebusque aliis in actis cause huiusmodi latius deducendis in prima instantia

indecisis pendentibus, cum autem dictus Johannes liti et cause huiusmodi nec non omni juri sibi ad canonicatum et prebendam ac parrochialem ecclesiam predictos quomodolibet competenti in manibus s. v. sponte cedat, supplicat igitur dictus orator Bartholdus, quatenus, cessionem huiusmodi admittentes litemque et causam huiusmodi ad se advocantes illamque penitus et omni modo, attento quod non si[n]t alii collitigantes, extinguentes, sibi, cum quo alias super defectu natalium nec non, ut quecunque beneficia obtinere possit, dispensatum fuit, de eisdem [fructus 6 mr.] per modum nove provisionis, surrogationis, gratie [etc.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Regiensis. Datum Rome 3. non. maji anno 7.

Suppl. 1339 fol. 83 v.

4202. **12. Maj 1510.**

Sognepræsten Johan Wulf i Halk faar Kanonikat og Præbende i Slesvig mod at give en Pension til Biskop Petrus (Wolkow) i Schwerin.

Cum alias Petrus episcopus Zwerinensis, litterarum apostolicarum scriptor et abreviator, omni juri sibi in canonicatu et prebenda ecclesie Slesvicensis, quos Theodoricus Thatiis [ɔ: Thetens] obtinebat, de quibus illi per obitum dicti Teodorici fuit concessum a s. v. provideri, [quomodolibet competenti][1]) in manibus s. v. sponte cesserit, de illis ex cessione huiusmodi Johanni Lupi, alias Wulff, rectori parrochialis ecclesie in Halke Slesvicensis diocesis, concessum fuit provideri. Supplicat igitur s. v., quatenus sibi, ne per cessionem huiusmodi nimium dispendium patiatur, et ut juxta pontificalis dignitatis exigentiam statum suum melius tenere valeat, pensionem annuam 8 duc. auri in auro de camera super fructibus dicte parrochialis ecclesie in Halke [fructus 4 mr.], sibi, quoad vixerit, vel procuratori suo legitimo per eundem Johannem et successores suos annis singulis in locis et terminis de consensu partium statuendis sub penis et censuris in similibus apponi solitis integre persolvendam, et que eo pretextu, quod forsan tertiam parrochialem [ɔ: -lis] seu maiorem summam [excedit], etiam ad successorum predictorum instantiam reduci non possit, attento quod medietatem non excedit, reservare sibique, quod, Johanne aut aliquo ex successoribus predictis in solutione dicte pensionis in loco et terminis predictis deficiente seu cessante et predictam privationem [ɔ: -is] penam incurrente,

---

[1]) add. Gz.

liceat eidem creature ad parrochialem ecclesiam predictam litterarum desuper conficiendarum vigore, quas vim validam [ɔ: -e] et efficacem [ɔ: -is] provisionis habere placeat, accessum seu ingressum [habere][1]) illiusque corporalem possessionem propria auctoritate libere apprehendere et absque alia desuper facienda provisione retinere pensionemque ipsam in aliam personam, quam duxerit eligendam, quecunque sibi placuerit, absque alio dicti Johannis, qui in hoc expresse consentit, et successorum suorum consensu transferre valeat, necnon pensionem predictam una cum ecclesia Zwerinensi, cui preest, aliisque ecclesiis et beneficiis qualitercumque qualificatis obtentis et obtinendis [ac] pensionibus reservatis et reservandis percipere ac parrochialem predictam in eventum accessus seu ingressus recipere [et] una cum predictis libere retinere possit, concedere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Regiensis. Datum Rome 4. id. maji anno 7.

Suppl. 1339 fol. 229.

4203. **14. Maj 1510.**

Pavens Skriver Ditlevus Langebek faar Kanonikater og Præbender i Ribe, Viborg og Aarhus samt Provstier i Ribe og Thyholm i Børglum Stift, skønt Indtægten var større end oprindelig opgivet.

Nuper cum Marcus tituli s. Marie in Transtiberim presbiter cardinalis Senogaliensis, cui s. v. Ripensis et Vibergensis ac Arusiensis ecclesiarum canonicatus et prebendas necnon eiusdem Ripensis et ruralis (!) [ɔ: -lem] in Thurholm in ecclesia Burglanensi Premonstratensis ordinis per clericos seculares teneri solitas preposituras, tunc per obitum Johannis Schegardt in loco ultra duas dietas legales ab ea [ɔ: Romana curia] non distante defuncti vacantes, per eum, quoad viveret, tenendos in commendam concesserat, concessioni commende huiusmodi litteris apostolicis desuper non confectis in manibus s. v. sponte cesserat, s. v., cessionem huiusmodi admittens, de dictis canonicatu [ɔ: -tibus] et prebendis ac prepositurís magistro Ditlevo Langenbek, scriptori et familiari nostro [ɔ: vestro], per diversas suas litteras providit, prout in eisdem litteris, in quibus, quod canonicatus et prebende Ripensium ac eiusdem 4 et in Thurholm prepositurarum[2]) etiam 4 mr. fructus non excedebant, expressum fuit, plenius continetur. Cum autem a nonnullis asseratur

[1]) add. Gz. [2]) Cod. prepositurarum cuius etiam

fructus canonicatus et prebende ac prepositurarum huiusmodi etiam plus valere, licet singulorum illorum fructus huiusmodi 8 mr. similium valorem annuum non excedant, ac propterea dictus orator dubitet singulas litteras predictas surreptionis vitio subjacere et sibi minus utiles reddi posse tempore procedente, supplicat dictus Ditlevus, quatenus, ne propterea dictarum litterarum frustretur effectu, sibi, quod littere predicte et per illas seu illarum vigore eidem oratori de canonicatu et prebenda ac preposituris predictis facte collationes et provisiones necnon processus habiti seu etiam habendi per easdem litteras ac inde secuta quecumque a data presentium valeant plenamque roboris firmitatem obtineant et sibi suffragentur in omnibus, perinde ac si in eisdem litteris, quod singulorum canonicatus et prebende ac prepositurarum predictorum fructus 8 mr. similium valorem annuum non excedebant, expressum fuisset, concedere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Regiensis. Datum Rome pridie id. maji anno 7.

Suppl. 1339 fol. 22 v.

Arusiensis. Detlavus Langebecke. Canonicatus per obitum[1]).

Uddrag i Indice 349 efter Reg. Lat. Julii II anno 7 lib. 12 (tabt) fol. 19.

Ripensis. Detlenus Rangebecke (!). Canonicatus per obitum.

Uddrag i Indice 349 efter Reg. Lat. Julii II anno 7 lib. 12 (tabt) fol. 21.

4204. 23. Maj 1510.

Zutfeld Wardenberg faar bevilget Pensioner af Sognekirken i Klütz i Ratzeburg Stift og af evige Vikariater i Slesvig, Lübeck og Lüneburg, hvorom han havde ført Proces ved Kurien.

Cum alias Zutpheldus Wardenbarch presbiter Zwerinensis diocesis, decretorum doctor, inter quem ex una et Simonem Bueman presbiterum Ratzeburgensis diocesis, Joachim Moller, in s. Johannis Lunenburgensi Verdensis diocesis, Bernardum Wrycken, in cathedrali Lubicensi perpetuos vicarios, et Johannem Kroch, alias Kotels, etiam vicarium in Slesvicensi respective ecclesiis, partibus ex altera de parrochiali ecclesia ville Kluetze dicte Ratzeburgensis diocesis ac perpetuis sine cura vicariis in Slesvicensi et Lubicensi ac s. Johannis Lunenburgensi ecclesiis predictis coram certis vestri palatii apostolici auditori-

---

[1]) Jfr. ogsaa Nr. 3929.

bus lis et causa pendebant, occasione et pro complemento certe honeste concordie inter ipsum oratorem et superius expressos respective inite liti et cause huiusmodi necnon omni juri sibi in parrochiali in Klutze ac vicariis perpetuis predictis quomodolibet competenti in manibus s. v. sponte cesserit, et s. v. [cessione] huiusmodi admissa de parrochiali ecclesia predicta ipsi Simoni necnon Joachim de una in parrochiali s. Johannis Lunenburgensi, Bernardo de reliqua in cathedrali Lubicensi, Johanni predictis de alia vicariis huiusmodi etiam in cathedrali Slesvicensi ecclesiis predictis respective situatis providerit, supplicat igitur prefatus Zutpheldus orator, quatenus, ne ex cessione huiusmodi nimium dispendium patiatur, unam, videlicet 10 super dicte parrochialis de Clutze ac perpetui beneficii in parrochiali ecclesia opidi Grevetzmolin dicte Ratzeburgensis diocesis, que dictus Simon obtinet, per eundem Simonem, necnon aliam similium 10 super dicte vicarie ecclesie s. Johannis Lunenburgensis, quam prefatus Joachim obtinet, per eundem Joachim Moller, ac aliam 4 super alterius vicarie in ecclesia Lubicensi, quam dictus Bernardus inibi etiam obtinet, per eundem Bernardum, et reliquam pensiones annuas similium 4 fl. Renensium in auro super alterius vicarie in ecclesia Slesvicensi per prefatum Johannem Ketels, alias Kroch, et pro tempore successores illorum fructibus, quorum licet tertiam partem pensiones huiusmodi excedant, tamen medietatem ac omnes insimul collecte 24 duc. auri de camera valorem annuum non excedunt, annis singulis eidem Zutpheldo oratori, quoad vixerit, vel procuratori suo legitimo in paschate resurrectionis domini nostri Jesu Christi ac in civitate Lubicensi ac aliis terminis et locis de partium hincinde consensu statuendis et sub penis et censuris in similibus apponi solitis integre persolvendas, reservare, et nihilominus cuicunque persone in dignitate ecclesiastica constitute seu canonico metropolitane aut cathedralis ecclesie per ipsum Zutpheldum oratorem eligendo sic reservatas pensiones huiusmodi in toto vel in parte cuicumque alteri persone idonee per eundem oratorem nominande, etiam quecunque beneficia obtinenti aut expectanti, quoad vixerit, per Simonem, Joachim, Bernardum et Johannem predictos successoresque eorum sub similibus censuris solvendas transferendi licentiam concedere [*etc. som Nr. 4202*] dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Regiensis. Datum Rome 10. kal. junii anno 7.

Suppl. 1339 fol. 287 v.

4205. **1. Juni 1510.**

Herman Wesselinck, evig Vikar i Slesvig og Præst ved Nonneklostret i Herford i Paderborn Stift, faar Fritagelse for at residere ved Embederne.

Supplicat Hermannus Wesselinck presbiter, perpetuus vicarius seu beneficiatus ad altare ss. Bartholomei et Pauli situm in cathedrali ecclesia Slesvicensi, quatenus, ipsum, qui rectrici et aliis sororibus domus seu conventus in opido Heruerdensi infra parrochiam parrochialis ecclesie ss. Johannis et Dionysii ordinis s. Augustini Paderbornensis diocesis eis missas et alia divina officia celebrando et ecclesiastica sacramenta ministrando in divinis deservit, specialibus favoribus et gratiis prosequentes, sibi, ut in Romana curia vel altero beneficiorum pro tempore obtentorum residendo aut litterarum studio, ubi illud vigeat generale, insistendo † et perpetue vicarie seu beneficio ad altare predictum, quod de jure patronatus heredum Conradi Conradis archidiaconi ecclesie Slesvicensis, dum vixit, existit, et quod obtinet, per substitutum idoneum in divinis laudabiliter deserviri faciendo apud vicariam seu beneficium huiusmodi personaliter residere ac illi in divinis per se ipsum deservire minime teneatur, et nichilominus fructus ipsius vicarie seu beneficii, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, si que sint, percipere possit, perinde ac si inibi personaliter resideret, concedere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Regiensis. Datum Rome kal. junii anno 7.

Suppl. 1340 fol. 96.

4206. **13. Juni 1510.**

Ribekanniken Poul Andersen faar et andet Kanonikat sammesteds og en Sognekirke.

Cum canonicatus et prebenda ecclesie Ripensis, quos Lambertus Sterck obtinet, ex eo, quod idem Lambertus, dispensatione apostolica desuper non obtenta, una cum dictis canonicatu et prebenda vicariam perpetuam in capella sub turri maiori necnon parrochialem ecclesiam in dicta ecclesia obtinet et illas invicem ad plures annos possedit, vel alias vacent et tanto tempore vacaverint, quod eorum collatio juxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam est devoluta, supplicat igitur Paulus Andree canonicus eiusdem ecclesie, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ac vicaria et parrochiali ecclesia predictis [fructus 12 mr.] providere secumque, ut una cum canonicatu et

prebenda, quos obtinet, canonicatum et prebendam primodictos ac vicariam et parrochialem ecclesiam huiusmodi usque ad sex menses in commendam, ita quod liceat inde disponere, diocesani loci vel cuiusvis alterius licentia etc. requisita, retinere possit, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Regiensis. Datum Civitatis Castellane id. junii anno 7.

Suppl. 1342 fol. 22 v.

4207. **Sommeren 1510.**

Kong Hans beder Paven udnævne sin Sekretær og den unge Kong Christierns Kansler Erik Valkendorf til Ærkebiskop i Trondhjem efter Gaute Iversens Død, da Ærkebiskoppen er Formand i det norske Rigsraad, og det nordlige Norge er stærkt udsat for Angreb af Svenske og Russere.

Ad dominum sanctissimum in facto magistri Erici . . . Defuncto domino Gautone *(Aarsberetn. fra Geh. Arch. I, 36; Reg. *9535; Dipl. Norv. XVII, 1138). Uden Dato.*

»Kong Hans's Brevbog« (R. A.).

4208. **Sommeren 1510.**

Kong Hans beder Kardinal Marcus (Vigerius) overfor Paven støtte Udnævnelsen af Erik Valkendorf, der for Tiden er i Rom, til Ærkebiskop i Trondhjem.

Ad cardinalem in factis eisdem . . . Dedimus ad sanctissimum dominum nostrum papam litteras *(Aarsberetn. fra Geh. Arch. I, 36—37; Reg. *9536; Dipl. Norv. XVII, 1139). Uden Dato.*

»Kong Hans's Brevbog« (R. A.).

4209. **Sommeren 1510.**

Kong Hans beder Paven tildele sin Sekretær, Præsten Laurens Mikkelsen (Jernskæg), Provstiet i Roskilde, der ventes at blive ledigt ved Erik Valkendorfs Udnævnelse til Ærkebiskop i Trondhjem, og hvortil Kongen har Patronatsret.

Ad pontificem in facto Laurentii. Dedi ad s. v. litteras *(Aarsberetn. fra Geh. Arch. I, 37; Reg. *9537; Dipl. Norv. XVII, 1139—40). Uden Dato.*

»Kong Hans's Brevbog« (R. A.).

4210. **Sommeren 1510.**

Kong Hans skriver i samme Anledning til Kardinal Marcus (Vigerius).

Ad cardinalem in facto Laurentii. Cum magistro Erico Valkendrop *(Aarsberetn. fra Geh. Arch. I, 37—38; Reg. *9538; Dipl. Norv. XVII, 1140—41). Uden Dato.*

»Kong Hans's Brevbog« (R. A.).

4211. **16. Aug. 1510.**

Paven, der agter at udnævne Klerken Erik Valkendorf fra Odense Stift til Ærkebiskop i Trondhjem, erklærer eventuelt Valg eller Postulation fra Kapitlets Side for ugyldige.

Ad futuram rei memoriam. Decet Romanum pontificem *(Dipl. Norv. V, 723—24; Reg. *9556).* Datum Rome 17. kal. sept. anno 7.

Samtidig Kopi, bevidnet af Notaren Jørgen Jensen fra Ribe Stift i Arn. Magn. Dipl. fasc. 18 Nr. 2. — L. Dipl.

4212. **16. Aug. 1510.**

Paven anbefaler Erik Valkendorf til Kapitlet i Trondhjem.

Capitulo ecclesie Nidrosiensis. Hodie ecclesie nostre Nidrosiensi *(Dipl. Norv. V, 724; Reg. *9555).* Datum Rome 17. kal. sept. anno 7.

Samtidig Kopi, bevidnet af Jørgen Jensen, i Arn. Magn. Dipl. fasc. 18 Nr. 3. — L. Dipl.

4213. **16. Aug. 1510.**

Paven udnævner efter Gaute Iversens Død Klerken Erik Valkendorf fra Roskilde Stift, Kansler hos Kong Christiern, til Ærkebiskop i Trondhjem.

Erico Walkendorff electo Nidrosiensi. Divina disponente clementia *(Dipl. Norv. IV, 771—73; Reg. *9556).* Datum Rome 17. kal. sept. anno 7.

Orig. uden Bulle i Norske Rigsarkiv. Uddrag af samme Brev af Garampi og Indice 349 (efter Reg. Lat. Julii II anno 9 vol. 13 fol. 209, 211). Trykte Dipl. Norv. XVII, 1142[1]).

4214. **29. Aug. 1510.**

Ribekanniken Poul Andersen faar Kanonikater og Præbender i Lund og Roskilde.

Cum canonicatus et prebenda Lundensis et Roskildensis ecclesiarum, quos Ericus Walkendorff obtinet indebite occupatos, vacent et tanto tempore vacaverint, quod eorum collatio juxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam est legitime devoluta, supplicat Paulus Andree canonicus Ripensis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda predictis [fructus insimul 5 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Regiensis. Datum Viterbii 4. kal. sept. anno 7.

Suppl. 1348 fol. 32.

---

[1]) 2. og 3. Sept. Optegnelser om Erik Valkendorfs Betaling af Servispenge til det pavelige Kammer (Dipl. Norv. XVII, 1142—43).

4215. **29. Aug. 1510.**

Ribekanniken Poul Andersen faar Provstiet i Harsyssel i Ribe Stift.

Cum prepositura, in Hardsyssell nuncupata, que quondam ruralis, nunc vero dignitas non tamen principalis post pontificalem existit in ecclesia Ripensi, tanto tempore vacaverit ac vacet ad presens, quod eius collatio juxta Lateranensis statuta concilii est ad sedem apostolicam legitime devoluta, supplicat Paulus Andree canonicus dicte ecclesie Ripensis, quatenus sibi de dicta prepositura [fructus 6 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Regiensis. Cum derogatione regule de annali possessore. Ac cum constitutione[1]) de [duabus] dietis, dummodo non ultra tres. Datum Viterbii 4. kal. sept. anno 7.

Suppl. 1348 fol. 32.

2. og 3. Sept. 1510.

Se Nr. 4213 (16. Aug. 1510).

4216. **20. Sept. 1510.**

Kong Hans anmoder Kardinal Marcus (Vigerius) om at sørge for, at Laurens Mikkelsen (Jernskæg) bliver Provst i Roskilde.

Ad cardinalem. Dedimus ad . . . Julium pontificem *(Aarsberetn. fra Geh. Arch. I, 44; Reg. *9565).* Ex arce Kalundborgh 20. mensis sept. anno 10.

»Kong Hans's Brevbog« (R. A.).

4217. **20. Sept. 1510.**

Kong Hans præsenterer i Brev til Paven ifølge sin Patronatsret Dekanen i København Laurens Mikkelsen (Jernskæg) til Provstiet i Roskilde, ledigt ved Erik Valkendorfs Udnævnelse til Ærkebiskop i Trondhjem.

Ad dominum sanctissimum. Cum ad preposituram Roskildensis ecclesie *(Aarsberetn. fra Geh. Arch. I, 45; Reg. *9566).* Ex arce mea Kalundborg 20. mensis sept. anno 10.

»Kong Hans's Brevbog« (R. A.).

4218. **Okt. 1510?**

Kong Hans fremstiller for Kardinal Marcus (Vigerius), at Hemming Gad har gjort sig uværdig til Linköping Bispestol ved sit slette Levned, har kæmpet mod Danmark paa en lybsk Flaade, nu opholder sig i Lübeck for at agitere mod Danmark og bliver vel modtaget der, skønt han er bandlyst af Paven. Han anmoder Kardinalen om at sørge for, at der bliver udstedt en pavelig Befaling til Biskoppen i Lübeck om at fange Hemming Gad og sende ham til Rom. Et lignende Brev har Kong Hans sendt til Kardinal Jacobus (Serra).

---

[1]) cum derogatione constitutionis Gz.

Ad cardinalem. Nequaquam paternitatem vestram preterire arbitramur *(Aarsberetn. fra Geh. Arch. I, 41; Reg. *9574). Uden Dato.*

»Kong Hans's Brevbog« (R. A.).

4219. **10. Nov. 1510.**

Kong Hans anmoder, efter Ansøgning af Borgmester Hermannus Langebek i Hamburg, Kardinal Marcus (Vigerius) om at resignere de Embeder, der var tildelt ham efter Magister Ditlev Langebeks Død, og lade Magister Albertus Langebek opnaa dem, dog med Undtagelse af Provstiet i Ribe, som Kongen ønsker at tildele Dronningens Kansler Hans Reff.

Johannes etc. M. tituli s. Marie Transtiberim presbitero cardinali Senagaliensi . . . Hermannus Langebek *(Aarsberetn. fra Geh. Arch. I, 42; Reg. *9576).* Ex arce Kalundborg 10. die mensis nov. anno 10.

»Kong Hans's Brevbog« (R. A.).

4220. **28. Dec. 1510.**

Slesvigkanniken Johan Tetens, som havde resigneret Sognekirkerne i Mildsted og Husum i Slesvig Stift, faar en Pension af disse Kirker.

Cum alias Johannes Thetens canonicus et rector Slesvicensis ecclesie, in theologia bacallarius, parrochialem ecclesiam ville Mellestede cum eius annexa etiam parrochiali ecclesia opidi Husen Slesvicensis diocesis, que ad presentationem cantoris pro tempore existentis dicte ecclesie Slesvicensis esse dicitur, quam tunc obtinebat, in manibus loci ordinarii sponte resignaverit, ipseque ordinarius resignatione huiusmodi admissa † Johannem Kuntzen etiam canonicum Slesvicensem † ad presentationem cantoris dicte ecclesie Slesvicensis in rectorem dicte ecclesie parrochialis instituerit, possessione subsecuta, supplicat dictus orator, quatenus [sibi], ne ex resignatione huiusmodi nimium dispendium patiatur, pensionem annuam 25. duc. auri in auro de camera super dicte ecclesie et annexe huiusmodi fructibus, quorum medietatem pensio ipsa non excedit, sibi, quoad vixerit, vel procuratori suo legitimo per dictum Johannem Kuntzen et successores suos annis singulis, pro una videlicet in s. Michaelis et alia medietatibus pensionis eiusdem in resurrectionis domini nostri Jesu Christi festivitatibus in locis sive aliis terminis[1]) statuendis ac sub censuris etc. integre persolvendam, reservare

[1]) sive terminis alias Gz.

dignemini. Concessum in presentia pape. P. Ancon[itanus]. Datum Bononie 5. kal. jan. anno 8.

Suppl. 1352 fol. 137 v.

4221. **28. Dec. 1510.**

Slesvigkanniken Johan Kuntzen faar Kirken i Mildsted med Anneks i Husum i Slesvig Stift og Dispensation til dermed at forene endnu eet Embede.

Alias parrochiali ecclesia ville Millstede cum eius annexa filia etiam parrochiali ecclesia opidi Husen Slesvicensis diocesis per liberam resignationem Johannis Thetens de illa, quam tunc obtinebat, in manibus tunc episcopi Slesvicensis seu eius vicarii factam et per eum admissam vacante, cantor ecclesie Slesvicensis, cum ad cantorem dicte ecclesie presentatio persone idonee ad eandem parrochialem ecclesiam, cum pro tempore vacat, de antiqua et approbata hactenusque perpetuo observata consuetudine pertineret, ad parrochialem predictam Johannem Kuntzen, etiam canonicum dicte ecclesie Slesvicensis, in utroque jure bacallarium, tunc in vicesimo tertio vel circa sue etatis anno constitutum, infra tempus debitum prefato episcopo seu vicario presentavit, ipseque episcopus eundem Johannem Kuntzen ad presentationem huiusmodi in rectorem dicte ecclesie in Millestede instituit, possessione forte subsecuta. Cum autem dictus Johannes Kuntzen dubitet presentationem et institutionem predictas viribus non subsistere, supplicat dictus orator, qui adhuc in dicto vicesimo tertio sue etatis anno constitutus existit, quatenus sibi ecclesiam in Milstede cum eius annexa huiusmodi [fructus 8 mr.] conferre secumque, ut dictam parrochialem ecclesiam cum annexa huiusmodi ac cum ea unum et sine illis duo alia quecunque curata seu alias invicem incompatibilia beneficia, si sibi alias canonice conferantur, . . . recipere et insimul, quoad vixerit, retinere libere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. P. Anconitanus. Et cum clausula permutandi totiens quotiens. Et in forma nove provisionis. Datum Bononie 5. kal. jan. anno 8.

Suppl. 1352 fol. 137 v.

4222. **c. 1510.**

Kong Hans beder Kardinal Marcus (Vigerius) sørge for, at Sagen mellem den udvalgte Konge Christiern og Biskop Karl i Hamar hurtig bliver afsluttet.

Ad cardinalem. Dedimus nuper *(Aarsberetn. fra Geh. Arch. I, 38; Reg. *9595; Dipl. Norv. XVII, 1141—42). Uden Dato.*

»Kong Hans's Brevbog« (R. A.).

4223. c. 1510.

Kong Hans minder Kardinal Marcus (Vigerius) om, at han har anmodet Erik Valkendorf om at arbejde for, at Laurens Mikkelsen (Jernskæg) kan faa Provstiet i Roskilde, som Kongen i Følge sin Patronatsret havde præsenteret ham til. Da han intet nærmere har hørt om Sagen, gentager han sin Bøn og anmoder tillige om, at Laurens Mikkelsen maa faa Dekanatet i København og Tilladelse til at forene de to Embeder.

Ad cardinalem Senagaliensem. Cum vacaret dudum prepositura *(Aarsberetn. fra Geh. Arch. I, 43; Reg. *9590; Dipl. Norv. XVII, 1143—44). Uden Dato.*

»Kong Hans's Brevbog« (R. A.).

4224. 15. Marts 1511.

Præsten Marquardus Lanckholt fra Lübeck faar et evigt Vikariat i Slesvig Domkirke.

Perpetua[1]) sine cura vicaria ad altare b. Marie Magdalene situm in ecclesia cathedrali Slesvicensi alias per liberam resignationem † cuiusdam Johannis Lupi vacante, de eadem fuit Marquardo Lanckholt presbitero Lubicensi per episcopum Slesvicensem ordinaria auctoritate provisum, possessione subsecuta. Cum autem dictus Marquardus dubitet dictam provisionem et omnia inde secuta viribus non subsistere, supplicat igitur, quatenus sibi de dicta vicaria [fructus 4 mr.] in forma nove provisionis, gratie [etc.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. P. cardinalis Anconitanus. Et quod liceat oratori fateri quamcunque collationem, presentationem seu aliam dispositionem et possessionem forsan non habitam cum perceptione fructuum. Datum Ravenne id. martii anno 8.

Suppl. 1354 fol. 144.

4225. 26. Marts 1511.

Ærkepræsten og Kannikerne i Oslo, der fører Proces med deres Biskop (Anders Mus) i Anledning af hans Overgreb og Krænkelser af deres Privilegier, faar tilstaaet Fritagelse for hans Overhøjhed for den Tid, Processen varer.

Cum archipresbiter et capitulum ac canonici ecclesie Asloensis *(Dipl. Norv. XVII, 697—99).* Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii. Et per breve s. v., dumtaxat . . . . ad biennium predictum computandum a legitima introductione litis. Datum Cervie 7. kal. aprilis anno 8.

Suppl. 1354 fol. 18 v.

---

[1]) Cod. Cum perpetua

4226. **3. Maj 1511.**

Kjeld Nielsen faar Kanonikat og Præbende i Slesvig.

Alias certis canonicatu et prebenda ecclesie Slesvicensis per obitum Nicolai de Alevelp (!) vacantibus, Ketillus Nicolai canonicatum et prebendam huiusmodi ordinaria auctoritate sibi collatas assecutus extitit, possessione subsecuta. Cum autem dubitet collationem et provisionem huiusmodi ac quecumque inde secuta viribus non subsistere dictosque canonicatum et prebendam [adhuc forsan vacare, supplicat dictus orator, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda][1]) [fructus 4 mr.] in forma † nove provisionis, gratie [etc.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii. Datum Bononie 5. non. maji anno 8.

Suppl. 1360 fol. 151 (= 131).

4227. **5. Maj 1511.**

Peder Brandt faar ny Provision paa Sognekirken i Bünsdorf i Slesvig Stift mod at betale sin Formand i Embedet Mads Rollingk en aarlig Pension.

Alias parrochiali ecclesia in Boistorp Slesvicensis diocesis, que de jure patronatus regis Dacie et ducis Olzatie pro tempore existentium existit, per liberam resignationem Mathei Rollingk de illa, quam tunc obtinebat, in manibus ordinarii loci factam et per eundem ordinarium ordinaria auctoritate admissam vacante, dictus ordinarius ecclesiam predictam Petro Bran dicte ecclesie rectori de consensu modernorum regis Dacie et ducis Olzatie vel alicuius eorum in turno presentandi existentis auctoritate predicta contulit et de illa etiam providit, possessione subsecuta, ac dicto Matheo pensionem annuam 14 mr. Lubicensium super fructibus eiusdem ecclesie sibi, quoad viveret, sub certis modo et forma tunc expressis persolvendam eadem auctoritate reservavit, et deinde pensio ipsa de consensu eorundem oratorum per certos arbitros ab [ɔ: ad] hoc electos ad 10 mr. similes reducta existit. Cum autem dictus Petrus orator dubitet collationem et provisionem predictas viribus non subsistere, et a nonnullis etiam de viribus reservationis pensionis huiusmodi hexitetur (!), supplicant dicti oratores, quatenus de dicta ecclesia [fructus 4 mr.] eidem Petro in forma nove provisionis, gratie [etc.] providere ac dicto Matheo, ne ex resignatione predicta nimium dispendium patiatur, pensionem annuam 10 mr. Lubi-

[1]) Hul i Cod.

censium, 5 duc. auri de camera vel circa constituentium, super fructibus dicte ecclesie, sibi, quoad vixerit, vel procuratori suo legitimo per dictum Petrum, cuius ad hoc expressus accedit assensus, et successores suos annis singulis in loco et terminis in litteris de partium consensu statuendis sub censuris et penis in talibus apponi solitis integre persolvendam, reservare dignemini. Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii. Datum Bononie 3. non. maji anno 8.

Suppl. 1356 fol. 221.

4228. **[16. Maj 1511.]**

De mod Paven oprørske Kardinaler opfordrer til Deltagelse i Konciliet i Pisa, der skal aabnes 1. Sept. 1511.

Nogre cardinaler hafve paa theris egne vegne oc paa sex andre cardinalers vegne met theris fulde mact och fore andre theris tilhengere, och som them tilhenge vele, fore notariis och vitne giort en protestatz udi thenne mening, at eftherthi the anse oc formerke, hvor stor nyttelighet almindige concilia giøre udi cristendommen, och hvor stor skade cristendommen ledit hafver thi, at svodanne concilia forsømes, och thesligeste then store nød, som nu trenger at forsamle almindigt concilium fore frid at giøre eblandt cristne mendiske oc krig at stadfeste emod ukristne, sameledis at reformere menige kirkens stadt, oc eftherthi at nu ære 10 aar forledne efther thet siste concilium, och paven hafver thet forsømet svo lang tid emod then ed, han svor then tid, han blef pave, at han efther tvo aar af then tid regerendis concilium holde skulle, vele cardinalere, som paven udi svodan forsømelse icke tilhenge, svodant concilium forsamle; therfore paa menige cardinalers collegii vegne oc serdelis paa theris egne oc the cardinalers vegne, som the fuldmact af hafve, oc paa andre cardinalers oc prelaters vegne, som them tilhenge oc tilhenge vele, oc met romske konings oc konings af Franckerige procuratoribus forsamle the oc tilhobekalle the almindigt concilium, stande skullendis udi Pisa kal. sept., uden svo sker, at thet af theris samtøcke, som udi samme concilio forsamles skulle, nogen anden stets nøtteligen holdis kan, hvorfore bethe the oc raade vor helligste fader paven, at han for forskrefne sager vil samtøcke samme forsamling oc then personligen eller met hans bud hedre oc stadfeste; thesligeste tilhobekalle the oc tilsige verdigste fædre, hellige Romerskirkis cardinaler, patriarker, ærkebiscoper, biscoper, koninger, førster, menigheder, col-

legier, universitates oc alle andre, som udi almindigt concilio mact hafve at raade oc dømme oc thertil pleie oc bør at komme, at the thet selfve personligen besøge eller oc sende dit theris fuldmectige bud, om the selfve icke komme kunne paa forskrefne tid oc stæd, oc at the fli thet svo, at samme concilium vorder frit oc trygt at besøge; therfore bethe the och vor helligste fader paven, at han vil verdis til at afholde seg af nogre stycker, som forskrefne forsamling mest hindre kunne, først at han ei giør ny cardinaler, oc at thet ei openbaris, om han nogre ny cardinaler giort hafver, och han ei skal procedere emod cardinaler, prelater eller andre personer, som samme concilium besøge vele eller oc thet tilburligen samtøcke, oc at han ei hindrer samme concilium i nogre mode, och at han ei afhender Rommerkirke[ns] len och jord, och protestere the, at om vor helligste fader paven noget af forskrefne støcker giørendis vorte, thet [ɔ: tha] skal thet være som inkthet och mactløst, uden thet skede udi forskrefne almindigt concilio; hvor anderledis sker, thaa vele the, at thet skal udi forskrefne concilio mactløst dømes; therudofver bethe the cardinaler, prelater, førster oc andre, at the met tilburlig gunst vele thenne theris gode mening samtøcke och afholde them af alt hinder, forfang oc forbud emod the, som til forskrefne concilium komme vele, oc af al kirkens forfølning, som fore then skyld sker. Giør nogen anderledis, thaa skal thet være mactløst, oc eftherthi at ei er trygt at giøre thenne protestationem fore vor helligste fader paven, som hellige Romerkirkis cardinaler udi fengsel holdt oc truide, hafve the ladit henne opslaa paa Mutinensis, Regiensis oc Parmensis kirkedørre, formodendis, thet icke at blifve vor helligste fader paven oc andre cardinaler uvitherlict, thet svo openbarligen forkyndis. *Uden Dato.*

Forkortet Gengivelse i »Diverse gejstlige Sager« (R. A.) efter tabt Orig. (trykt i Raynaldus, Annales ecclesie XI, 570—72). L. Dipl.

4229. **29. Maj 1511.**

Klerken Niels Velcken fra Roskilde Stift, Sognepræst i Holbæk (?), som havde faaet Dispensation til ikke at lade sig indvie til de gejstlige Grader i to Aar, faar Fristen forlænget med yderligere to Aar.

Dudum s. v. cum Nicolao Velcken clerico Roskildensis diocesis, ut ratione quorumcunque beneficiorum curatorum per eum obtentorum et in posterum obtinendorum usque ad biennium a fine anni a jure sibi concessi computandum ad aliquem

ex sacris ordinibus promoveri non teneretur, dispensavit, prout in litteris apostolicis in forma brevis desuper confectis plenius continetur. Cum autem dictus Nicolaus non speret infra biennium predictum, in quo adhuc existit, ad huiusmodi ordines se commode promoveri facere posse, supplicat igitur parrochialem ecclesiam ville Halben inter alia obtinens, quatenus biennium predictum ad aliud biennium a fine dicti primi biennii computandum prorogare dignemini. Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii. Et per breve s. v. attenta materia. Datum Arimini 4. kal. junii anno 8.

Suppl. 1356 fol. 261.

4230. **18. Juli 1511.**

Paven imødegaar Kardinalernes Beskyldninger (Nr. 4228), erklærer det af dem sammenkaldte Koncilium for ulovligt og sammenkalder selv et Koncilium i Rom.

Thette er meningen af vor helligste faders pavens bulle, som utskrefven ær om almindigt concilio.

Først gifver han til kende, at eftherthi at han af Guds forsiun oc skickelse ær tilskicket at forestande thene hellige Romerekirke, som ær alle kirkers oc cristne mendiskes moder, helliggiort met hellige martirers blod oc udi en sand tro foruthen al vildfarelse, thaa hafver han thet ytherste, han kan, afvort atskillelse oc tvedract, som kirken oc cristne mendiske kunne forskæme oc forstyrre.

Fremdelis fortellier han, hvorledis at han (ikke foruthen stor sorg oc bekumerlse) forefoer, at nogre hellige Romeres kirkes cardinaler sagde them at vele drage met hannem til Bononiam then tid, han gaf seg dit personligen Bononiam igen at fange, oc gafve svo samme cardinaler them indtil Florentiam oc thenne tid, at vor hellige fader paven lod met syn skrifvelse oc thesligeste met bispen af [Concordia] kalle them igien, thaa sagde the them at vele komme til Bononiam, oc gafve them fremdeles fran hannem indtil Papiam; nogen tid therefter betenkte the them selfve, betvungne af theris egen conscientia, oc begerede formiddelst nogre konningers sendebuds bøn at mue igien komme til vor helligste fader paven, bethende nade fore thet, at the hannem svo forladet hafde, hvilket han them velvilligen unthe, men the therefther, som burde at være hos paven som raadgifvere oc icke gifve them fran hannem uden hans lof, doch hafve the, ligervis som Lucifer vilde være udi hemelen

lige ved Vorherre, tiltagit them selfve pavelig mact oc begynte uden pavens mact menigt concilium tilsammen at kalle oc thette til forskrefne tid och sted oc lade thet opslaa paa kirkedørene och andre menige oc openbare steder, forskrifvendis ther eblandt andre cardinaler at være met them i stalbroderskab, hvilke doch met theris egen handskrift protesteret hafve, them aldrig at hafve værit met them udi thet raad eller thet i nogre mode at samtøkt [hafve]. Fremdelis hafve the cardinaler, som samme concilium forskrefve, fordristet them til at kalle oc forskrifve paven oc andre cardinaler at komme til theris concilium, tagendis til orsag, at thet ær mere æn 10 aar, siden concilium holdet vort, oc at efther pavens forsømelse skulde de cardinaler, som icke hannem i samme forsømelse tilhengendis ære, mact hafve co[ncilium at sammenkalde, oc] paa thet at svodane theris concilium, som fors[krefvit staar, skulle] fange mact, bestillethe the, at samme concilium forkyndedis af nogre, som sagdes at være Romerkonges oc kongen af Frankeriges procuratores, hvilket doch skelligen tros, at foruthen forskrefne konningers velie sked ær.

Ther efther forklarer vor helligste fader paven, hvorledis at then mening, forskrefne cardinaler emod hannem hafve foregifvit, icke kommer af nogen god eller gudelig act, men mere af had oc uvenskab, hvilket han oc kundgiør alle førster oc cristne mendiske oc orsager sig, at han ei hafver værit forsømelig at holde concilium, hvilken hans orsage theraf klarligen formerkis kan, at udi the siste 11 aar, then tid han var cardinaler, var hannem ingen ting mere til hierte, æn han motte se holdes concilium oc Romerekirkes staet reformeris til thet beste, oc led han therfore stor tvang oc nød, hvilket cristne førster vitherlict oc openbar ær oc serdelis them, som hannem oc Romerkirkes cardinaler nu skylde, oc hafve forthi the cardinaler, them fran paven gifvit hafve, icke skellig sag at sige hannem at hafve forsømmet oc icke vele holle concilium, eftherthi at han altid h[afver] thet hardeligen oc icke foruthen sit lifs fare værit begerendis; vele oc samme cardinaler afsette then avend oc had, som the til paven hafve, oc acthe, hvorledis han lofvede oc svor at vele holle concilium, thaa mue the klarligen merke, at han thet af hans rette hierte giorde, oc hafver han thertil giort alt syn flit, siden han vort pave, oc paamynte alle førster, som theris sendebud hos hannom haft hafve, begerendis af them et almyndigt concilium at holdis skulle oc menige forsamling

ske emod Turker, och therpaa lagde vor helligste fader paven i the første 2 aar, efther han vort pave, al vind oc flit at forene cristne førster udi then mening, at concilium endrectheligen holdes motte; hvat skulle eller kunne han ythermere giøre kirken til fred, æn han giort hafver, oc ved vel then cardinal, som nu emod paven ær oc holder seg fore høfvitsman concilium at forskrifve, hvat han hafde udi befalning af vor hellige fader paven, then tid han var af hannom skicket til then romerske koning oc ofver alt Tysland; vilde han thet openbare hans metbrødre, som nu met hannom ære, oc vilde frembære then befalning, han thaa af paven [fik] . . .[1])

Oc therfore ær klart oc openbare, thet concilium, som samme cardinaler forskrefvit hafve, ær uskelligt, falst oc umueligt. Oc ær thet hverken pavens eller cardinalers skyld, at menigt concilium icke holdet ær, thi thet hafver været forhindrit af then uløksalighet, som udi hans forfaders Alexanders tid begynte at plave oc ennu plaver Valland, oc hafver oc paven været behindret met igen fange Rommerkirkens land oc rettighet, oc eftherthi at han af alt hans opsat hafver altid været redebon oc flitig til at holde concilium, motte oc burde the cardinaler, som emod hannem ære, at afsette thet mishof, the therudi hafve, oc icke svo uretteligen skylde paven oc theris brødere Romerekirkes cardinaler.

Er them ocsvo hordeligen til hierte, at the vele være hofvit oc foremend til almindigt concilium, thaa skulle the lære oc forfare, hvat thertil behof gøris, oc nar the ofverse hellige fædres(!) Romers kirkes lofver, oc hvorledis gamel sed hafver værit svodane concilium at forskrifvis oc holde, thaa skulle the se, at svodane concilia hafve aldenest af romerske paver værit forskrefne oc forsamlede. Ære ther oc nogre concilia anderledis forskrefne, thaa ære the aldeles mactløsse blefne.

Item paa then skickelse, som giort vort in concilio Constantiensi, kan ingen skyld findis hos vor helligste fader paven, thi hun hafver icke været holden for hannem udi 80 aar, oc hafde hun været holden, thaa motte dog paven fore skellig orsag, som førre ær sagt, svodan skickelse ofvertræde oc icke holde.

Item om thet løfte oc æd, som paven giorde, svaris, at ændoch at han for skellig orsag motte svodan ed oc løfte bryde, doch hafver han thet icke giort, oc kan hannem ei skelligen

[1]) Hul.

ofver [bevisis, at han] thet ofvertraadt hafver eller hans budskaf, thi han hafver . . . .[1]) ebland findis . . . .[1])

Oc therfore met rette skulle the cardinaler, emod paven ære, aflade at klage oc kiære ofver paven oc andre cardinaler oc tillegge them nogen forsømelse, at concilium icke holdet ær, thi ther er ingen forsømelse paa ferde, oc var ther nogen forsømelse, thaa matte then meget mere tillegis samme cardinaler, som met Alexandro vare. Item om the skyldinger, the sige emod vor helligste fader paven met usandt oc sette them op emod hannem emod Guds bud oc sige them at være tilfelden mact concilium at forsamle, forundrer vor helligste fader paven met, at the svodant fremsette, thi at som sanctus Ignatius siger, the, som adskillelse giøre udi then hellige kirke, gifve them strax til svodan spot oc honligt ord, nar the tvifle paa theris sager, at the skulle dømes them emod; som the sige, at the skulle hafve mact at forsamle concilium, ther emod svaris, at vor helligste fader paven bør concilium at forskrifve oc forsamle, om æn svo være, at ther handles skulle om hans egne sager, oc vele forskrefne cardinaler læse, hvat in concilio Constantiensi giordis, af hvilket concilio the them mest fundere vele, thaa skulle the theraf ofvervindis ligervis som Jøder af theris egne bøger, oc skulle fundet, at en pave, som hed Johannes, samme concilium forskref oc forsamlede, endoch at thet om hans egne sager mest holdet vort.

Oc eftherthi at vor helligste fader paven ær redebon concilium at forsamle, ær thet nok vitherlict, at theris falske tunger hafve taled oc førd løgn oc usand emod hannom.

Fremdelis ær at acthe, hvorledis muelict kan være, at then menige hellige kirkis mact skulle tilfalde then minste part af cardinaler oc serdelis them, som seg af theris eigen skyld oc hogmodt opsette emod paven oc giøre atskillelse udi then hellige kirke oc af Guds hus udelukte ære.

Kan oc udi then forsamling, som the forskrefvet hafve, stort uskel formerkes oc serdelis om tiden, thi the hafve then skrefvit 3 monede oc 14 dage, oc ær then tid svo stacket, at samme concilium ther forinden ei vel kunne forkyndis ofver cristne land oc nationibus, oc var ei mueligt cristne førster, ærkebisper, biskoper oc andre merkelige men svo snarligen at forsamles, som megen tingest met them føre skulle, hvilket the

[1]) Hul.

icke umbære kunne, oc vore then tid et løbendis bud foretet ud at gange oc igien komme, ændoch at han ingen ting met sig at bære hafde. Vore thet svo, at inktet andet hinder vore paa ferde, thaa vore thet doch umueligt, at theris concilium udinden svo stackit tid holdis kunne.

Thesligeste findis ther uskelligt sted forskrefvit, thi at hvor concilium holdis skal, ther bør at være nøttig beleilighet oc trygt. Nu er thet ingen uvitherlict, at Pisa, som forskrefne cardinaler vilde holde concilium udi, hafver værit belagt i fiorten samfelde aar oc fore svodan krig vordet svo øde, at ther ære icke mange hus met hele vegge eller loft oc vegge tilsammenhengendis, oc kan forthi formerkis, hvat leilighet ther være kan at forsamlis udi svo forfalden by hellige Romer kirkes cardinaler, erkebisper, bisper, første, sendebude oc andere merkelige mend, oc hafver aldrig førre udi svadant sted værit forskrefvit menigt concilium, men hafver altid af vore forfædere værit forskrefvit udi store vide stæder . . . .[1]), ther som god luct ær oc letteligen kunne tilføris, hves . . . . . .[1]), hvilke støcker inktet findis udi Pisa.

Vore thet svo, at alle forskrefne støcker udi Pisa findis kunne, doch kan man icke tryggeligen komme dit fore svodan krig oc orlog, som ther paa ferde ær, som kristne første vitne skulle, af hvilke vor helligste fader paven hafver begerit, at the vilde giøre theris flit til, at svodan krig matte afstilles oc komme i dage, om en stadig frid ei muelig vore.

Oc eftherthi at nu klarligen kuntgiort ær, at for forskrefne oc andere openbare sager kan forskrefne concilium ei tryggeligen eller nytteligen holdes udi Pisa, oc thesligeste er tiden forskrefven for stacket oc ei lige ved then sedvanlige tid, som svodanne concilia forskrifvis pleie, oc the, som thet forskrefven hafve, hafve thertil ingen mact, oc hafde the thertil nogen mact hafd, thaa brugte the then icke, som burdis. Thaa achter oc besinder vor helligste fader paven, met hvor stor svarhet oc lang tid hans forfædre hafve udi theris conciliis afstillet ketteri oc adskillelse af then hellige kirke, dog hafve the thet icke aldeles kunne udslucke, thi at nogre af them intil thenne dag varit hafve oc ænnu varer. Oc paa thet at svodanne vilfarelse ei skal bedrøfve andere cristne mendiske, som lit lærde ære oc lidet forstaa, hafver vor helligste fader paven af pavelig mact efther

[1]) Hul.

hellige Romerkirkes cardinalers raad igenkallet mactløs oc tilindtidgiort then forsamling, som samme cardinaler met then romske kongis oc kongens af Frankerig procuratoribus forskrefvit hafve, oc thesligeste hafver han igenkallet alle puncte oc article, som samme theris bref indeholdenis ær, oc alt therefther følge kan, ligervis som thet her udi ord fran ord berørd var, thi at samme forsamling ær forskrefven af them, som thertil ingen mact hafve oc ei fore skellige sager oc paa ukvem tid oc stæd oc giort til ad atskillie then menige hellige kirkes samfund oc enighet.

Oc forbiuder vor helligste fader paven under band oc evig forbandelse oc under alle kirkens oc verdsens læns fortabelse, thesligeste under alle the pener, som af skrëfven log eller anderledis skicket ær ofver the, som forskæme oc atskillie then hellige kirke eller gifve thertil raad, gunst eller hielp, at ingen, ehvat stadt oc verdighet han udi skicket ær, paa kirkens eller verdsens vegne hemeligen eller openbar udi nogen mode skal tilhenge eller behielpelig være til then forsamling, som cardinalerne forskrefvit hafve; oc afløser han alle, ehvo the helst ære, andelige eller verdslige, af alt løfte, forplictinge, contracther oc ed, om nogre ær, som seg til forskrefne cardinaler i nogre mode bebundit hafver, svo the theraf skulle være fri oc afløste. Thesligeste skulle være under kirkens forbud alle stæder oc land, ehvort som thennom hender at komme, som thenne forsamling hafve forskrefvit, eller nogen, som them giør hielp, raad eller gunst.

Therefther gifver vor helligste fader paven til kende, at han acther at forfølge then gode act oc mening, han lang tid udi værit hafver, oc paa thet at alle gamle getteri (!), som mangestets udi cristendommen ære, oc atskillielse motte af then hellige kirke udskickis oc afleggis, oc bode kirkens oc verdsens staat oc seder motte reformeris til thet beste udi the mode, som therpaa bør af rette eller gamel sedvane at giøris skickelse oc reformation udi almindigt concilio. Oc paa thet at svodan krig oc orlog, som nu paa hender ær, matte stilles oc hver matte fange thet, hannem tilhører, och thesligeste paa thet at cristne mendiske matte thes redeligere forsamles emod ukristne igien at fange Jherusalem oc andre stæder, tha hafver vor helligste fader paven udi the hellige trefoldighets nafn af then alsommectigeste Guds oc sancti Peders oc sancti Pavels mact, af hellige Romers kirkes cardinalers raad oc samtøcke forskrefvit, tilsammen kallet

oc skicket oc met samme hans bref forskrifver, tilsammen kaller oc skicker almindigt concilium, at holdis udi Rom hos sancti Hans Lateranensis oc paagange mandagen nest efther søndagen Quasimodogeniti aar efther Guds byrd 1512, och kunne thertil ei lengere tid forskrifvis, thi vor helligste fader paven hafde then tid forskrefvit til kongen af Frankerige oc nogre andere førster, oc paa thet at the, som emod hannem ære, ei skulle hafve orsag at skylde hannem oc Romerkirkes cardinaler, kunne han then tid icke forlenge, oc biuder vor helligste fader paven under band alle andelige oc verdselige koninger, førster oc alle andere, som af rette eller gamel sedvane pleie at komme til almindigt concilium, at the Lateranense concilium, som nu forskrefvit ær, ænten personligen besøge eller oc hafve ther theris fuldmectige oratores eller sendebud ther at blifve, indtil samme concilium endt oc besluttit ær, uden svo vare, at the hafde skelligt hinder, hvarfore the thette vor helligste faders pavens bud ei holde kunne, oc thaa skulle the svodane hinder skelligen bevise.

Thesligeste raader oc bether paven then romske koning oc andere kristne konger oc førster, at the giøre theris flit til, at alle andelige oc verdslige udi theris land oc herredømme, som pleie af rette eller gamel sedvane at være in conciliis, sameledis oc nu besøge thette concilium Lateranense, uden the hafve skelligt hinder, oc at the afsette alt had oc met endrectige huf acthe oc besinde thet, som til Guds lof hører oc cristne mendiskes frid oc salighet.

Oc paa thet at the, som til svodane nyttelig oc loflige gerning komme skulle, ei skulle theraf forhindris oc tilbage dragis, gifver vor helligste fader paven alle the, som bør at være in conciliis oc nu til Lateranense concilium kommendis vorde, ehvat stadt oc verdighet the udi ære, andelige eller verdslige, fri leide oc tryghet fore theris personer, tiæner, oc hves the hafve met at fare, svo at the mue och skulle fri oc felge reise egenom stæder, land oc vatn, som Romerkirke undergifven ære, oc indtil samme Lateranense concilium ther fri, felige at være, thesligeste bort at drage oc igien at komme, hvor ofte them løster, emeden samme concilium holdis, oc 4 monede ther nest efther, oc lofver vor helligste fader paven seg at vele gifve serdelis leide til samme concilium alle the, then begerendis ære, oc them velvillige oc kierkeligen tractere.

Oc biuder han fremdelis under hans ugunst oc andere

pener, ehvilke hannem teckis at forfølge lade, alle hans folk, vepnere, reisiger, fodgangere oc the, som hans slot, stæder oc landt regere, oc theris stadholdere, embitsmend oc lænsmen, at the svodane hans leide udi ingen mode bryde skulle, men skulle tilstede them, som Lateranense concilium besøgendis vorde, fri, ubehindret oc tryggelige at reise frem och tilbage igien, paa thet at svo nyttelige oc loflige gerning ei skulle [hindris]. *Uden Dato.*

Forkortet Uddrag (Koncept med Rettelser) i Diverse gejstlige Sager (R. A.) efter tabt Orig. (trykt Raynaldus, Ann. eccl. XI, 573—78). Er sammen med Nr. 4228 tilsendt Kong Hans af en jydsk Biskop. L. Dipl.

4231. **2. Aug. 1511.**

Paven giver Magister Claus Daa, som har et evigt Vikariat i Odense, Dispensation til dermed at forene et andet Embede.

Nicolao Daa perpetuo vicario in ecclesia Ottoniensi, magistro in artibus. Nobilitas generis, litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos, volentes te, qui de nobili genere ex utroque parente procreatus existis et perpetuam vicariam in ecclesia Ottoniensi inter alia obtines, favore prosequi gratioso, tecum, ut una cum dicta vicaria quodcunque aliud et sine illis quecunque duo alia sub uno et eodem tecto consistentia alias † tamen † se invicem compatientia beneficia, si tibi alias canonice conferantur, recipere et insimul, quoad vixeris, retinere libere valeas, tenore presentium dispensamus. Datum Maliani Portuensis diocesis 4. non. aug. anno 8.

M. XXX. de Campania.
Reg. Lat. 1250 fol. 205.

4232. **11. Aug. 1511.**

Klerken Johan Wulf fra Bremen Stift faar et evigt Vikariat i Ribe Domkirke (jfr. Nr. 4236).

Supplicat Johannes Wulf clericus Bremensis diocesis, quatenus sibi de perpetua curata vicaria seu parrochiali in cathedrali ecclesia Ripensi sita, per obitum Lamberti Starern vacante, [fructus 4 mr.], providere in forma simplicis provisionis, surrogationis, si neutri [etc.] dignemini. Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii. Et cum oportuna gratificatione pro dicto oratore, si opus fuerit. Datum Rome 3. id. aug. anno 8.

Suppl. 1360 fol. 284 v (= 264 v).

4233. **12. Aug. 1511.**

Klerken Johannes Schuldorp fra Bremen Stift faar et evigt Kapellani i Ribe Domkirke med Sognekirken i Farup.

Supplicat Johannes Schuldorp clericus Bremensis diocesis, Sixti tituli s. Petri ad Vincula presbiteri cardinalis vicecancellarii familiaris continuus commensalis, quatenus sibi de perpetua cappellania sub turri cathedralis ecclesie Ripensis sita, cui cura imminet animarum, una cum ecclesia parrochiali, Fardorpp nuncupata, que dicte vicarie perpetuis temporibus incorporata existit, per obitum Lamberti Sterken vacanti [fructus 6 mr.], in forma surrogationis etiam quoad possessionem etc. gratie [etc.] cum gratificatione oportuna, quatenus illi locus sit, providere dignemini. Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii. Datum Rome pridie id. aug. anno 8.

Suppl. 1360 fol. 295.

4234. **2. Sept. 1511.**

Paven befaler Kannikerne Andreas Vives fra Barcelona og Zutfeld Wardenberg fra Schwerin Stift samt Officialen i Ribe at overdrage Klerken Jens Sørensen fra Ribe Provstiet i Thyholm.

Andree Viues Barchinonensis et Zutpheldo Wardenberch Zwerinensis ecclesiarum canonicis ac officiali Ripensi. Vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque prepositura ruralis in Thurholm Burglanensis diocesis, quam quondam Wilhardus Frijs obtinebat, per obitum eiusdem Wilhardi vacet ad presens, nos discretioni vestre mandamus, quatenus vos, si per diligentem examinationem Johannem Severini clericum Ripensis diocesis ad hoc idoneum esse reperietis, preposituram predictam [cuius et illi annexorum fructus 8 mr.][1]) eidem Johanni Seuerini auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome 4. non. sept. anno 8.

M. XX. id. sept. anno 9. de Campania.

Reg. Lat. 1268 fol. 372; ogsaa (II) Supplik (Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii) i Suppl. 1363 fol. 182 og 281 v.

4235. **2. Sept. 1511.**

Paven befaler Kantoren i Roskilde at overdrage Klerken Jens Sørensen fra Ribe Stift Provstiet i Thyholm.

---

[1]) II: fructus 6 mr.

Cantori ecclesie Roskildensis. Dignum [etc.]. Cum itaque prepositura ruralis in Tyroholm Burglanensis diocesis [*etc. som forrige Brev*][1]). Datum Rome 4. non. sept. anno 8.

Phi. XX. 9. kal. jan. anno 9. de Senis.
Reg. Lat. 1259 fol. 50.

4236. 6. Sept. 1511.

Klerken Johan Wulf fra Slesvig Stift faar Kanonikat og Præbende og et evigt Vikariat (med Anneks i Farup) i Ribe Domkirke (jfr. Nr. 4232).

Supplicat Johannes Wulff clericus Slesvicensis diocesis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Ripensis ac parrochiali ecclesia in dicta cathedrali Ripensi ad altare parrochie ibidem et perpetua sine cura vicaria in eadem ecclesia sub turri ad altare s. Andree apostoli cum sua parrochiali annexa, Ffarderupp nuncupata, extra civitatem Ripensem, per obitum Lamberti Stercke vacantibus [fructus cuiusque 4 mr.], providere necnon cum dicto oratore, ut canonicatum et prebendam ac vicariam una cum parrochialibus et annexis huiusmodi insimul sub eodem tecto recipere et, quoad vixerit, [retinere] libere possit, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii. Et per viam simplicis, nove provisionis, si nulli [etc.]. Et quod fructuum augendo vel minuendo usque ad 24 fl. auri de camera maior et verior specificatio fieri possit in litteris. Datum Rome 8. id. sept. anno 8.

Suppl. 1362 fol. 87.

4237. 6. Sept. 1511.

Klerken Jens Tetze fra Roskilde Stift faar Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Supplicat Johannes Tetze clericus Roskildensis diocesis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Roskildensis, per obitum Nicolai Daci [ɔ: Daa] vacantibus [fructus 4 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii. Et per viam simplicis provisionis, si nulli [etc.]. Et quod fructuum augendo vel minuendo usque ad 24 fl. auri de camera maior et verior specificatio fieri possit. Datum Rome 8. id. sept. anno 8.

Suppl. 1362 fol. 87 v.

---

[1]) fructus 4 mr.

4238. **18. Sept. 1511.**

Magister Andreas Buel fra Würzburg Stift faar Kanonikat og Præbende i Ribe [og Provstiet i Thyholm i?] Børglum Stift.

Supplicat Andreas Buel clericus Herbipolensis diocesis, in artibus magister, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Ripensis [et de prepositura rurali in Thyholm?] Burglanensis diocesis, per obitum Willibaldi Frise vacantibus [fructus 4 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii. Datum Rome 14. kal. oct. anno 8.

Suppl. 1362 fol. 203 v.

4239. **23. Sept. 1511.**

Underdiakonen Peder Popsen fra Slesvig Stift og Sognepræsten Marianus de Antonio de Castilione fra Milano Stift faar Dispensation til at lade sig indvie til de højere Grader af en Biskop ved Kurien.

Cum Petrus Popsz subdiaconus Slesvicensis diocesis, perpetuus cappellanus cappellanie b. Marie virginis, nova (!) cappella (!) vocata (!), dicte diocesis et Marianus de Antonio de Castilione accolitus, rector parrochialis ecclesie de Vidano Mediolanensis diocesis, zelo devotionis accensi cupiant ad omnes, etiam sacros et presbiteratus, ordines promoveri et in illis altissimo famulari, supplicant igitur, quatenus secum [ɔ: sibi], ut a quocumque catholico antistite in Romana curia residenti, quem duxerint eligendum, aliquibus tribus dominicis vel festivis diebus, etiam extra tempora a jure statuta, ad omnes, etiam sacros et presbiteratus, ordines se promoveri facere possint, ipsi antistiti conferendi et oratoribus prefatis recipiendi licentiam concedere dignemini. Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii. Et pro arctata ratione dictorum beneficiorum, et quod examinentur in camera apostolica, in qua teneantur docere de dicta arctatione. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Datum Rome 9. kal. oct. anno 8.

Suppl. 1362 fol. 285 v.

4240. **22. Okt. 1511.**

Klerken Niels Friis fra Ribe Stift faar Provstiet i Thyholm i Børglum Stift og Dispensation til dermed og med Sognekirken i Selde i Viborg Stift at forene Besiddelsen af et tredie, ellers dermed uforeneligt Embede.

Supplicat Nicolaus Friis clericus Ripensis vel alterius diocesis seu civitatis, de nobili et militari genere ex utroque parente procreatus, quatenus sibi de prepositura rurali in Turholin Burglanensis diocesis [cuius et illi annexe fructus 6 mr.], per

obitum Vilhadi Friis vacanti, providere secumque, ut una cum parrochiali ecclesia in Selde et illi annexa Vibergensis diocesis, quam dictus orator obtinet, dictam prepolituram ac quodcunque tertium seu sine illis vel ipsis dimissis quecunque tria curata seu alias invicem incompatibilia secularia aut cum uno vel duobus ex eis unum cuiusvis, etiam Cluniacensis, Cisterciensis, Premonstratensis vel Grandimontanensis ordinum, regulare beneficia, si sibi alias canonice conferantur etc., recipere et secularia in titulum, regulare vero beneficia huiusmodi in commendam etc., ita quod de illorum fructibus etc. disponere etc. . ., alienatione tamen interdicta etc., cum clausula permutandi et commende cedendi totiens quotiens etc., dummodo inter dicta tria incompatibilia dumtaxat due sint parrochiales ecclesie etc., quoad vixerit, retinere libere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii. Et cum clausula de speciali et de duabus parrochialibus ecclesiis etc. ad vitam etc. Datum Rome 11. kal. nov. anno 8.

Suppl. 1364 fol. 124 v.

4241. **22. Okt. 1511.**

Paven befaler Biskoppen i Girgenti, Provsten i Børglum og Ærkedegnen i Ribe at overdrage Provstiet i Thyholm til Klerken Niels Friis fra Ribe Stift.

Episcopo Agrigentino et preposito Burglanensis ac archidiacono Ripensis ecclesiarum. Nobilitas generis, vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque prepositura ruralis Turholin Burglanensis diocesis, quam Wilhadus Frijs obtinebat, per obitum eiusdem Wilhadi vacet, nos, volentes Nicolao Frijs clerico Ripensis diocesis, qui de nobili et militari genere ex utroque parente procreatus existit, gratiam facere specialem, discretioni vestre mandamus, quatenus preposituram predictam [cuius et illi annexorum fructus 6 mr.] eidem Nicolao auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome 11. kal. nov. anno 8.

C. XX. id. nov. anno 8. Barotinus.
Reg. Lat. 1258 fol. 322.

4242. **31. Okt. (14. Nov.) 1511.**

Klerken Rotgerus Hus fra Bremen Stift faar evige Vikariater i Flensborg og Itzehoe (i Brevet af 14. Nov. tillige et Vikariat i Lüneburg).

Cum perpetua vicaria ad altare s. Johannis situm in parrochiali ecclesia s. Nicolai opidi Flensborch Slesvicensis diocesis, que de jure patronatus laicorum existit, vacet ad presens et

tanto tempore vacaverit, quod eius collatio juxta Lateranensis statuta concilii est ad sedem apostolicam legitime devoluta, ac quedam alia etiam perpetua vicaria ad altare s. Crucis situm in parrochiali ecclesia s. Laurentii, in qua etiam monasterium monialium ordinis s. Benedicti existit, opidi Itzeho Bremensis diocesis, per obitum Michaelis Nubis[1]) vacent ad presens, supplicat Rotgerus Huesz clericus Bremensis diocesis, Francisci tituli duodecim apostolorum presbiteri cardinalis familiaris[2]) continuus commensalis, quatenus sibi dictas vicarias[3]) [fructus insimul 4 mr.[4])], sive ut premittitur sive per liberas cuiusdam Jasparis Kack[5]) in personam quondam Aurelii Moller[6]) de dicta vicaria s. Johannis et de alia prefata quondam Michaelis aut quorumvis [aliorum] resignationes vacent, eidem oratori conferre et de eisdem sibi providere dignemini. Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii. Et cum derogatione regule de annali possessore, si opus sit, ac constitutionis Bonifacii etiam de duabus dietis, dummodo non ultra tres, extendenda[7]). Et quod in litteris, an dictus orator familiaris dicti cardinalis vel alicuius alterius et tunc de eiusdem cardinalis vel alicuius consensu seu nullius fuerit, exprimi possit. Datum Rome pridie kal. nov. anno 8.

Suppl. 1364 fol. 250 og (II) 1366 fol. 81.

4243. **4. Nov. 1511.**

Paven befaler sin Auditør Laurentius Campegius at overdrage Klerken Henricus Honell fra Hildesheim Stift et evigt Vikariat i Eutin, som han havde ført Proces om med Klerken Ditlev Sehested (fra Slesvig Stift).

Magistro Laurentio Campegio capellano nostro et causarum palatii [apostolici] auditori. Vite ac morum honestas [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Henrici Honell clerici Hilde[se]miensis diocesis petitio continebat, quod, orta dudum inter eum et Detleuum Zestede, qui se gerit [pro] clerico, super perpetua vicaria ad altare ss. Marcelli et Marcellini situm in eccle-

---

[1]) II: Wubis necnon perpetuum beneficium, in illis partibus commenda nuncupata, ad altare ss. Cosme et Damiani etiam in parrochiali ecclesia s. Johannis baptiste opidi Luneborch Verdensis diocesis per obitum Joachimi Bars vacent

[2]) II: s. v. familiaris [3]) II: et commendam [4]) II: 5 mr.

[5]) II: Kragh [6]) II: Nicolai Brandes

[7]) II: Et cum clausula gratificationis in eventum concurrentie vel paritatis, quatenus opus sit. Datum Civitatis Vetule Viterbiensis diocesis 18. kal. dec. anno 8.

sia s. Michael Uthinensi Lubicensis diocesis, que de jure patronatus laicorum existit, et ad quam tunc vacantem Henricus se per nobilem virum Nicolaum de Breden dominum temporalem loci Tomchenkel Bremensis diocesis, asserentem se verum dicte vicarie patronum ac in pacifica possessione vel quasi [juris][1]) presentandi personam idoneam ad vicariam huiusmodi existere, bone memorie Wilhelmo episcopo Lubicensi infra tempus legittimum presentatum fuisse dictumque Detleuum presentationi huiusmodi ad illam dicti Henrici et[2]) in huiusmodi vicaria institutioni contra justitiam se oposuisse impedivisseque, quominus presentatio huiusmodi suum debitum consequeretur effectum, ac in dicta vicaria se intrusisse illamque detinuisse et detinere indebite occupatam, Detlenus vero prefati vicariam predictam ad se de jure spectare asserebant, materia questionis, nos causam huiusmodi, non obstante, quod ad dictam curiam legittime devoluta et apud eam de juris necessitate tractanda et finienda non esset, tibi ad dicti Henrici instantiam audiendam commisimus et fine debito terminandam, tuque in ea ad nonnullos actus, citra tamen conclusionem, diceris processisse. Cum autem . . . . a nonnullis asseratur presentationem dicti Henrici minus canonicam fore et dicto Detleno in vicaria predicta jus non competere, nos, prefato Henrico specialem gratiam facere volentes, discretioni tue mandamus, quatenus, si per eventum litis huiusmodi tibi presentationem eiusdem Henrici minus canonicam existere ac dicto Detleno in vicaria jus non competere constiterit, vicariam predictam, que sine cura est [fructus 24 duc. auri de camera] . . ., etiam si ipsa vicaria dispositioni apostolice specialiter vel, si de jure patronatus huiusmodi non existat, ex eo, quod quondam Johannes Brede, olim illam obtinens seu in ea . . . jus habens, in officio registri supplicationum palatii apostolici clericus ac Sixti pape IIII familiaris continuus commensalis fuit, generaliter reservata existat . . ., eidem Henrico auctoritate nostra conferas. . . . Datum Rome pridie non. nov. anno 8.

Gratis pro deo. P. Delius.
Reg. Vat. 975 fol. 113 v.

4244. **6. Nov. 1511.**

Optegnelse om, at Idzardus Gravius har indbetalt til det pavelige Kammer 1500 Dukater som Udbytte af sin Indsamling i Norden.

---

[1]) add. Gz. [2]) Gz. — Cod. et ad illam dicti Henrici in

[1511] Die 6. novembris habuit [Orlandus de Ruvere electus Nazarenus, generalis sanctissimi domini nostri thesaurarius, per manus spectabilium virorum Vincentii et Sebastiani Sauli pecuniarum camere apostolice depositariorum] duc. 1500 auri de camera a Jacobo de Fucaris et sociis mercatoribus Theutonicis, quos solvunt virtute certarum litterarum suorum corrispondentium de Norimmberg factarum in dicto loco sub die 21. julii pro totidem, quos habuerunt a Bocardo Vigerinck nomine Idardi Grif collectoris indulgentiarum s. Petri ad bonum computum dicte collectorie per manus thesaurarii generalis. fl. 1500.

Introitus et Exitus 549 fol. 61. Trykt Dipl. Norv. XVII, 1144.

14. Nov. 1511.

Supplik se Nr. 4242 (31. Okt. 1511).

4245. 16. Nov. 1511.

Junkerne Wolfgang og Henrik Pogwisch fra Slesvig og Odense Stifter faar det overdraget til nogle »probi viri in partibus« at afgøre en Proces mellem Anna Ratlou og Ermgaard, Enke efter Sigfrid Ratlou, om en Gaard (Herregaarden Lensahn) i Lübeck Stift, hvorom de tidligere havde ført Proces baade for Kong Hans's og for Kejser Maximilians Domstol.

Exponitur pro parte nobilium virorum Wolfgangi et Henrici Poggwisk domicellorum Slesvicensis et Ottoniensis diocesium, quod, cum alias Sifridus et Enneke de Rotloro (!) fratres laici, tunc in humanis agentes, pro tutoribus Anne, etiam de Rotloro (!), mulieris tunc in pupillari etate constitute, tamquam illius proximiores consanguinei se gerentes, iidem tutores inter se colludentes prefatus Eneke dicto Sifrido contutori suo quandam curtem, Lensem nuncupatam, in diocesi Lubicensi consistentem, ad ipsam Annam pupillam ex successione paterna legitime spectante[m], cum attinentiis suis pro certa pecuniarum summa tunc expressa non parum infra justum pretium in magnam ipsius Anne lesionem vendidisset et alienasset, liceat [ɔ: licet] contra juris dispositionem et de facto, et deinde ipsa Anna maiore etate affecta Armigerdem relictam uxorem et quosdam liberos prefati Sifridi, interim vita functi, laicos Lubicensis diocesis, qui dictam curtem indebite occupabant, super ipsa curte ac restitutione adversus venditionem huiusmodi rebusque aliis tunc expressis coram Johanne Dacie etc. rege ac duce Holsacie, cum in ducatu Holsacie curtis et bona, super quibus agebatur, consisterent, et partes ipse vocarentur, judice super hoc competenti,

traxisset [et sententiam ab eo sibi favorabilem reportasset][1]), a quo pro parte eorundem occupatorum, illam iniquam esse falso asserentium, ad Maximilianum imperatorem, electum tunc regem Romanorum, fuit appellatum, [dicta Armigerdis][2]) super appellatione huiusmodi ab ipso Maximiliano ad bone memorie Conradum episcopum Monasteriensem litteras impetraverit; ipseque episcopus, postquam in causa huiusmodi ad nonnullos actus processerat, ab hac alma luce migravit; postmodum vero dicta Armigerdis falso suggerens certo tunc in illis partibus apostolice sedis legato, quod prefata Anna post appellationem predictam se in possessionem dictorum bonorum intrusisset temere et de facto attemptando, quodque idem Maximilianus propter obitum prefati Conradi episcopi causam huiusmodi eidem legato commisisset, idem legatus ad falsam suggestionem huiusmodi et sub pretextu, quod dicta Armigerdis vidua et miserabilis persona existeret, cum re vera sit dives et potens, ad eiusdem Armigerdis instantiam causam huiusmodi contra prefatam Annam et pretensos eius complices episcopo Monasteriensi eius[3]) proprio nomine non expresso audiendam, cognoscendam ac decidendam, perinde ac si illa a principio per s. v. aut eundem legatum ipsi episcopo commissa fuisset, per eius certi tenoris litteras de facto commisit, cum ad hoc ipse legatus facultatem non haberet saltem sufficientem, et non considerans ecclesiasticam et secularem jurisdictiones, cum disjuncte sint, realiter confundere sibi non licuisse neque potuisse de jure; et item Theodericus Schade decanus ecclesie Monasteriensis, cui Ericus modernus episcopus Monasteriensis pretextu litterarum legati huiusmodi vices suas commisisse dicebatur, dimisso principali negotio super pretensis acceptatis huiusmodi perperam procedens quandam sententiam promulgasse et dictos oratores tam quam prefate Anne in causa huiusmodi adherentes seu alias se prefate Armigerdi opponentes, quos non solum ultra duas, immo ultra sex dietas a fine sue diocesis evocaverat, licet ad hoc nullam facultatem haberet, censuris ecclesiasticis innodasse dicitur, quamvis nulliter et de facto et inique et injuste; a quibus cum dicti oratores se per Willonem Fresen prepositum ecclesie in Wesesel Ripensis diocesis, conservatorem seu subconservatorem privilegiorum terrarum Holsacie, Stormarnie et Slesvicensis incolis, de quorum numero dicti oratores existunt, de

[1]) add. Gz. [2]) Gz. — Cod. appellatum et super [3]) Cod. et eius

non evocando eos extra easdem terras a sede apostolica concessorum, certos eos [ɔ: certis iis] super hoc conservatoribus et judicibus deputatis, qui eos † adversus contradictores defenderent, ad cautelam, se absolvi obtinuissent, quia prefatus Theodericus decanus eosdem oratores ad videndum acta per prefatum prepositum in Wensesel tolli et annullari citavit et eos gravibus censuris innodare comminatus fuit, quamvis nulliter et de facto, ex causis antedictis pro parte prefatorum oratorum, sentientium exinde inter alia indebite se gravari, fuit [ad] sedem appellatum antedictam; sed idem decanus, appellatione huiusmodi non obstante, ipsos oratores in pretensas excommunicationis, aggravationis, reaggravationis et interdicti sententias [ac][1] censuras [incurrisse declaravit][1] et anfractus ac [ɔ: ad][1] certas parrochiales ecclesias tunc expressas pretenso interdicto ecclesiastico eis superposuit illudque strictissime servari mandavit, licet nulliter et inique, et de facto ac temere attemptando; supplicant igitur prefati oratores, . . quatenus . . aliquibus probis viris in partibus illis mandare dignemini, ut appellationis predicte ac post et contra illam attemptatorum et innovatorum quorumcunque nullitatumque et invaliditatum sententie, processus, censurarum, mandatorum, interdicti omniumque aliorum per eundem decanum et quoscunque alios judices et personas in ipsorum oratorum prejudicium circa premissa quomodolibet gestorum totiusque negotii pretensas huiusmodi causas . . audiant, cognoscant et decidant et terminent, facientes, quod decreverint, per censuram ecclesiasticam firmiter observari, cum potestate prefatam Armegerdem omnesque alios sua . . interesse putantes et in executione citationis presentium commissionum vigore decernende nominandos citandi, eisdem et dicto decano ac quibusvis aliis judicibus et personis, quibus inhibendum fuerit, etiam sub censuris etc. . . inhibendi dictos oratores et predicte litis consortes ab omnibus censuris, quibus premissorum occasione innodati existunt, simpliciter vel ad cautelam, prout visum fuerit, absolvendi et litem dictam huiusmodi relaxandi omniaque alia faciendi in premissis necessaria, non obstantibus premissis ac Bonifacii pape VIII de una et duabus dietis in concilio generali editis, dummodo non ultra tres, et aliis constitutionibus et ordinationibus, privilegiis quoque et indultis ac litteris apostolicis

[1]) add. Gz.

dicte Armigerdi vel quibusvis aliis . . concessis . . . ceterisque contrariis quibuscunque . . . Concessum in presentia pape. L. cardinalis Agennensis. Et per breve s. v. hac supplicatione introclusa. Et cum potestate, si quid de jure exequendum fuerit, exequendi. Datum Civitatis Vetule Viterbiensis diocesis 16. kal. dec. anno 8.

Suppl. 1365 fol. 274 v.

4246. **23. Nov. 1511.**

Paven giver Ærkedegnen Jakob Krumpen i Viborg Dispensation til sammen med dette Embede at besidde to andre ellers dermed uforenelige Embeder.

Jacobo Krumpenn archidiacono ecclesie Vibergensis. Nobilitas generis, vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos, te, qui de nobili genere ex utroque parente procreatus existis, et cum quo dudum, ut quecunque duo curata seu alias invicem incompatibilia beneficia, ... si tibi alias canonice conferrentur, ... recipere et insimul, quoad viveres, retinere illaque . . . dimittere ac loco dimissorum alia . . beneficia duo dumtaxat invicem incompatibilia similiter recipere et insimul, quoad viveres, retinere valeres, apostolica fuit auctoritate dispensatum, quique archidiaconatum ecclesie Vibergensis, qui inibi dignitas non tamen maior post pontificalem existit, inter alia obtines, gratioso favore prosequi volentes, . . . ac aliud curatum seu alias incompatibile, quod forsan ex dicta dispensatione, necnon omnia alia beneficia sine cura, que obtines, ac cum cura et sine cura, que expectas ac ad que jus tibi quomodolibet competit, quotcunque sint, pro expressis habentes, . . . tecum, ut una cum dicto archidiaconatu et alio forsan obtento seu quibusvis aliis duobus incompatibilibus beneficiis per te ex dicta dispensatione pro tempore obtentis quodcunque aliud tertium curatum seu alias incompatibile beneficium, ... si tibi alias canonice conferatur . . ., recipere et insimul, quoad vixeris, retinere illudque dimittere et loco dimissi aliud simile vel dissimile beneficium curatum seu alias incompatibile, dummodo inter ipsa tria incompatibilia plures quam due parrochiales ecclesie vel earum perpetue vicarie insimul non existant, similiter recipere et insimul, quoad vixeris, ut prefertur, retinere libere valeas, . . . auctoritate apostolica dispensamus . . . . . Datum Rome 9. kal. dec. anno 8.

LX.
Reg. Vat. 987 fol. 513 v.

4247. **23. Nov 1511.**

Ærkedegnen Jakob Krumpen i Viborg faar Provstiet i Thyholm med Sognekirken i Hvidbjerg og Dispensation til dermed at forene Besiddelsen af et tredie ellers dermed uforeneligt Embede.

Alias prepositura rurali in Tyrholm Burgaliensis (!) diocesis per obitum Wilhaldi Friis vacante, de illa Jacobus Eutonipius (!) archidiaconus ecclesie Vibergensis ordinaria auctoritate sibi provideri obtinuit, possessione forsan subsecuta. Cum autem dubitet provisionem huiusmodi . . viribus non subsistere, supplicat dictus orator, de nobili genere ex utroque parente procreatus, cum quo dudum, ut quecunque duo curata seu alias invicem incompatibilia beneficia tunc certo modo qualificata, si sibi alias canonice conferrentur etc., recipere et insimul, quoad viveret, retinere valeret, apostolica fuit auctoritate dispensatum, quatenus sibi . . de dicta prepositura [cuius et parrochialis ecclesie Huitbergh et aliorum ei annexorum fructus 6 mr.] in forma † vel nove provisionis, si neutri [etc.] providere . . . secumque, ut una cum archidiaconatu dicte ecclesie Vibergensis et prepositura seu duobus aliis incompatibilibus beneficiis predictis per eum ex dicta dispensatione propterea obtentis quodcunque aliud tertium curatum seu alias incompatibile beneficium, . . . si sibi alias canonice conferatur, . . recipere, et quoad vixerit, retinere libere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii. Et de parrochiali ecclesia etiam speciali ad vitam, dummodo inter ipsa tria non sint plures quam due parrochiales ecclesie seu earum perpetue vicarie, et cum clausula permutandi totiens quotiens . . . Datum Ostie 9. kal. dec. anno 8.

Suppl. 1366 fol. 68 v.

4248. **26. Nov. 1511.**

Ærkedegnen i Viborg, Magister Jakob Krumpen, faar Dispensation til ogsaa at have Provstiet i Thyholm i Børglum Stift eller, hvis han opgiver disse Embeder, to andre ellers uforenelige Embeder.

Nuper episcopus Burglanensis quandam preposituram ruralem loci in Tyrholensi Burglanensis diocesis, tunc per obitum Wilhadi Friis vacantem, Jacobo Krumpen, in artibus magistro et de nobili [et] militari genere ex utroque parente procreato, archidiacono in ecclesia cathedrali Vibergensi, sua auctoritate ordinaria contulit . ., possessione subsecuta. Dubitat autem orator collationem . . viribus non subsistere dictamque preposituram

adhuc vacare. Supplicat idem Jacobus orator prefatus, quatenus sibi de prepositura rurali predicta cum suis annexis, si que sint cum cura parrochiali et etiam jurisdictionali aut alia specificanda annexa existit [ɔ: -stant][1]) [cuius fructus 9 mr.], in forma nove aut etiam † provisionis, surrogationis, gratie [etc.] providere et, eundem Jacobum oratorem, quatenus secum sufficienter dispensatum non fuerit, specialibus favoribus prosequentes, secum, ut una cum dicto archidiaconatu dictam preposituram aut sine illa quodcumque aliud incompatibile beneficium vel absque illis quecumque duo beneficia curata seu alias in vicem incompatibilia, ... si alias sibi conferantur canonice, . . . recipere et insimul, quoad vixerit, retinere libere valeat, cum potestate permutandi totiens quotiens etc., dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii. Datum Rome 6. kal. dec. anno 9.

Suppl. 1368 fol. 11.

4249. 26. Nov. 1511.

Biskoppen og Kapitlet i Slesvig faar det overdraget til »probi viri in partibus« at bekræfte Overdragelsen af et Hus (curia), som hørte til Provstiet i Ejdersted, til Slesvigkanniken Anders Frederiksen (Feddersen), dog saaledes, at det efter hans Død skal falde tilbage til Provstiet.

Cum inter alia bona ad preposituram ruralem Eyderstedensem in ecclesia Slesvicensi pertinentia sit quedam domus, curia nuncupata, juxta cathedralem ecclesiam Slesvicensem existens valoris 100 duc. vel circa, dictaque curia propter longas lites super dicta prepositura et dicta domo sive curia conficiendas (?) in curia Romana inter Henricum Bode modernum prepositum et pacificum possessorem dicte prepositure et quosdam alios adversarios ac etiam propter antiquitatem dicte curie illa fuerit ex toto collapsa in tantum, quod, nisi Andreas Frederici canonicus eiusdem ecclesie Slesvicensis illam pro magna parte reparasset, profecto dicta domus, curia nuncupata, ex toto fuisset destituta et desolata et foret ad nullius valoris redacta, unde dictus Henricus modernus prepositus orator ac Gotscalcus modernus episcopus ac canonici et capitulum dicte ecclesie Slesvicensis dictam curiam de consensu eiusdem prepositi prefato Andree oratori ad vitam concesserunt reparandam et meliorandam, ne illa ex toto collaberetur et annichilaretur, hac tamen conditione adjecta, quod post obitum dicti Andree cum suis

---

[1]) Gz.

melioramentis, que facta fuerint et in futurum fiant, ad dictam preposituram Eyderstedensem libere redire debeat, et licet dicta curia non alienetur perpetuo nec in personam extraneam [transeat] ac reparetur in eius structuris, ita quod in illis multum augmentetur, et esset[1]) assensus dicti prepositi, tamen ab aliquibus dicitur dubitari de viribus dicti consensus et concessionis predicte, nisi interveniat assensus et auctoritas s. v. et sedis apostolice. Supplicant igitur tam prefata creatura ac canonici capitulum quam Henricus et Andreas oratores, quatenus aliquibus probis viris in partibus illis per unum breve hac supplicatione introclusa mandare [dignemini], ut de premissis se diligenter instruant et, si dictam concessionem in evidentem utilitatem dicte prepositure esse repererint, illam auctoritate apostolica confirment roburque perpetue firmitatis habere decernant . . . dictosque creaturam et oratores, si sententias ob dictam concessionem et consensum inconsulta s. v. et sede apostolica incurrerint, absolvant et alia faciant, que in premissis fuerint quomodolibet oportuna, premissis ac constitutionibus apostolicis et presertim Pauli pape II, prohibenti alienationem certarum ecclesiarum ultra triennium concedi et alienari, . . non obstantibus. Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii. Datum Rome 6. kal. dec. anno 9.

Suppl. 1368 fol. 127 v.

4250. **30. Nov. 1511.**

Klerken Wilhelmus Kreyfisch fra Køln Stift faar Kanonikater og Præbender i Roskilde og Ribe og Sognekirken i Farup i Ribe Stift.

Supplicat Wilhelmus Kreyfisch clericus Coloniensis diocesis, quatenus sibi de Roskildensis ac Ripensis, cui parrochialis ecclesia in Fardrup Ripensis diocesis annexa asseritur, cathedralium ecclesiarum canonicatibus et prebendis et etiam de dicta parrochiali ecclesia, quatenus canonicatui unita non foret, quos quidam Mathias Marquard in ecclesia Ripensi archidiaconus obtinet, et ex eo, quod dictus Mathias, dictum archidiaconatum obtinens, diversas alias parrochiales in litteris specificandas assecutus ipsasque absque dispensatione legitima per mensem et ultra detinens[2]) insimul occupatas, inhabilitationis et alias penas in constitutione *Execrabilis* etc. contentas incurrendo, canonicatus et prebendas ac parrochialem in Fardrup predictas assecutus existit, vacantibus [fructus 5 mr.], sive, ut premittitur, . . seu

---

[1]) sit Gz. [2]) Gz. — Cod. detinuit

per liberam resignationem Lamberti et Marquardi vacent, providere dignemini. Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii. Datum Rome pridie kal. dec. anno 9.

Suppl. 1368 fol. 12 v.

4251. **10. Dec. 1511.**

Klerken Theodor Wulf fra Bremen Stift faar Provstiet i Frue Kirke i Hamburg.

Supplicat Theodorus Wulff clericus Bremensis diocesis, quatenus sibi de prepositura ecclesie b. Marie Hamburgensis Bremensis diocesis, que in dicta ecclesia dignitas principalis, etiam forsan curata et electiva, existit, et que de jure patronatus regis Dacie et ducis Holtzatie ex privilegio apostolico esse dicitur [fructus 25 mr.], ex eo vacante, quod quidam Joachim Chezmegk [ɔ: Clitzing] assertus clericus preposituram huiusmodi et una cum ea cantoriam ecclesie Magdeburgensis et archidiaconatum in ecclesia Halberstadensi, que inibi dignitas etiam forsan curata et electiva, prout exprimi possit, existunt, insimul absque dispensatione per mensem et diu post mensem huiusmodi detinuit, prout detinet, occupatas, cum dicti juris patronatus derogatione providere dignemini. Fiat. J. Datum Rome 4. id. dec. anno 9.

Suppl. 1368 fol. 240 v.

4252. **24. Jan. 1512.**

Klerken Henricus Honnell fra Hildesheim Stift faar Sognekirken i Tønningen i Slesvig Stift, et Kapellani i Rendsborg og et evigt Vikariat i St. Gertruds Kirke udenfor Lüneburg i Verden Stift.

Cum Marcus episcopus Prenestrinus, cardinalis Senogaliensis nuncupatus, cui alias de parrochiali ecclesia in Tonningen Slesvicensis diocesis, per obitum Detleui Langenbeck litterarum apostolicarum scriptoris et eiusdem cardinalis familiaris continuus [ɔ: -i] commensalis vacanti, apostolica auctoritate concessum fuit provideri . ., et Johannes Herbordi clericus Magdeburgensis, cui alias etiam de capella b. Marie opidi Rendesborch Bremensis diocesis, per obitum Nicolai Soest aut alias quomodocunque, necnon de perpetua vicaria seu capellania ad altare omnium sanctorum situatum in parrochiali ecclesia s. Gertrude prope et extra muros opidi Luneburgensis Verdensis diocesis, per obitum Bernardi Balman . . . in Romana curia defunctorum vacantibus, eadem apostolica auctoritate provisum . . fuit . ., concessioni gratie huiusmodi seu commende ac omni juri sibi

in parrochiali, capella et vicaria seu capellania predictis respective competenti . . in manibus s. v. sponte cedere proponant . ., supplicat igitur Henricus Hovell clericus Hildesemensis, quatenus sibi de parrochiali, capella et vicaria seu capellania huiusmodi providere dignemini. Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii. Et tunc littere in forma simplicis vel nove provisionis, gratie [etc.]. Datum Rome 9. kal. febr. anno 9.

Suppl. 1372 fol. 157 v.

4253. **6. Febr. 1512.**

Den udvalgte Konge Christiern (II) meddeler Paven, at Biskop Karl af Hamar sammen med andre af Kongens Fjender har stræbt ham efter Livet og søgt at overgive ham i hans Fjenders og i de Vantros Hænder; han har derfor straffet de Medskyldige og overgivet Biskoppen i gejstlig Varetægt. Da han ikke ønsker, at disse Skændselsgerninger skal gaa ustraffet hen, ansøger han om, at Sagen mod Biskoppen maa blive overgivet til Dommere in partibus, dog saaledes, at Domsforhandlingerne sendes til Paven, og at Biskoppen i Mellemtiden maa holdes i passende Fangenskab. — Paven bevilger Ansøgningen, men befaler, at Biskopperne i Verden, Schwerin og Ratzeburg maa undersøge Sagen sammen med Idzardus Gravius.

Exponitur pro parte Cristerni *(Dipl. Norv. XVII, 699—701).* Fiat. J. Et per breve s. v. Et littere brevis dirigantur Verdensi et Zwerinensi ac Ratzeburgensi episcopis, quorum ecclesie non consistunt infra limites regnorum dicti regis, [et] Idsardo Gravio collectori et commissario apostolico in regno Dacie, et cognoscant extra dominium prefati regis, ita quod si non omnes, saltem unus episcopus una cum dicto nuntio conjunctim procedat. Fiat. J. Datum Rome 8. id. febr. anno 9.

Suppl. 1372 fol. 135 v.

4254. **10. Febr. 1512.**

Magister Bo Honnesen faar Provstiet i Ejdersted.

Vacante alias prepositura rurali Eyderstedensi in ecclesia Slesvicensi, que inibi dignitas curata existit, fuit de illa magistro Bohetio Honnensen apostolica seu ordinaria auctoritate provisum, possessione subsecuta. Cum autem dubitet collationem huiusmodi viribus non subsistere . . ., supplicat igitur idem Bohetius orator, quatenus sibi de dicta prepositura [fructus 4 mr.] de novo et in eventum litis in forma gratie [etc.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii. . . . Datum Rome 4. id. febr. anno 9.

Suppl. 1380 fol. 291.

4255. **10. Febr. 1512.**

Klerken Johannes Hantelman fra Hildesheim Stift faar et evigt Vikariat i Slesvig.

Vacanti alias perpetua vicaria ad altare s. Anne situm in ecclesia Slesvicensi, que de jure patronatus laicorum vel clericorum existit, Johannes Hantelman clericus Hildesemensis diocesis per patronos dicte vicarie ad eandem infra tempus debitum presentari et successive se institui obtinuit, possessione subsecuta. Cum autem dubitet presentationem et institutionem predictas . . viribus non subsistere . . ., supplicat igitur, quatenus sibi de dicta vicaria [fructus 4 mr.] † de novo et in eventum litis in forma gratie [etc.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii. . . . Et, quatenus opus sit, cum derogatione juris patronatus huiusmodi, † si ex fundatione vel dotatione, pro medietate, alioquin in totum . . . Datum Rome 4. id. febr. anno 9.

Suppl. 1380 fol. 290 v.

4256. **13. Febr. (27. Febr., 5. og 13. Marts og 3. April) 1512.**

Klerken Balthasar Rantzau fra Lübeck Stift, som af Hertug Frederik var præsenteret til at blive Provst i Slesvig, faar ny Provision herpaa og Dispensation til, skønt han kun er 15 Aar gammel, at beholde dette Embede sammen med et andet ellers dermed uforeneligt og to dermed forenelige Embeder.

Nuper prepositura ecclesie Slesvicensis, que inibi dignitas post pontificalem maior et de jure patronatus ducis Slesvicensis pro tempore existentis ex privilegio apostolico ac forsan curata existit, per obitum Egardi Hayng vacanti, Ffredericus[1]) dux Slesvicensis et Holsatie devotum oratorem vestrum Baltazarum Rantzowem[2]) clericum Lubicensis diocesis, in decimo quinto vel circa sue etatis anno constitutum, de nobili et militari genere ex utroque parente procreatum, ad dictam preposituram infra tempus legitimum presentavit, institutione nondum forsan subsecuta. Cum autem dubitet presentationem huiusmodi viribus non subsistere dictamque preposituram adhuc vacare, supplicat prefatus orator, quatenus sibi de dicta prepositura [fructus 4 mr.] in forma nove †[3]) provisionis, perinde etiam valere aut alias, prout utilius videbitur, providere ac cum eodem oratore, ut preposituram predictam ac cum ea unum et absque illis duo alia quecunque curata seu alias invicem incompatibilia necnon quecun-

[1]) II: Fredericus [2]) II: Rantzowen [3]) II: seu simplicis

que duo alia dissimilia vel similia simplicia sub uno eodemque tecto consistentia, alias se invicem et cum dictis incompatibilibus compatientia, beneficia . . ., si sibi alias canonice conferantur, . . recipere et insimul, quoad vixerit, cum potestate permutandi quoties etc. libere valeat retinere, dispensare dignemini, non obstanti defectu etatis premisso . . . Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii. Et cum[1]) dispensatione super defectu etatis oportuna . . . retinendi dictam preposituram exnunc in commendam usque ad decimum octavum annum . . et deinde in titulum. Et de duobus incompatibilibus ad vitam etiam exnunc, dummodo non sint duo canonicatus et due prebende aut dignitates etiam insimul sub eodem tecto . . . Et quoad incompatibilia littere expediantur de uno in dicto decimo octavo et de secundo, ut prefertur, qualificato in vigesimo annis. Datum Rome id. febr. anno 9.

Suppl. 1373 fol. 111 v; ogsaa 1375 fol. 78 v (II) og 1377 fol. 242 v (Datum 3. non. aprilis anno 9). Dispensationen »ad duo« ogsaa 1374 fol. 4 v (3. id. martii anno 9) og fol. 39 v (Datum 4. kal. martii).

4257. **13. Febr. 1512.**

Klerken, Magister Peder Eriksen (adelig) fra Børglum Stift, som opholder sig ved Kurien, faar Provstiet i Roskilde.

Cum per assecutionem decanatus Haffnensis ecclesie apud sedem apostolicam vacantis, de quo [per] s. v. cuidam Laurentio Michaelis clerico Lundensis diocesis sub certis modo et forma in cancellaria apostolica latius declaratis provisum fuit, † prepositura ecclesie Roskildensis, de qua etiam alias vacante per s. v. prefato Laurentio † provisum fuit, † vacet ad presens, † supplicat igitur Petrus Erici clericus Burglanensis diocesis, de nobili genere ex utroque parente procreatus et magister in artibus, in Romana curia presens, quatenus sibi de dicta prepositura, que inibi dignitas principalis post pontificalem non existit [fructus 6 mr.], providere dignemini, . . litteris apostolicis regi regni Dacie forsan hactenus auctoritate apostolica concessis . . non obstantibus . . . Fiat. J. Datum Rome id. febr. anno 9.

Suppl. 1373 fol. 263 v.

---

[1]) II: Cum duobus incompatibilibus ad vitam attenta nobilitate oratoris . . . Et de dicta prepositura exnunc et sine illa de uno incompatibili in decimo octavo anno et de secundo incompatibili in vicesimo anno. Datum Rome 3. non. martii anno 9.

4258. **18. Febr. 1512.**

Klerken Johannes Brandis fra Bremen Stift, som er Notar ved Kurien, faar Provstiet i Vidaa i Slesvig Stift.

Cum personatus in ecclesia Slesvicensi, prepositura ruralis in Wida vulgariter nuncupata, Slesvicensis diocesis tanto tempore vacaverit et vacet ad presens, quod eius collatio juxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta existit, non obstanti quod quidam Andreas Ffriderici, qui se gerit pro clerico eiusdem diocesis, illam per triennium et ultra possederit . . . absque aliquo canonico titulo, juris videlicet adminiculo, prout possidet de presenti, indebite occupatam, supplicat igitur Johannes Brandis clericus Bremensis diocesis ac causarum palatii apostolici notarius, quatenus sibi de dicto personatu, prepositura nuncupata [fructus 3 mr.], providere dignemini . . . Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii. . . . Datum Ostie 13. kal. martii anno 9.

Suppl. 1376 fol. 149 v.

4259. **21. Febr. 1512.**

Paven reserverer for Præsten Zutfeld Wardenberg fra Schwerin Stift, som er Skriver ved Pavearkivet, Pensioner fra en Del Embeder, han havde opgivet, deriblandt fra et Vikariat i Slesvig.

Zutpheldo Wardenberch presbitero Zwerinensis diocesis, decretorum doctori, archivii Romane curie scriptori, familiari nostro. Grata devotionis et familiaritatis obsequia . . . necnon litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque hodie in liti et causa inter te et Simonem Buwniam rectorem parrochialis ecclesie ville Blutze et Joachin Moler in s. Johannis Luneburgensi Rayzeburgensis (!) et Verdensis diocesium et Bernhardum Wrycken in Lubicensi necnon Johannem Kroch, alias Ketels, in Slesvicensi ecclesiis perpetuos vicarios . . . coram certis causarum palatii apostolici auditoribus seu eorum locatenentibus super dicta parrochiali ecclesia et una in s. Johannis ac alia in Lubicensi necnon reliqua perpetuis vicariis in Slesvicensi ecclesiis huiusmodi, quas quilibet vestrum ad se de jure spectare asserebat, in prima instantia indecisa pendenti, pro implemento certe honeste concordie inter vos intervenientibus nonnullis probis viris inite, ac [ↄ: tu] omni juri tibi in parrochiali ecclesia et vicariis predictis competenti in manibus nostris . . . cesseris, ipsos Simonem in parrochialis ecclesie ac Joachim et Bernardum necnon Johannem in vicariarum predictarum pos-

sessionibus pacificum [ↄ: -ce] dimittens, nosque cessionem ipsam duxerimus admittendam, nos tibi, ne propter cessionem ipsam huiusmodi nimium dispendium patiaris, . . . unam 10 super dicte parrochialis ecclesie et perpetui beneficii in parrochiali ecclesia opidi Greuesmolen dicte Ratzeburgensis diocesis, que prefatus Simon inter alia obtinet, et aliam etiam 10 super in s. Johannis ac aliam 4 super in Lubicensi necnon reliquam pensiones annuas etiam 4 fl. auri Renensium super in Slesvicensi ecclesiis huiusmodi vicariarum predictarum fructibus, ... quorum medietatem pensiones ipse, que insimul ultra 24 duc. auri de camera non constituunt, respective non excedunt, tibi, quoad vixeris, vel procuratori tuo legitimo per Simonem, Joachim, Bernardum et Johannem predictos, quorum ad hoc per Georgium de Stades clericum Lubicensem eorum procuratorem expressus accedit assensus, et successores suos . . . . annis singulis in festo resurrectionis domini nostri Jesu Christi in civitate Lubicensi integre persolvendam [ↄ: -as], tibi tenore presentium reservamus. Quocirca episcopo Pollensi et abbati monasterii Nouicampi Zwerinensis diocesis ac officiali Zwerinensi mandamus, quatenus . . . faciant . . . tibi pensiones predictas juxta reservationis predicte continentiam . . . integre persolvi . . . Datum Rome 9. kal. martii anno 9.

Gratis pro scriptore archivii.
Reg. Vat. 964 fol. 269 v.

27. Febr. 1512.

Se 13. Febr. 1512 (Nr. 4256).

4260. **4. Marts 1512.**

Paven befaler Biskopperne i Pola og Schwerin samt Officialen i Schwerin at overdrage Zutfeld Wardenberg forskellige nordtyske Embeder.

Polensi et Zwerinensi episcopis ac officiali Zwerinensi. Grata devotionis et familiaritatis obsequia, que Zwtpheldus Warmdenberch presbiter Zwerinensis diocesis, decretorum doctor et archivii Romane curie scriptor et familiaris noster, nobis hactenus impendit, . . necnon litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque unum in Karempe et aliud in Stenneberch, que bone memorie Guillielmus episcopus Lubicensis ex dispositione apostolica, necnon aliud in b. Marie Wismariensi et aliud in villa Zantze parrochialibus ac aliud in sancte Crucis Rostoccensi locorum Bremensis, Ratzeburgensis et Zwerinensis diocesium ecclesiis perpetua simplicia beneficia, que Egerdus Bukow clericus Lubicensis obtinebat, per obitum eorundem Willelmi

episcopi et Egardi vacent, nos, in quorum manibus Petrus de Wermeren presbiter Lubicensis et Jacobus Leste clericus Roskildensis diocesium, asserentes sibi alias de dictis beneficiis . . auctoritate apostolica respective provideri concessum fuisse, concessionibus gratiarum huiusmodi litteris apostolicis desuper non confectis hodie per Johannem Bochardi clericum Lugdunensis diocesis procuratorem eorum . . sponte cesserunt, quique cessionem ipsam duximus admittendam, prefato Zutpheldo, qui etiam in artibus magister existit, . . specialem gratiam facere volentes, discretioni vestre mandamus, quatenus . . simplicia beneficia predicta [fructus insimul 4 mr.] eidem Zutpheldo conferre curetis. Datum Rome 4. non. martii anno 9.

A. gratis pro scriptore archivii. kal. aprilis anno 9. Colotius.
Reg. Lat. 1263 fol. 153 v.

4261. 5. Marts 1512.

Paven befaler Kanniken Johannes Brandis i Lübeck at overdrage Klerken Balthasar Rantzau fra Lübeck Stift Provstiet i Slesvig, hvortil han, skønt kun 14 Aar gammel, var præsenteret af Hertug Frederik.

Johanni Brandis canonico Lubicensi. Dignum etc. Cum itaque prepositura ecclesie Slesvicensis, que inibi dignitas post pontificalem maior et de jure patronatus ducis Slesvicensis pro tempore existentis ex speciali privilegio apostolico, cui non est hactenus derogatum, existit, et quam Egardus Hayng obtinebat, per obitum eiusdem Egardi vacet, nos, volentes Balthasarem Rantzowen clericum Lubicensis diocesis, qui in quartodecimo vel circa sue etatis anno constitutus et de nobili ac militari genere ex utroque parente procreatus existit, et quem nulla super hoc dispensatione suffultum nobilis vir Fredericus dux Slesvicensis, existens in pacifica possessione vel quasi juris presentandi personam idoneam ad preposituram ipsam, nobis alias infra tempus legitimum per suas patentes litteras quamvis de facto presentavit, favore prosequi gratioso, . . tibi mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem eundem Balthasarem ad hoc idoneum esse repereris, preposituram predictam, cui cura imminet animarum [fructus 4 mr.], eidem Balthasari dicta auctoritate nostra conferas . . . . Datum Rome 3. non. martii anno 9.

Phi. LV. pridie id. oct. anno 9. de Senis.
Reg. Lat. 1254 fol. 300.

5. Marts 1512.

Se 13. Febr. 1512 (Nr. 4256).

4262. **5. Marts 1512.**

Paven giver Zutfeld Wardenberg, som tidligere havde faaet Ventebrev paa 1 eller 2 Beneficier i Ratzeburg og Schwerin Stifter, Tilladelse til i Stedet at faa 1 eller 2 Beneficier i Osnabrück og Roskilde Stifter.

Zutpheldo Waridenberg clerico Zwerinensis diocesis, decretorum doctori, accolito, capellano et familiari nostro. Grata devotionis et familiaritatis obsequia, . . . litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Dudum siquidem, sub data videlicet kal. martii anno 3, motu proprio tibi de uno vel duobus beneficio vel beneficiis ad Ratzeburgensis et Zwerinensis episcoporum ac prepositorum, decanorum, archidiaconorum, thesaurariorum, [cantorum][1]) scolasticorum et capitulorum singulorumque canonicorum et personarum Ratzeburgensis et Zwerinensis ecclesiarum collationem . . . pertinentibus . . vacantibus seu vacaturis . . per alias nostras litteras mandavimus provideri, certis tibi desuper executoribus deputatis . . Cum autem tu ex litteris et gratia huiusmodi nullum hactenus fructum consecutus fueris nec consequi speres in futurum, nos, qui dudum inter alia voluimus, quod, si contingeret nos alicui de parrochiali ecclesia providere vel gratiam expectativam concedere, nisi dicta persona intelligeret et intelligibiliter loqui sciret idioma loci, ubi ecclesia huiusmodi consisteret, provisio seu gratia desuper quoad parrochialem ecclesiam nullius essent roboris vel momenti, et quod nulli expectativa gratia extra suam nationem concederetur, nisi idioma loci, quod communiter homines loquerentur ibidem, intelligeret et intelligibiliter loqui sciret, alioquin gratia huiusmodi esset nulla, litteras predictas ac inde secuta quecunque, te id volente et in hoc expresse consentiente, cassantes ac pro nullis et infectis habentes necnon ad unum vel duo alia beneficia alias, ut prefertur, qualificata et sub dictis litteris comprehensa ad Osnaburgensis et Roskildensis episcoporum ac prepositorum, decanorum, archidiaconorum, thesaurariorum, cantorum, scolasticorum et capitulorum singulorumque canonicorum et personarum Osnaburgensis et Roskildensis ecclesiarum, etiam ratione dignitatum, personatuum, administrationum et officiorum, que in illis obtinent, collationem . . . pertinentia mutantes, te, qui etiam in artibus magister et archivii Romane curie scriptor existis, . . gratioso favore prosequi volentes, . . . motu simili volumus, quod littere cum reservationis et decreti ac omnibus aliis in eis contentis clausulis valeant

[1]) add. Gz.

plenamque roboris firmitatem obtineant et tibi suffragentur, etiam ad hoc, ut tu tam illarum quam presentium litterarum vigore unum vel duo beneficium seu beneficia, ut prefertur, qualificata et sub eisdem litteris comprehensa ad collationem . . episcoporum, decanorum, archidiaconorum, thesaurariorum, cantorum, scolasticorum et capitulorum singulorumque canonicorum et personarum Osnaburgensis et Roskildensis ecclesiarum predictarum . . pertinentia, si quidem alias sive inantea vacare contigerit, acceptare et in . . illorum assecutione omnibus et illis prorsus similibus antelationum prerogativis, privilegiis et indultis, quibus nonnulli alii familiares continui commensales nostri, etiam antiqui et in certis aliis nostris litteris quoad quasdam illis per nos concessas antelationum prerogativas descripti seu describendi, in . . . assecutione beneficiorum, que vigore gratiarum expectativarum per nos eis concessarum et illarum mutationum collationum duxerint acceptanda, gaudent, non solum ad ipsorum antiquorum descriptorum seu describendorum familiarium instar, sed pariformiter et absque ulla penitus differentia, sine tamen eorum prejudicio, gaudere valeas, dictique executores et ab eis pro tempore deputati subexecutores tibi de illis providere omniaque alia in premissis quomodolibet oportuna exequi possint et debeant[1]) juxta ipsarum litterarum tenorem in omnibus, perinde ac si nos per priores litteras predictas tibi de uno vel duobus beneficiis ad collationem . . . Osnaburgensis et Roskildensis episcoporum et prepositorum . . . Osnaburgensis et Roskildensis ecclesiarum predictarum . . pertinentia provideri mandavissemus, et processus predicti super hoc, etiam die 15. mensis maji anno 3, predictis jure et modo facti, habiti et dicti fuissent, tuque unus de numero dictorum antiquorum descriptorum familiarium ac cum eis in eisdem litteris descriptus et annotatus fores, non obstantibus quod tu, qui natione Germanus existis, idioma, quod communiter homines in Roskildensi civitate et diocesi loquuntur, non intelligis nec intelligibiliter loqui scis, ceterisque contrariis quibuscunque. Datum Rome 3. non. martii anno 9.

Phi. gratis pro scriptore archivii. 15. kal. aprilis anno 9. de Senis.
Reg. Lat. 1267 fol. 347.

13. Marts 1512.

Se 13. Febr. 1512 (Nr. 4256).

[1]) Gz. — Cod. debeant ac

4263. **27. Marts 1512.**

Dronning Christine faar det overdraget til »aliqui probi viri in partibus ultramarinis« at dømme mellem hende og Svante Sture m. fl. Svenskere, som har forholdt hende hendes Skat (census annuus vel victalicius).

Exponitur pro parte Cristine regine Dacie et Gothorum, quod, licet Suanthe, Hemingius Gad, dominus Thune, Stheen Suanthes, Nicolaus Loess et nonnulli alii nobiles laici regni Svecie, pro gubernatoribus eiusdem regni se gerentes, fuerint et sint eidem occasione retardationis seu non solutionis annui census seu victalicii in 10,000 fl. auri in auro Renen[si] legitime obligati fuerintque per ipsam reginam multis vicibus reginali potestate requisiti et interpellati, ut sibi de pecuniarum summis huiusmodi per eos debitis satisfacerent, ipsi tamen Suanthe et alii laici, in reprobum sensum dati, juramenti per eos super solutione facienda per eos prestiti immemores illud facere neglexerunt. Cum autem dicta exponens contra Suanthonem et alios laicos prefatos super premissis de jure experiri intendat, supplicat igitur, quatenus causas, quas habet habereque intendit contra dictum Suanthonem et alios laicos omnesque alios sua respective interesse putantes de annuo censu seu victalicio ac illius spolio et pecuniarum summis huiusmodi ac rebus aliis in actis latius exprimendis, aliquibus probis viris in partibus ultramarinis committere dignemini audiendas, decidendas et fine debito terminandas, cum facultate in causis huiusmodi summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu ac figura judicii, prout in causis beneficialibus fieri consuevit, procedendi ac potestate Suanthonem et alios predictos, etiam in executione citationis decernende nominandos, etiam per edictum, constito summarie et extrajudicialiter de non tuto accessu ad eos, citandi eisque et quibusvis aliis, quibus inhibendum fuerit, inhibendi ceteraque faciendi, que in premissis fuerint quomodolibet oportuna, non obstantibus Bonifacii pape VIII de una et concilii generalis de duabus dietis, dummodo non ultra tres, ac aliis constitutionibus apostolicis. Concessum in presentia pape. L. cardinalis Agenensis. Et per breve s. v. Datum Rome 6. kal. aprilis anno 9.

Suppl. 1377 fol. 50.

4264. **27. Marts 1512.**

Dronning Christine faar det overdraget til Biskop Jens Andersen (Beldenak) i Odense og Kantoren Lage Urne i Roskilde at dømme i Sagen mellem hende og Biskop Erik (Kaas) i Viborg, som skyldte hende 500 rhinske Gylden.

Licet dominus Gericus modernus episcopus Vibergensis fuerit et sit Christine regine Dacie et Gothorum in summa 500 fl. auri in auro Renen[si] ex legitima causa debitor, idem tamen episcopus pro parte eiusdem regine, ut de huiusmodi debito satisfaceret, requisitus, ipsi regine solvere distulit et recusavit, prout differt et recusat, quamvis indebite et de facto. Cum autem dicta regina contra dictum episcopum super huiusmodi pecuniarum summa de jure experiri intendat, supplicat igitur, quatenus causas, quas habet habereque intendit contra dictum episcopum omnesque alios sua interesse putantes de dicta pecuniarum summa et rebus aliis in actis latius exprimendis, Johanni Andree episcopo Ottoniensi et Lagoni Urne cantori Roskildensi committere dignemini audiendas, cognoscendas, decidendas et fine debito terminandas cum facultate [*etc. som foregaaende Brev*]. Concessum in presentia pape. L. cardinalis Agennensis. Et per breve s. v. Datum Rome 6. kal. aprilis anno 9.

Suppl. 1377 fol. 81.

4265. **30. Marts 1512.**

Kong Christiern faar bevilget, at Biskopperne i Verden og Schwerin som Dommere i hans Sag mod Biskop Karl i Hamar (jfr. Nr. 4253) maa blive ombyttede med Biskopperne i Lübeck og Slesvig, da disse bor nærmere ved Norge og dog ikke i den danske Konges *Kongeriger;* de skal saa afgøre Sagen sammen med Biskoppen i Ratzeburg og Idzardus Gravius.

Reformatio Cristerni [regis] Norvegie . . . . Quia Lubicensis et Slesvicensis episcopi *(Dipl. Norv. XVII, 701—02).* Concessum. P. cardinalis s. Eusebii. Datum Rome 3. kal. aprilis anno 9.

Suppl. 1377 fol. 127 v.

4266. **3. April 1512.**

Kongens Kansler, Provsten Ove Bille i Lund, og Præsten Peder Pedersen i Nyborg faar Dispensation til med disse Embeder at forene et ellers dermed uforeneligt Embede.

Supplicant Arno (!) Bilde prepositus ecclesie Lundensis, juris utriusque doctor ac regis Dacie cancellarius, et Petrus Petri plebanus parrochialis ecclesie, plebis nuncupate, in Nywborch Ottoniensis diocesis, quatenus cum eorum quolibet, ut una cum prepositura ecclesie Lundensis, quam Ano, et parrochiali ecclesia predictis, quam Petrus respective obtinent, unum seu sine illis quecunque duo . . . invicem incompatibilia secularia aut cum eorum altero seu sine illis unum cuiusvis, etiam Cluniacensis ordinis, regulare beneficia, . . si sibi alias canonice conferantur,

. . recipere et secularia videlicet in titulum, regulare vero beneficia huiusmodi in commendam, quoad vixeri[n]t, cum clausula permutandi totiens quotiens recipere et retinere libere valeant, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii. Datum Rome 3. non. aprilis anno 9.

Suppl. 1377 fol. 278 v.

4267. **3. April 1512.**

Paven giver Ove Bille Dispensation til med Provstiet i Lund at forene et ellers dermed uforeneligt Embede, som dog ikke maa være i et Kloster.

Auoni Bilde preposito ecclesie Lundensis, utriusque juris doctori. Litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos, te, qui Johannis Dacie regis canzellarius existis et preposituram ecclesie Lundensis, que inibi dignitas maior post pontificalem existit, inter alia obtines, . . . gratioso favore prosequi volentes, . . . tecum, ut una cum dicta prepositura unum et sine illa duo alia . . incompatibilia beneficia secularia aut cum altero eorum vel sine illis unum cuiusvis, etiam Cluniacensis, ordinis regularia [ɔ: -re] beneficia, . . . si tibi alias canonice conferantur, recipere et insimul, secularia videlicet in titulum, regulare vero beneficia huiusmodi in commendam, quoad vixeris, retinere illaque, quotiens tibi placuerit, dimittere ac loco dimissorum alia beneficia, etiam regulare, quod officium claustrale non sit, recipere . . . necnon debitis et consuetis ipsius regularis beneficii supportatis oneribus de residuis illius fructibus, . . sicut illud in titulum pro tempore obtinentes de illis disponere potuerunt, . . . alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium et pretiosorum mobilium ipsius regularis beneficii tibi penitus interdicta, disponere libere valeas, tenore presentium dispensamus. Datum Rome 3. non. aprilis anno 9.

A. XL. Colotius.
Reg. Lat. 1266 fol. 312 v.

4268. **3. April 1512.**

Slesvigkanniken Anders Frederiksen faar Provstiet i Vidaa i Slesvig Stift.

Alias personatu ecclesie Slesvicensis, prepositura rurali in Wida vulgariter nuncupata, eiusdem diocesis vacante, de illo s. v. Johanni Brandis clerico Bremensis diocesis providit . . ., ac prefatus Johannes Brandis . . concessioni gratie huiusmodi, litteris apostolicis desuper non confectis, ac omni juri sibi ad dictum personatum vel prepositurani quomodolibet competenti in manibus s. v. pure et simpliciter cedit de presenti. Supplicat

igitur Andreas Frederici canonicus Slesvicensis, quatenus sibi de dicto personatu vel prepositura [fructus 3 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii. . . . in forma nove † provisionis perinde et etiam valere seu in eventum litis . . gratie [etc.]. Datum Rome 3. non. aprilis anno 9.

Suppl. 1377 fol. 244 v.

4. April 1512.

Se 13. Febr. 1512 (Nr. 4256).

4269. **5. April 1512.**

Kong Hans meddeler Kardinal Marcus (Vigerius), at han har anmodet sin Sekretær Johan Wulf om at skaffe sin Kansler Ove Bille Tilladelse til at opnaa to ellers uforenelige Embeder, og beder om Kardinalens Støtte hertil samt til at faa Roskilde Bispestol besat efter Ønske og opnaa Relikvier.

Ad cardinalem Senagaliensem. Dedimus in mandatum *(Aarsberetn. fra Geh. Arch. I, 49; Reg. *9804).* Datum Haffnie 2. feria proxima post palmarum.

»Kong Hans's Brevbog« (R. A.).

4270. **6. April 1512.**

»*Den 6. Aprilis 1512 skref hand [ɔ: Kong Hans] Pafven til, at hand for nogen Tid siden hafde tilstedt Bisp Jens Andersøn af Othense, at Prouistiet sammesteds maatte delis iblant fire Canicker udi fire Parter, saa at Bispen kunde hafve til Othense som it Capitel, hand kunde raade met.*

Nu kommer hand udi Forfaring, at ved det Concilium, som er holden til Turs udi Franckerige, skal vere forbøden, saadanne Beneficia maa skiftis. Den Deling, som oc allerede er giort, hafver ingen Sants met sig for deris Ringehed. Thi begærer hand, at samme Beneficium maa igen samlis oc hans Secreterer Mester Anders Glob dermet forlænis. — Samme Prælatur kommer hannem til at forlæne oc er doterit af hans Forfædre.«

Hvitfeld VI, 295, 4to (= 1086 Fol.); Reg. *9805.

4271. **8. April 1512.**

Pavens Kammermester, Kardinal Raphael (Riario) bevidner, at Biskop Godske Ahlefeld har visiteret Kurien.

Universis presentes litteras inspecturis [Raphael] episcopus Ostiensis cardinalis, s. d. n. pape camerarius . . . . Tenore presentium fidem facimus et attestamur, quod, cum Gotschalcus de Aleveld episcopus Slesvicensis singulis . . . .[1]) . . . . sedem aposto-

---

[1]) Hul i Afskriften.

licam sive limina [Petri et Pauli] apostolorum de Urbe visitare teneatur, hinc est, quod prefatus Gotscalcus episcopus sedem apostolicam seu eadem limina pro . . . . . .[1]) a die finiti ultimi . . . . .[1]) sive incipiendum et, ut sequitur, per venerabilem virum Henricum Brandis procuratorem suum ad hoc ab eodem episcopo constitutum, de eius [ɔ: cuius] procurationis mandato publico instrumento manu discreti viri domini Johannis Humberi clerici . . . . .[1]) publici apostolica et imperiali auctoritatibus notarii, die videlicet . . . . .[1]) mensis jan. proxime [preteriti constat, visitari fecit realiter et cum effectu][2]). Datum Rome in camera apostolica anno 1500 (!) die vero 8. mensis aprilis pontificatus Julii II anno 9.

Ufuldstændig Afskrift af Ulrik Petersen (vol. VI) efter en ikke angivet Kilde.

4272. **[10. April] 1512.**

»*Kong Hans afferdiget udi Italien sit Sendebud Johannem Vlff Secretarium, begærendis af Pafven, at forskrefne Concilium maatte holdis udi Tydskland ved Rhinstrømmen, saa de tydske Førster kunde komme did oc deris Fuldmectige af disse norlendiske Lande. Maatte dette ske, vaar hand udi Forhaabning at bevege Grotførsten at sende did oc sig forene met os. Skrifver oc, at den Uvilie imellem hans Hellighed oc Kong Loduig er hannem led, oc at hand vil sende af hans Riger sine Fuldmectige, naar Stedet blifver berammet, samme Concilium skal staa paa.*«

Hvitfeld VI, 294—95, 4to (= 1086 Fol.). Datoen anføres i et Referat i Paris de Grassis's Diarium (trykt Raynaldus, Ann. eccl. XI, 633—34).

4273. **23. April 1512.**

Ove Totius og Enken Totte, Enke efter Jakob Ovens fra Slesvig Stift, faar Dispensation til at indgaa Ægteskab, skønt de er fjernt beslægtede og hun har holdt Mandens Søn af første Ægteskab over Daaben.

Exponitur pro parte Ovonis Totius et Totte relicte Jacobi Ovens mulieris Slesvicensis diocesis, quod ipsi desiderant invicem matrimonialiter copulari, sed, quia tertio et quarto affinitatis gradu simile (!) invicem se attinent ex eo proveniente, quod quondam Totta prima dicti Ovonis uxor eidem Totte ducende tertio et quarto consanguinitatis gradibus erat conjuncta ac etiam alias dicta Totta quendam filium sive puerum dicti Ovonis et

---

[1]) Hul i Afskriften.
[2]) Af Resten har U. P. afskrevet nogle Ord uden Mening.

quondam Totte eiusdem Ovonis prime uxoris tempore necessitatis et in domo prefatorum Ovonis sponsi et Totte defuncte de sacro fonte levavit seu in sacro baptismo tenuit, desiderium eorum in hac parte adimplere non possunt, dispensatione super hoc non obtenta. Supplicatur igitur pro parte dictorum oratorum, quatenus cum ipsis, quod, impedimento compaternitatis et cognationis specialis et affinitatis huiusmodi, quod ex premissis provenit, non obstante, libere valeant inter se matrimonium contrahere et in eo, postquam contractum fuerit, licite remanere, dispensare [ɔ: -ri] mandare dignemini, prolem suscipiendam exinde legitimam decernendo. Fiat. J. Et quod littere expediantur per officium sacre penitentiarie, quia oratores sunt pauperes. Et quod committatur episcopo Slesvicensi seu eius officiali generali. Datum Rome 9. kal. maji anno 9.

Suppl. 1378 fol. 98 v.

4274. **1. Maj 1512.**

Paven udnævner Idzardus Gravius til sin Nuntius hos Kong Hans og sin Kollektor i Danmark, Sverige og Norge, Provinserne Mainz, Køln, Magdeburg, Bremen og Reggio [ɔ: Riga] samt Stifterne Tournay, Térouanne, Cambrai, Meissen, Basel og Camin. Han skal opkræve Annater, de svenske Peterspenge og det pavelige Kammers øvrige Tilgodehavende, dog ikke Servispenge. Alle tidligere Kollektorer afsættes. Idzardus faar Lov til at indsætte Subkollektorer.

Magistro Idzardo Gravio, canonico Senogaliensi, utriusque juris doctori, notario et familiari nostro, ad Johannem Dacie, Svecie et Norvegie regem nostro et apostolice sedis nuntio et commissario ac in Dacie, Svecie et Norvegie regnis necnon Maguntina, Coloniensi, Magdeburgensi, Bremensi et Regiensi provinciis ac Tornacensi, Morinensi, Cameracensi, Misnensi, Basiliensi et Caminensi diocesibus fructuum camere apostolice collectori. Ex fideli, solicita, diligenti ac solerti providentia *(Dipl. Norv. XVII, 702—05)*. Datum Rome kal. maji anno 9.

Reg. Vat. 968 fol. 200 v.

4275. **9. Maj 1512.**

Klerken Gunde Nielsen (Lange) fra Ribe Stift faar Dekanatet i Ribe.

Alias decanatu ecclesie Ripensis vacante, fuit de eodem Guidoni Nicolai clerico Ripensi ordinaria auctoritate provisum, possessione forsan subsecuta. Cum autem dubitet provisionem huiusmodi et inde secuta quecunque viribus non subsistere ipsumque decanatum adhuc vacare, supplicat igitur, quatenus sibi de decanatu predicto, qui inibi forsan dignitas existit [fruc-

tus 6 mr.], in forma nove provisionis, gratie [etc.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii. . . . Datum Laterani 7. id. maji anno 9.

Suppl. 1378 fol. 193 v.

4276. **9. Maj 1512.**

Dekanen Gunde Nielsen (Lange) i Ribe faar Dispensation til med dette Embede at forene et andet ellers dermed uforeneligt Embede.

Supplicat Guido Nicolai decanus ecclesie Ripensis, quatenus secum, ut una cum dicto decanatu quodcumque aliud et absque illo quecumque duo curata seu alias invicem incompatibilia beneficia . . ., si sibi alias canonice conferantur . . . ., recipere et, quoad vixerit, retinere cum potestate permutandi totiens quotiens libere possit, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii. . . . Datum Laterani 7. id. maji anno 9.

Suppl. 1378 fol. 193 v.

4277. **16. Maj 1512.**

Paven befaler Biskoppen i Cavaillon, Kanniken Andreas Vives fra Barcelona Stift og Officialen i Roskilde at overdrage Zutfeld Wardenberg 3 Kapellanier paa Rügen.

Episcopo Cavallicensi et Andree Vives canonico ecclesie Barchinonensis ac officiali Roskildensi. Grata devotionis et familiaritatis obsequia, que Zutpheldus Vardenberch presbiter Zwerinensis diocesis, decretorum doctor, archivii Romane curie scriptor, familiaris noster nobis . . impendit . . ., necnon litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque in Stroye sub Cyrcow et Montiscalvarie nuncupate et s. Georgii sub Bergen terre seu insule Rugie Roskildensis diocesis parrochialium ecclesiarum limitibus site capelle, quas Johannes Wustemen in Stroye et Montiscalvarie ac Mathias Stancken s. Georgii capellarum predictarum rectores obtinebant, per ipsorum obitus vacent, nos, in quorum manibus Gotfridus Guthen presbiter dicte Zwerinensis diocesis, cui alias de in Stroye et Montiscalvarie capellis . . ., sub data videlicet 6. id. aug. anno 7, concessimus provideri . . ., hodie sponte cessit, quique cessionem ipsam duximus admittendam, predicto Zutpheldo, qui etiam in artibus magister existit, specialem gratiam facere volentes, discretioni vestre mandamus, quatenus vos in Stroye et Montiscalvarie [fructus insimul 3 mr.] ac s. Georgii capellas predictas, que sine cura sunt

[fructus 1 mr.], eidem Zutpheldo conferre curetis. Datum Laterani 17. kal. junii anno 9.

Gratis pro scriptore archivii. 8. kal. oct. anno 9. de Campania. Reg. Lat. 1254 fol. 210.

4278. **16. Maj 1512.**

Klerken Gunde Nielsen (Lange) fra Ribe Stift faar Sognekirken i Aal i samme Stift.

Alias parrochiali ecclesia in Ael Ripensis diocesis vacante, fuit de eadem Guidoni Nicolai clerico Ripensis diocesis[1]) apostolica vel alia auctoritate provisum. Cum autem dubitet provisionem et inde secuta quecunque viribus non subsistere dictamque parrochialem ecclesiam adhuc vacare, supplicat igitur, quatenus sibi de parrochiali ecclesia predicta [fructus 4 mr.] in forma nove provisionis, gratie [etc.] providere dignemini. . . . Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii. Datum Laterani 17. kal. junii anno 9.

Suppl. 1380 fol. 273.

4279. **21. Maj 1512.**

Magister Jørgen Skodborg, som er Klerk fra Ribe Stift, faar Dispensation til at modtage og beholde to ellers uforenelige Embeder.

Supplicat Georgius Schotberch clericus Ripensis, in artibus magister, quatenus secum, ut quecumque duo curata seu alias invicem incompatibilia beneficia . . ., si sibi alias canonice conferantur . . ., recipere et insimul, quoad vixerit, cum clausula permutandi totiens quotiens retinere libere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii. Datum Rome 12. kal. junii anno 9.

Suppl. 1380 fol. 62 v.

4280. **22. Maj 1512.**

Paven reserverer motu proprio for Kardinal Marcus (Vigerius) en Pension paa 20 Gulddukater af Provstiet i Ribe, som denne havde afstaaet til Klerken Hans Reff fra Odense Stift.

Marco episcopo Penestrino. Ad personam tuam [etc.]. Cum itaque hodie tu, cui alias, tunc tituli s. Marie in Transtiberim presbitero cardinali existenti, quod, cedente vel decedente quodam Detleuo Langebeke preposito ecclesie Ripensis seu preposituram dicte ecclesie, quam tunc obtinebat, alias quomodolibet

[1]) Cod. diocesis fuit

dimittente, et illa quovis modo vacante, etiam apud sedem apostolicam, liceret tibi ad prepondituram predictam liberum habere regressum seu accessum et illam in commendam, quoad viveres, retinere, apostolica auctoritate concessum fuerat, quique ad preposituram ipsam, tunc per obitum dicti Detleui vacantem, regressum seu accessum huiusmodi habueras, commende tibi de dicta prepositura facte huiusmodi, illius possessione per te non habita, in manibus nostris sponte cesseris, nosque cessionem huiusmodi admittentes de eadem prepositura, adhuc tunc, ut prefertur, vacante, Johanni Reff clerico Ottoniensis diocesis provideri mandav[er]imus per litteras nostras . . ., nos, ne ex cessione huiusmodi nimium dispendium patiaris, sed ut statum tuum juxta pontificalis (!) exigentiam dignitatis decentius tenere valeas . . ., motu proprio . . tibi pensionem annuam 20 duc. auri de camera super dicte prepositure fructibus, quorum medietatem ipsa pensio non excedit, tibi, quoad vixeris, vel procuratori tuo . . . per dictum Johannem, cuius ad hoc expressus accedit assensus, et successores suos annis singulis in festo nativitatis b. Johannis baptiste in Romana curia integre persolvendam, etiam per te, quoad vixeris, etiam una cum Penestrino et Senogaliensi [ecclesiis], quibus . . preesse dinosceris, nec non omnibus . . aliis beneficiis, que in titulum vel commendam seu administrationem obtines et imposterum obtinebis, et aliis pensionibus annuis tibi assignatis . . percipiendam, tenore presentium reservamus . . ., volentes, quod ille ex Johanne et successoribus predictis, qui in dicto festo vel saltem infra 30 dies illud immediate sequentes pensionem huiusmodi non persolverit cum effectu, lapsis diebus eisdem sententiam excommunicationis incurrat, a qua, donec tibi vel eidem procuratori tuo de pensione huiusmodi tunc debita integre satisfactum aut tecum vel cum dicto procuratore tuo super hoc amicabiliter concordatum fuerit, absolvi non possit preterquam in mortis articulo constitutus, si vero per sex menses dictos 30 dies immediate sequentes sententiam ipsam animo, quod absit, sustinuerit indurato, extunc mensibus effluxis eisdem dicta prepositura perpetuo privatus existat illaque vacare censeatur eo ipso, ac tibi, quod, dicto Johanne cedente vel decedente seu preposituram predictam alias quomodolibet dimittente, aut illa quovis modo vacante, etiam apud sedem predictam, liceat tibi ad dictam preposituram vigore presentium liberum habere regressum illiusque corporalem possessionem . . propria auctoritate libere ap[p]re-

hendere et vigore tue prioris commende absque alia tibi desuper facienda commenda eandem comendam, quoad vixeris, retinere in omnibus, perinde ac si commende predicte minime cessisses, auctoritate et tenore predictis motu simili indulgemus, non obstantibus . . constitutionibus ordinis fratrum Minorum, cuius professor existis . . . Datum Rome 11. kal. junii anno 9.

Simili modo episcopo Polensi et archidiacono Hasbanie in ecclesia Leodiensi ac officiali Ripensi.

Phi. gratis pro cardinali. de Senis.
Reg. Lat. 1266 fol. 305.

4281. **22. Maj 1512.**

Paven befaler Biskoppen i Aarhus, Ærkedegnen i Hesbaye i Lüttich Stift og Kantoren i Roskilde at overdrage Provstiet i Ribe til Klerken Hans Reff fra Odense Stift og giver samtidig denne Dispensation til sammen med Provstiet at besidde et andet ellers dermed uforeneligt Embede.

Episcopo Arusiensi et archidiacono Hasbanie Leodiensis ac cantori Roskildensis ecclesiarum. Vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque prepositura ecclesie Ripensis [*etc. som Nr. 4280*] adhuc, ut prefertur, vacare noscatur, nos, volentes Johanni Reff clerico Ottoniensis diocesis gratiam facere specialem, discretioni etc. mandamus, quatenus preposituram predictam, que inibi dignitas non tamen maior post pontificalem existit [fructus 7 mr.], etiam si specialiter vel ex eo, quod dictus Detlenus illam obtinens litterarum apostolicarum scriptor et prefati Marci episcopi familiaris continuus commensalis fuit, generaliter reservata extitit, eidem Johanni auctoritate nostra conferre curetis. Nos autem cum eodem Johanne, ut una cum dicta prepositura, si sibi vigore presentium conferatur, forsan obtentum curatum seu alias incompatibile beneficium predictum aut cum eorum altero unum et absque illis duo alia quecunque curata beneficia recipere et insimul, quoad vixerit, retinere . . . . libere valeat, tenore presentium dispensamus. Datum Rome 11. kal. junii anno 9.

Phi. LXV. 3. non. julii anno 9. de Senis.
Reg. Lat. 1266 fol. 303 v.

4282. **23. Maj 1512.**

Klerken Johannes Grunter fra Hildesheim Stift faar et evigt Vikariat uden Sjælesorg ved Nikolai Kirke i Flensborg.

Nuper perpetua sine cura vicaria ad altare ss. Petri et Pauli in ecclesia s. Nicolai oppidi Flensborch Slesvicensis diocesis per obitum Egerdi Haynck vacante, Johannes Grunter clericus Hil-

desemensis diocesis per loci ordinarium provisus fuit, possessione forsan subsecuta; sed quia dubitet provisionem predictam et inde secuta quecunque viribus non subsistere dictamque vicariam adhuc vacare, supplicat igitur, quatenus sibi de eadem [fructus 4 mr.] per viam † nove provisionis perinde ac etiam valere providere dignemini . . . Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii. Datum Rome 10. kal. junii anno 9.

Suppl. 1380 fol. 112 v.

4283. **23. Maj 1512.**

Klerken Johannes Hamburg fra Lübeck faar Kanonikat og større Præbende i Haderslev.

Cum Ghiso Usler canonicus collegiate ecclesie Hadersleuensis Slesvicensis diocesis et maiore prebenda prebendatus [canonicatum et prebendam maiorem predictos], quos obtinet, in manibus s. v. sponte resignet de presenti, supplicat igitur Johannes Hamborch clericus Lubicensis Civitatensis [ɔ: civitatis], quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda maiori [fructus 4 mr.] conferre [ɔ: providere] dignemini. Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii. . . . Et cum derogatione [regule] de infirmo resignante et infra viginti dies decedente, † attento quod resignans est absens . . ., et quatenus dictus Ghiso extra Romanam curiam esset jam vita functus, littere per obitum ipsius cum modis et clausulis predictis, absque tamen clausule generalis reservationis dispositione expediri possint, et cum suspensione quarumcunque † expectativarum specialium vel generalium . . . . . et de suspensione huiusmodi ad effectum resignationis dumtaxat ac citra regressum et accessum et de consensu coadjutoris. Datum Rome 10. kal. junii anno 9.

Suppl. 1380 fol. 113.

4284. **27. Maj 1512.**

Provsten Hans Hansen i Tofte (Assens) i Odense Stift faar Dispensation til med sit Embede at forene et andet ellers dermed uforeneligt Embede.

Supplicat Johannes Johannis prepositus Toftensis Ottoniensis diocesis, quatenus secum, ut una cum dicta prepositura unum et illa remissa quecunque duo curata seu alias invicem incompatibilia beneficia . . ., si sibi alias canonice conferantur . ., recipere et, quoad vixerit, retinere cum clausula permutandi totiens etc. libere valeat, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii. Datum Rome 6. kal. junii anno 9.

Suppl. 1380 fol. 282 v.

4285. **27. Maj 1512.**

Klerken Joachim Crassow fra Roskilde Stift faar et evigt Beneficium uden Sjælesorg i Sognekirken i Gingst (?) i samme Stift.

Vacante nuper perpetuo sine cura beneficio in parrochiali ecclesia ville Bruxt (!) Roskildensis diocesis per obitum Mathie Stainck presbiteri eiusdem diocesis . . ., quidam laicus aut laici, se pro patronis eiusdem beneficii gerentes, Joachim Crassouw clericum dicte diocesis pro canonica institutione obtinenda ordinario loci aut eius vicario presentavit sive presentarunt, institutione et possessione forsan subsecutis. Sed quia de viribus premissis [ɔ: -sorum] forsan dubitari possit, supplicat igitur idem Joachim, quatenus sibi de dicto beneficio [fructus 4 mr.] de novo † providere sive [ɔ: in forma] gratie [etc.] [dignemini]. Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii. . . . Et cum derogatione juris patronatus pro medietate, quatenus ex fundatione vel dotatione, alias omnino in totum . . . Datum Rome 6. kal. junii anno 9.

Suppl. 1380 fol. 264 v.

4286. **1. Juni 1512.**

Klerken Hans Reff fra Odense Stift, som opholder sig ved Kurien, faar Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Cum canonicatus et prebenda ecclesie Roskildensis, quos Lago Urne electus Roskildensis tempore promotionis per s. v. de persona sua ad ecclesiam Roskildensem [facte] obtinebat, prout obtinet, per promotionem huiusmodi et munus consecrationis eidem creature impensum actu vacent, supplicat igitur Johannes Reff clericus Ottoniensis diocesis, in Romana curia presens, quatenus sibi de canonicatu et prebenda predictis [fructus 4 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii. . . . Datum Rome kal. junii anno 9.

Suppl. 1380 fol. 293 v.

4287. **4. Juni 1512.**

Optegnelse om, at Hans Reff betaler Annater af Provstiet i Ribe.

Die 4. dicti mensis junii [1512] habuit similiter fl. similes 19 et bol. 40 a Johanne Ruffi (!) pro annata prepositure ecclesie Ripensis per manus suas. fl. 18 bol. 8.

Introitus et Exitus 550 fol. 42.

4288. **8. Juni 1512.**

Paven reserverer en Pension paa 10 lybske Mark af et evigt Vikariat paa Før for Præsten Jens Pedersen fra Slesvig Stift, som tidligere har været hans familiaris continuus commensalis.

Johanni Petri presbitero Slesvicensis diocesis. Vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque, sicut exhibita nobis nuper pro parte tua petitio continebat[1]), alias tu perpetuam vicariam ad altare s. Anne situm in parrochiali ecclesia s. Johannis in Fior Slesvicensis diocesis, que de jure patronatus laicorum, videlicet ipsius ecclesie parrochianorum, existit, et quam tunc obtinebas, in manibus loci ordinarii extra Romanam curiam sponte resignaveris, ipseque loci ordinarius resignatione huiusmodi per eum admissa Jacobum Broderii[2]) ad dictum altare perpetuum vicarium eidem loci ordinario ad vicariam eandem infra tempus legitimum presentatum in perpetuum vicarium ad dictum altare instituerit, ipseque Jacobus[3]) presentationis et insttutionis earundem vigore dicte vicarie possessionem extiterit assecutus, nos tibi, qui presbiter es et noster, dum cardinalatus honore fungeremur, familiaris continuus commensalis fuisti, ne ex resignatione huiusmodi nimium dispendium patiaris, pensionem annuam 10 mr. Lubicensium, 5 duc. auri de camera vel circa constituentium, super dicte vicarie fructibus, quorum tertiam partem ipsa pensio non excedit, tibi, quoad vixeris, vel procuratori tuo per dictum Jacobum, cuius ad hoc per Theodericum de Eynem clericum Maguntine diocesis procuratorem suum expressus accedit assensus, et successores suos annis singulis in festo resurrectionis domini nostri Jesu Christi integre persolvendam, tenore presentium reservamus . . . ac volentes [*etc. som Nr. 4280, S. 583 L. 17 f. n.*]. Datum Rome 6. id. junii anno 9.

Simili modo Polensi [et] Slesvicensi episcopis et decano Hamburgensi Bremensis diocesis.

A. XII. X. Colotius.

Reg. Lat. 1266 fol. 187; ogsaa (II) Supplik (Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii) i Suppl. 1381 fol. 78.

4289. **9. Juni 1512.**

Paven befaler Officialen i Slesvig at overdrage Kanonikat og Præbende i Haderslev til Klerken Johannes Hamburg fra Lübeck Stift.

---

[1]) Cod. continebat, quod [2]) Suppl.: Bredomi clericum dicte diocesis
[3]) Gz. — Cod. Johannes

Officiali Slesvicensi. Dignum arbitramur [etc.]. Dudum siquidem omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia apud sedem apostolicam vacantia dispositioni nostre reservavimus . . . Cum itaque postmodum canonicatus et maior nuncupata prebenda ecclesie Hadorslenensis Slesvicensis diocesis, in qua maiores, distincte et minores prebende fore noscuntur, per liberam resignationem Ghisonis Usler de illis per Henricum Brandis clericum Bremensis diocesis procuratorem suum in manibus nostris sponte factam et per nos admissam apud sedem eandem vacent . ., nos, volentes Johannem Hamberch clericum Lubicensem . . favore prosequi gratioso . . ., discretioni tue mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem eundem Johannem ad hoc idoneum esse repereris, canonicatum et prebendam predictos [fructus 4 mr.] eidem Johanni auctoritate nostra conferas, non obstantibus privilegiis dicte ecclesie per sedem predictam concessis, quibus inter alia caveri dicitur expresse, quod nullus in ea maiorem prebendam assequi valeat, nisi de minori ad distinctam et de distincta prebendis ad maiorem prebendas huiusmodi gradatim et per optionem ascendat. . . . Datum Rome 5. id. junii anno 9.

XXV. Aloysius.
Reg. Vat. 974 fol. 95.

4290. **12. Juni 1512.**

Klerken Niels Friis fra Ribe Stift faar det overdraget til Auditøren Jostophilius at give ham Provision paa Provstiet i Thyholm, hvorom han havde ført Proces ved Kurien med Jakob Krumpen.

Cum, lite et causa coram Jostophilio sacri palatii apostolici causarum auditore seu alio in illius locum surrogato auditore inter oratorem vestrum Nicolaum Frijs clericum Ripensis diocesis actorem et quendam Jacobum Krumpen assertum clericum et certos suos alios adversarios unum vel plures cum suis qualitatibus exprimendos de prepositura rurali in Thurholm Burglanensis diocesis, de qua, alias per obitum Wilhadi Frijs vacante, prefato oratori apostolica fuit auctoritate provisum, rebusque aliis etc. in prima instantia indecisa pendente et in illa ad aliquorum terminorum substantialium observationem, citra tamen conclusionem, processo, a nonnullis asseratur neutri seu nulli dictorum collitigantium in dicta prepositura jus competere, supplicat igitur idem orator, quatenus eidem auditori committere dignemini, ut, si per eventum litis huiusmodi sibi constiterit neutri vel nulli dictorum collitigantium in dicta prepositura jus

competere, preposituram predictam, que ruralis existit [fructus 8 mr.], eidem oratori conferat et provideat etiam de eadem . . . Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii. . . . Et in forma nove provisionis, gratie [etc.]. Et quatenus aliquis adversariorum predictorum jam cessisset vel decessisset extra curiam, ita quod propterea jus eorum vel alicuius ipsorum propterea vacaret, hoc conditionaliter vel dispositive exprimi possit, et tunc, si videatur, cum advocatione cause et extinctione litis inter oratores et eos, qui cesserint vel decesserint . . . Datum Rome pridie id. junii anno 9.

Suppl. 1381 fol. 239 v.

4291. **17. Juni 1512.**

Klerken Laurens Mikkelsen (Jernskæg) fra Roskilde Stift faar Domprovstiet i Roskilde og Dekanatet ved Vor Frue Kirke i København.

Alias prepositura ecclesie s. Lucii Roskildensis ac decanatu ecclesie b. Marie virginis in Haunia Roskildensis diocesis, qui de jure patronatus regis Dacie pro tempore existentis existit, vacantibus, Johannes modernus Dacie etc. rex oratorem vestrum Laurentium Michaelis clericum dicte diocesis ad illos infra tempus debitum presentavit, institutione et possessione subsecutis. Cum autem dubitet presentationem, institutionem, possessionem et inde secuta quecunque viribus non subsistere, supplicat igitur orator prefatus, quatenus sibi de prepositura et decanatu predictis [fructus insimul 12 mr.] in forma nove provisionis, gratie [etc.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii. . . . Et cum oportuna dispensatione obtinendi decanatum et preposituram ad vitam † . . . Datum Ostie 15. kal. julii anno 9.

Suppl. 1382 fol. 56.

4292. **27. Juni 1512.**

Klerken Hans Hansen fra Odense Stift faar Provstiet i Tofte (Assens) i Odense Stift.

Alias prepositura rurali Tofftensi Ottoniensis diocesis, que de jure patronatus Johannis Dacie etc. regis existit, vacanti, fuit ad eandem Johannes Johannis clericus dicte diocesis infra tempus debitum legitime presentatus, institutione et possessione subsecutis. Cum autem dubitet presentationem, institutionem, possessionem ac alia inde secuta viribus non subsistere, supplicat igitur, quatenus sibi de prepositura predicta cum suis an-

nexis [fructus 4 mr.] de novo in forma nove provisionis, gratie [etc.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii. . . .

Et quod narrari possit, quod jurisdictio in Bogherete, Salincherete et Sentizherede dicte diocesis eidem prepositure est annexa, si[1]) opus sit, . . . quatenus dicta prepositura cum suis annexis ex defectu presentationis ad illam presentantis aut instituentis adhuc vacaverit, hoc in litteris exprimi . . . possit. Datum Rome 5. kal. julii anno 9.

Suppl. 1382 fol. 119 v.

4293. **8. Juli 1512.**

Klerken Bo Honnesen fra Slesvig Stift faar Dispensation til at modtage og beholde to ellers uforenelige Embeder.

Sup[p]licat Boetius Honnerd clericus Slesvicensis diocesis, quatenus . . secum, ut duo beneficia curata vel alias sibi invicem incompatibilia . ., si sibi alias canonice conferantur . ., recipere . . . illaque, quoad vixerit, libere retinere ac . . illa simpliciter vel ex causa permutationis totiens, quotiens sibi placuerit, dimittere et alia similia vel dissimilia . . duo dumtaxat curata beneficia [recipere ac][2]), quoad vixerit, libere retinere possit, dispensare dignemini . . . Concessum in presentia pape. L. cardinalis Agennensis. . . . Datum Rome . . 8. id. julii anno 9.

Suppl. 1385 fol. 232 v.

4294. **27. Juli 1512.**

Klerken Rodulphus Crunte (?) fra Verden (?) Stift faar et evigt Vikariat i Husum.

Alias perpetua sine cura vicaria ad altare sancte Trinitatis situm in parrochiali ecclesia Husumensi Slesvicensis diocesis vacanti, Rodulpho Crunte clerico Vindensis (!) diocesis fuit auctoritate ordinaria de dicta vicaria provisum, possessione forsan subsecuta. Cum autem dubitet provisionem . . . cum inde secutis huiusmodi viribus non subsistere, supplicat dictus Rodulphus, quatenus sibi de dicta vicaria, que de jure patronatus laicorum existit [fructus 4 mr.], per modum nove provisionis, gratie [etc.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. L. cardinalis Agennensis. Et cum oportuna derogatione juris patronatus, etiam laicorum, quatenus ex fundatione sive dotatione, pro medietate,

[1]) Cod. sit [2]) add. Gz.

alias in totum . . Et quod . . fructus ad 2 mr. similes augeri vel minui possint in litteris. Datum Rome 6. kal. aug. anno 9.

Suppl. 1384 fol. 153 v.

4295. **28. Juli 1512.**

Klerken Henricus Ingewaldi fra Linköping Stift faar et Beneficium (»Hospital«) udenfor Lødøse i Skara Stift, hvortil han er præsenteret af Kong Hans.

Alias hospitali pauperum seu perpetuo beneficio, hospitali nuncupato, extra oppidum Ludonense Scarensis diocesis vacanti, Johannes Dacie rex, ad cuius presentationem dictum hospitale existit, oratorem vestrum Henricum Ingewaldi clericum Lincopensis diocesis ad dictum hospitale infra tempus debitum presentavit, institutione et possessione subsecutis. Cum autem dictus orator dubitet presentationem et inde secuta quecunque viribus non subsistere, supplicat igitur, quatenus sibi de hospitali predicto [fructus 4 mr.] de novo providere dignemini. Concessum in presentia pape. L. cardinalis Agennensis. Et quatenus sit pauper, committatur juxta constitutionem Clementis V. Datum Rome 5. kal. aug. anno 9.

Suppl. 1384 fol. 69.

4296. **6. Aug. 1512.**

Kong Hans's Sekretær Hans Hansen faar Provstiet i Tofte (Assens) i Odense Stift, i hvilket Biskoppen af Odense ikke havde villet indsætte ham, skønt Kongen havde præsenteret ham dertil, og Dispensation til at besidde det sammen med Johanneskirken paa Før.

Nuper prepositura sive personatu Tofftensi Ottoniensis diocesis, que una cum hospitali s. Spiritus in Asnes dicte diocesis illi perpetuo annexo de jure patronatus regis Dacie pro tempore existentis et dignitas ruralis existit, per obitum Vincentii Mathie vacanti, Johannes modernus rex ad illam Johannem Johannis presbiterum dicte vel alterius diocesis secretarium suum moderno episcopo Ottoniensi ordinario loci infra tempus debitum presentavit. Cum autem dictus episcopus presentationem huiusmodi admittere et oratorem prefatum instituere recusaverit, saltem tacite, licet indebite et injuste, qui[n] modo, quod deterius est, jurisdictionem dicte prepositure ab eadem prepositura de facto dismembraverit et sibi ac sue mense episcopali propria auctoritate appropriaverit et adjecerit, supplicant igitur tam rex quam orator prefati, quatenus, preposituram predictam cum omnibus juribus jurisdictionalibus et pertinentiis suis, quatenus opus sit,

reintegrantes presentationemque admittentes, de dicta prepositura [fructus 4 mr.] eidem oratori ad presentationem prefati regis, de qua per litteras patentes sigillo impendenti eiusdem regis sigillatas in expeditione litterarum legitima fiet fides, providere secumque, ut una cum parrocchiali ecclesia s. Johannis in For Slesvicensis diocesis, quam obtinet, preposituram predictam, si illam assequetur, aut sine illis quecunque alia duo curata seu alias invicem incompatibilia beneficia . . ., si sibi alias canonice conferantur . . ., recipere et, quoad vixerit, retinere cum clausula permutandi totiens quotiens etc. possit, dispensare dignemini. Fiat. J. . . . Et cum . . decreto, quod dismembratio non dato curatore prepositure vacantis et applicatio mense sue episcopali per eum facta de facto facte fuerint ac nullius roboris vel momenti existant; in forma gratiosa . . . Datum Rome 8. id. aug. anno 9.

Suppl. 1384 fol. 113.

4297. **6. Aug. 1512.**

Paven giver Hans Hansen ny Provision paa Provstiet i Tofte (Assens) og Dispensation til dermed at forene Besiddelsen af Johanneskirken paa Før.

Johanni Johannis preposito Tofftensi Ottoniensis diocesis. Vite ac morum honestas [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte tua petitio continebat, quod, alias prepositura ruralis [ɔ: -i] Tofftensi Ottoniensis diocesis, que de jure patronatus regis Dacie existit, et quam Vincentius Mathie obtinebat, per obitum eiusdem Vincentii vacante, Johannes rex Dacie ad preposituram huiusmodi te moderno episcopo Ottoniensi infra tempus debitum presentavit, sed prefatus modernus episcopus, nescitur quo spiritu ductus, te in prepositum dicte prepositure ad presentationem huiusmodi instituere indebite recusavit. Cum autem tu dubites presentationem huiusmodi viribus non subsistere et dicta prepositura adhuc vacare noscatur, nos, volentes tibi, qui prefati Johannis regis secretarius existis ac parrochialem ecclesiam s. Johannis in For Slesvicensis diocesis inter alia obtines, [1])quodque dictus modernus episcopus jurisdictionem dicte prepositure tunc vacantis ab ea dimembravit et sue mense episcopali Ottoniensi appropriavit quamvis de facto[1]), gratiam facere specialem . . . necnon jurisdictionis et aliorum jurium ad dictam preposituram pertinentium dimembrationem et mense

[1—1]) Post recusavit (lin. 10) transponenda censet Gz.

episcopali applicationem huiusmodi contra juris dispositionem factas et attemptatas nullas, prout sunt, et invalidas nulliusque roboris vel momenti decernentes, preposituram predictam, que dignitas extra tamen cathedralem ecclesiam reputatur, cuique cura etiam jurisdictionalis imminet animarum [cuius et illi annexorum [ɔ: -i] hospitalis s. Spiritus in Esnes dicte Ottoniensis diocesis fructus 4 mr.], dummodo tempore date presentium non sit in ea alicui specialiter jus quesitum, cum annexo huiusmodi [tibi] conferimus et de illa etiam providemus. Quocirca episcopo Roskildensi ac preposito [ecclesie][1]) s. Johannis Trajectensis ac Andree Viues canonico Barchinonensi mandamus, quatenus te . . . inducant . . . Nos enim tecum, ut una cum dicta obtenta ecclesia prepositcuram predictam aut cum earum altera unum seu sine illis quecunque alia duo incompatibilia beneficia recipere et insimul, quoad vixeris, retinere . . . cum facultate toties quoties permutandi libere valeas, dispensamus. Datum Rome 8. id. aug. anno 9.

LXXX.
Reg. Vat. 973 fol. 134.

4298. **6. Aug. 1512.**

Anders Glob faar Provstiet ved Frue Kirke i Odense og Dispensation til at forene det med Dekanatet i Roskilde.

Licet alias Johannes rex Dacie consensisset, quod prepositura b. Marie Ottoniensis, que dignitas seu personatus extra tamen cathedralem ecclesiam reputabatur et de jure patronatus dicti regis existebat, ad effectum dumtaxat, ut ex eius fructibus quatuor perpetua beneficia pro divini cultus augmento erigerentur et dotarentur, per modernum episcopum Ottoniensem ordinarium loci supprimi et extingui posset et deberet, nihilominus dictus episcopus prepositutam predictam ordinaria sua auctoritate postmodum, ut dicitur, supprimens et extinguens fructus predictos et jura et jurisdictiones dicte prepositure juxta providam ordinationem ipsius regis beneficiis erigendis huiusmodi pro decenti et sufficienti illorum dote integre applicare minime curavit, sed illas et illa seu eorum maiorem partem mense sue episcopali preter et contra ordinationem et consensum ipsius regis de facto adjecit et appropriavit. Cum autem premissa videantur ad perniciem tendere, que prefatus rex ad salutem et

[1]) add. Gz.

pro divini cultus augmento permisit, (intentio enim ipsius regis erat, quod omnia in eadem prepositura in eventum suppressionis illius dictis erigendis beneficiis applicarentur, nec de jure licuit illa prefato episcopo propria auctoritate sue mense applicare), cupiat[que] propterea rex ipse preposituram ipsam ad statum pristinum reduci et uni clerico seculari ut prius in titulum perpetui beneficii ad suam et suorum successorum regum Dacie pro tempore existentium presentationem conferri, supplicant igitur tam dictus rex quam etiam Andreas Glob decanus ecclesie Roskildensis, eiusdem regis primarius secretarius, quatenus preposituram predictam in omnibus fructibus, juribus, jurisdictionibus et pertinentiis suis in pristinum et in eum statum, in quo ante suppressionem et extinctionem predictam ipsius[1]), ut prefertur, factam erat, plenarie restituentes et reintegrantes dicto[2]) oratori de prepositura huiusmodi [fructus 6 mr.] de consensu et ad presentationem dicti regis, de quibus per litteras patentes sigillo eiusdem regis impendenti munitas in cancellaria apostolica fiet fides, providere . . secumque, ut una cum decanatu dicte ecclesie Roskildensis, que inibi dignitas post pontificalem maior et curata et forsan electiva et de jure patronatus eiusdem regis existit, quem obtinet, preposituram predictam, si illam assequetur, et absque illa quodcunque aliud vel sine illis quecunque alia duo alias invicem incompatibilia beneficia . . recipere et, quoad vixerit, retinere cum clausula permutandi totiens quotiens etc., dispensare dignemini. Fiat. J. In forma gratiosa. Datum Rome 8. id. aug. anno 9.

Suppl. 1384 fol. 113.

4299. **6. Aug. 1512.**

Paven tildeler Kong Hans's første Sekretær Anders Glob Provstiet ved Frue Kirke i Odense og giver ham Dispensation til dermed at forene Besiddelsen af Dekanatet i Roskilde.

Andree Glob preposito b. Marie virginis Ottoniensis. Vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque prepositura ruralis b. Marie virginis Ottoniensis, que de jure patronatus regis Dacie pro tempore existentis existit, vacet ad presens, quod, licet alias prefatus Johannes rex, quod prepositura predicta ad effectum dumtaxat, ut ex eius fructibus quatuor perpetua beneficia pro divini cultus augmento erigerentur ac dotarentur, per

---

[1]) Gz. — Cod. ipsam [2]) Cod. ac dicto

modernum episcopum Ottoniensem loci ordinarium supprimi et extingui possent [ɔ: -set] et deberent [ɔ: -ret], consensisset, nichilominus tamen idem modernus episcopus prepositurarn predictam ordinaria auctoritate postmodum suppressit et extinxit, fructus predictos ac jura et jurisdictiones prepositure huiusmodi contra providam ipsius Johannis regis ordinationem mense episcopali Ottoniensi appropriavit et applicavit, beneficia huiusmodi juxta eiusdem Johannis regis ordinationem minime erigendo et illis[1]) fructus ac jura et jurisdictiones huiusmodi non applicando, [nos, volentes tibi, quem Johannes rex Dacie, cuius primarius secretarius existis, per suas patentes litteras suo sigillo munitas nobis presentavit, et qui decanatum ecclesie Roskildensis, qui inibi dignitas maior post pontificalem existit, inter alia obtines][2]), gratiam facere specialem necnon suppressionem et extinctionem [et] utpote contra ordinationem prefati Johannis regis et contra juris dispositionem fructuum et jurisdictionis mense episcopali [appropriationem et applicationem] huiusmodi factas et attemptatas nullas, prout sunt, et invalidas nulliusque roboris vel momenti fuisse et esse decernentes, prepositurarn predictam, que dignitas extra cathedralem ecclesiam reputatur [fructus 6 mr.], dummodo tempore date presentium non sit in ea alicui specialiter jus quesitum, tibi conferimus et de illa etiam providemus. Quocirca . . . [*som Nr. 4297*]. Nos enim tecum, ut una cum dicto obtento decanatu prepositurarn predictam . . . [*som Nr. 4297*] recipere et, quoad vixeris, retinere . . . [*som Nr. 4297*] libere valeas. Datum Rome 8. id. aug. anno 9.

LXXX.

Reg. Vat. 973 fol. 136.

4300. **9. Aug. 1512.**

Klerken Jørgen Skodborg fra Odense Stift faar Kanonikat og Præbende i Viborg.

Supplicat Georgius Slothborch (!) clericus Ottoniensis diocesis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Vibergensis per obitum Jacobi Bratht vacantibus [fructus 4 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. L. cardinalis Agennensis. . . . Quod littere in forma simplicis provisionis [expediri] possint. . . Datum Rome 5. id. aug. anno 9.

Suppl. 1385 fol. 27 v.

---

[1]) Gz. — Cod. illius

[2]) nos—obtines transposuit Gz.; in codice post lin. 4 ad presens

4301. **10. Aug. 1512.**

Kong Hans's Sekretær, Dekanen Torben Bille i Lund, faar Tilladelse til at forene tre ellers uforenelige og to forenelige Embeder i samme Kirke samt til at residere udenfor Embederne og ombytte dem med andre.

Supplicat Taberius Kilde decanus ecclesie Lundensis *(Dipl. dioc. Lund. VI)*. . . . Concessum in presentia pape. L. cardinalis Agennensis. . . . Datum Rome 4. id. aug. anno 9.

Suppl. 1384 fol. 118 v.

4302. **10. Aug. 1512.**

Sognepræsten Jens Andersen i Ullerslev i Odense Stift faar Dispensation til at modtage eet dermed ellers uforeneligt Embede og to forenelige Embeder i samme Kirke eller ombytte dem med to andre, dog saaledes at de ikke begge maa være Kanonikater og Præbender eller Digniteter i samme Kirke; tillige fritages han for at residere ved Embederne.

Supplicat Johannes Andree rector parrochialis ecclesie in Ollersleff Ottoniensis diocesis, quatenus . . secum, ut una cum dicta ecclesia, quam obtinet, unum et absque illa duo alia quecumque curata seu alias invicem incompatibilia nec non quecunque duo alia simplicia sub uno eodemque tecto consistentia, alias se invicem et cum dictis incompatilibus compatientia, beneficia . . . ., si sibi alias canonice conferantur . ., recipere et insimul, quoad vixerit, cum potestate permutandi quotiens etc. retinere libere valeat, [dispensare][1]) sibique, ut in Romana curia seu altero beneficiorum per eum pro tempore obtentorum residendo aut litterarum studio in loco, ubi illud vigeat generale, insistendo omnes fructus etc. quorumcumque beneficiorum, etiam personalem residentiam requirentium, que in quibusvis ecclesiis sive locis nunc obtinet et in posterum obtinebit, . . . quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, quoad vixerit, libere percipere possit, . . et ad residendum interim in eisdem minime teneatur, concedere dignemini. . . Concessum in presentia pape. L. cardinalis Agennensis. . . . dummodo non sint duo canonicatus et due prebende aut dignitates etiam insimul sub eodem tecto . . Et cum facultate resignandi et permutandi quecunque beneficia in manibus quorumcumque ordinariorum locorum et aliarum personarum in dignitate ecclesiastica constitutarum in forma etc. citra dignitates maiores et principales et per se tantum. Datum Rome 4. id. aug. anno 9.

Suppl. 1385 fol. 27.

---

[1]) add. Gz.

4303. **10. Aug. 1512.**

Sognepræsten Anders Hemmingsen i Smørum i Roskilde Stift faar en lignende Dispensation.

Supplicat Andreas Hemmingi rector parrochialis ecclesie in Sunorin Roskildensis diocesis [*etc. ganske som Nr. 4302*].

Suppl. 1385 fol. 27.

4304. **10. Aug. 1512.**

Dekanen Anders Glob i Roskilde faar Dispensation til at modtage og beholde to ellers uforenelige Embeder og to torenelige Embeder i samme Kirke, som dog ikke maa være Kanonikater og Præbender eller Digniteter; tillige fritages han for at residere ved Embederne.

Supplicat Andreas Glob decanus ecclesie Roskildensis, quatenus . . secum, ut quecunque duo curata seu alias invicem incompatibilia nec non quecumque duo dissimilia vel simplicia similia sub singulis tribus tectis . . consistentia, alias se invicem et cum dictis incompatibilibus beneficiis compatientia, beneficia . . . ., si sibi alias canonice conferantur . ., recipere et insimul, quoad vixerit, cum clausula permutandi quotiens etc. retinere libere valeat, dispensare sibique, quod in Romana curia vel altero beneficiorum per eum pro tempore obtentorum residendo aut litterarum studio in locis, ubi illud vigeat generale, insistendo omnes fructus etc. quorumcumque beneficiorum cum cura, etiam statutis et constitutionibus seu fundationibus personalem residentiam requirentibus, etiam, ut prefertur, qualificatorum, que in quibusvis ccclesiis sive locis obtinet et imposterum obtinebit, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, quoad vixerit, libere percipere valeat, indulgere, et insuper eidem oratori quecumque[1]) alia beneficia, que obtinet et in posterum obtinebit, simpliciter aut pro aliis similibus vel dissimilibus beneficiis quibusvis[2]) personis secum permutare volentibus ex causa permutationis huiusmodi, in qua tamen nulla illicita pactio seu simoniaca pravitas interveniat, in quorumcunque ordinariorum locorum aut canonicorum cathedralium, etiam metropolitanarum, ecclesiarum seu aliarum personarum in dignitate ecclesiastica constitutarum, ad id per eum eligendorum seu eligendarum, † manibus extra dictam curiam, apostolice sedis seu cuiusvis alterius licentia super hoc minime requisita, resignandi nec non ordinariis, canonicis et personis in dignitate constitutis huiusmodi resignationes ipsas simpliciter

---

[1]) Gz. — Cod. ut quecumque [2]) Gz. — Cod. cum quibusvis

vel ex eadem causa extra curiam predictam auctoritate apostolica recipiendi necnon ea, que ipse orator simpliciter idoneis ad id per eum nominandis, etiam quecunque beneficia obtinentibus et expectantibus, et que ex eadem causa secum permutantibus personis, [huiusmodi personis][1], que vero ipse compermutantes persone resignaverint beneficia huiusmodi, etiam si, ut prefertur, qualificata et per ipsum oratorem pro tempore obtenta dispositioni apostolice generaliter reservata fuerint, dummodo dignitates maiores seu principales et compermutantium personarum similem facultatem non habentium beneficia huiusmodi dispositioni apostolice generaliter reservata non fuerint, dicto oratori auctoritate predicta conferendi omniaque alia in premissis et circa ea necessaria seu quomodolibet oportuna faciendi plenam facultatem concedere dignemini, non obstantibus, si in eisdem ecclesiis seu locis primam non fecerit residentiam personalem consuetam, ac Bonifacii pape VIII, per quam concessiones percipiendi fructus in absentia huiusmodi sine prefinitione temporis fieri prohibentur, . . necnon generalis concilii reservationibus . . . . Concessum in presentia pape. L. cardinalis Agennensis . . . dummodo non sint duo canonicatus et due prebende aut dignitates etiam insimul sub eodem tecto citra dignitates maiores et principales . . Datum Rome 4. id. aug. anno 9.

Suppl. 1385 fol. 50 v.

4305. **11. Aug. 1512.**

Klerken Jens Sørensen fra Ribe Stift, som er Provst i Thyholm, og Roskildekanniken Jakob Krumpen faar Tilladelse til at ombytte deres Embeder og Jakob Krumpen desuden til med Provstiet at forene Ærkedegneembedet i Viborg.

Cum Johannes Severini clericus Ripensis diocesis, cui alias de prepositura rurali in Turholm Burglanensis diocesis, tunc per obitum Wilhadi Fresii vacanti, apostolica fuit auctoritate provideri concessum, concessioni gratie huiusmodi, litteris apostolicis desuper non confectis, cedere et Jacobus Romperti [ɔ: Krumpen] canonicus ecclesie Roskildensis serenissimi domini Dacie regis illustris secretarius, de nobili genere procreatus, canonicatum et prebendam eiusdem ecclesie Roskildensis, quos obtinet, resignare in manibus s. v. sponte propona[n]t et exnunc Johannes cedat et Jacobus prefati resignet, supplicant Johannes

---

[1]) add. Gz.

et Jacobus prefati, quatenus cessionem et resignationem huiusmodi admittentes de prepositura [fructus 6 mr.] Jacobo, cui alias ab [ↄ: de] eadem prepositura ordinaria fuit auctoritate provisum, possessione forsan subsecuta, ac de canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] Johanni prefatis providere ac eidem Johanni, ne ex cessione sua huiusmodi nimium dispendium patiatur, pensionem annuam 20 fl. auri in auro Renensi super dicte prepositure fructibus etc. . . . annis singulis . . . integre persolvendam, reservare . . . necnon [cum][1]) prefato Jacobo, ut una cum dicta prepositura archidiaconatum ecclesie Vibergensis, qui inibi dignitas maior post pontificalem existit, quem obtinet, et absque illis duo alia quecunque curata seu alias invicem incompatibilia beneficia . . ., si sibi alias canonice conferantur . . ., recipere et insimul, quoad vixerit, cum potestate permutandi, quoties etc., retinere libere valeat, dispensare dignemini . . . . Concessum in presentia pape. L. cardinalis Agennensis. . . . . Et quod littere in forma surrogationis, etiam quoad possessionem, gratie [etc.] expediri possint. Et cum suspensione quarumcunque gratiarum [etc.] . . . . . Datum Rome 3. id. aug. anno 9.

Suppl. 1385 fol. 199 (= 219).

4306. 13. Aug. 1512.

Paven giver motu proprio Klerken Johan Wulf Ventebrev paa forskellige Beneficier i Bremen, Lübeck, Ratzeburg, Slesvig og Schwerin Stifter.

Johanni Wolff clerico Slesvicensi. Vite ac morum honestas [etc.]. Cupientes igitur tibi, qui per Johannem Dacie regem ad nos et sedem apostolicam orator destinatus et eiusdem Johannis regis secretarius existis, gratiam facere specialem, motu proprio . . . et ex certa nostra scientia unum, duo, tria vel plura adhuc[2]) beneficia in aliqua ex Bremensi, Lubicensi, Ratzeburgensi, Slesvicensi et Zwerinensi civitatibus et diocesibus consistentia [fructus insimul 200 duc. auri de camera], ad collationem [etc.] archiepiscopi Bremensis, Lubicensis, Ratzeburgensis et Slesvicensis necnon Zwerinensis episcoporum ac prepositorum, decanorum et capitulorum singulorumque canonicorum et personarum Bremensis ac Lubicensis, Ratzeburgensis necnon Slesvicensis et Zwerinensis ecclesiarum aut quorumcunque aliorum collatorum seu collatricum secularium vel quorumvis ordinum regularium in civitatibus et diocesibus predictis existentium, etiam

[1]) add. Gz. [2]) Gz. — Cod. ac ut

ratione dignitatum, personatuum, administrationum et officiorum, que obtinent, pertinentia, si qua vacant ad presens aut cum per cessum vel decessum seu quamvis aliam dimissionem illa obtinentium etiam in mensibus ordinariis collatoribus per constitutiones nostras, litteras alternativas aut concordata inclite nationis Germanice vel alia privilegia et indulta eis concessa et imposterum concedenda [reservatis][1]) vacare aut illorum comendas, si comendata fuerint, cessare contigerit . . ., conferenda tibi nostre et dicte sedis dispositioni tenore presentium hac vice specialiter et expresse reservamus, ... et nichilominus beneficia predicta [fructus insimul 200 duc. auri de camera], cum etiam in aliquo ex dictis mensibus, ut prefertur, vacare contigerit . . ., tibi motu et scientia similibus conferimus et de illis etiam providemus . . . . Quocirca episcopo Cavallicensi et Andree Viues canonico ecclesie Barchinonensis ac officiali Lubicensi motu simili mandamus, quatenus . . . te inducant . . ., non obstantibus illa, qua primo [statuitur], quod nullus vigore cuiusvis gratie expectative quodcunque beneficium dispositioni apostolice generaliter reservatum vel ex generali apostolica reservatione affectum, etiam si alias sub huiusmodi gratia comprehendi videretur, acceptare et de illa sibi providere facere posse sive debent [ɔ: possit sive debeat], ac reliqua nostris in favorem ordinariorum necnon aliis per nos editis constitutionibus . . . Nos enim tecum, ut incompatibilia beneficia huiusmodi recipere et insimul, quoad vixeris, retinere libere valeas, tenore presentium motu simili dispensamus. Datum Rome id. aug. anno 9.

Gratis de mandato pape.
Reg. Vat. 972 fol. 36 v.

4307. **[20. Aug. 1512.]**

Paven udnævner Lage Urne til Biskop i Roskilde.

Roskildensis. Lanconus electus Roskildensis. Ecclesia per obitum. Idem. Idem. Idem. Idem absolutio. Idem munus.

Uddrag i Indice 349 og (lignende) af Garampi efter Reg. Lat. Jul. II anno 9 vol. 15 fol. 83—86 (tabt).

4308. **20. Aug. 1512.**

Paven stadfæster efter Ansøgning af den udvalgte Kong Christiern og Prioren Severin Ibsen i Malmø Helligaandskloster de Pavebreve til Fordel for Helligaandsklostret i København, der tidligere er udstedte af Sixtus IV, Innocens VIII og Alexander VI, og som bl. a. tildelte dette alle de Privilegier, som

[1]) add. Gz.

tilkom Helligaandsklostret i Rom (dog med Undtagelse af Sixtus IV's Broderskab), samt Oprettelsen af Malmø Helligaandskloster. Da det er underordnet det københavnske Kloster, udvides alle dettes Privilegier til ogsaa at gælde Klostret i Malmø.

Ad perpetuam rei memoriam. Etsi Romanus pontifex *(Dipl. dioc. Lund. VI).* Datum Rome 13. kal. sept. anno 9.

C.

Orig. med Bulle i Silkesnor i Skaane 18 (R. A.); Reg. Vat. 972 fol. 30; ogsaa en Tilføjelse til Supplikken (Fiat. J.) i Suppl. 1385 fol. 314 v.

4309. **20. Aug. 1512.**

Den udvalgte Kong Christiern samt Prioren Severin Ibsen i Helligaandsklostret i Malmø og dettes Brødre faar Lov til at lade hente Relikvier fra Tre Fontane og Køln og føre dem til Klostret, som bliver besøgt af mange Troende.

Cum Cristianus *(Dipl. dioc. Lund. VI).* Fiat. J. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat. Datum Rome 13. kal. sept. anno 9.

Suppl. 1385 fol. 95.

4310. **20. Aug. 1512.**

Paven overdrager motu proprio Kantoriet i Roskilde til Kong Hans's Sekretær og Sendebud ved Kurien Johan Wulf, skønt han forud har et Kanonikat sammesteds.

Johanni Wulff cantori ecclesie Roskildensis. Vite ac morum honestas [etc.]. Dudum siquidem omnes dignitates et officia ceteraque beneficia apud sedem apostolicam vacantia dispositioni nostre reservavimus. Cum itaque postmodum cantoria ecclesie Roskildensis, quam Lagho Urne electus Roskildensis tempore promotionis per nos hodie de persona sua ad dictam ecclesiam facte obtinebat, ex eo, quod nos etiam hodie cantoriam predictam per solam promotionem predictam harum serie vacare decrevimus, apud sedem eandem vacet, nos tibi, qui Johannis Dacie regis, . . . secretarius [ac] ad nos et Romanam ecclesiam pro eodem rege orator destinatus existis ac canonicatum dicte ecclesie inter alia obtines, motu proprio cantoriam predictam, que inibi dignitas non tamen maior post pontificalem seu simplex officium existit [fructus 4 mr.], conferimus et de illa etiam providemus. Quocirca episcopo Slesvicensi et preposito ecclesie s. Johannis Trajectensis ac officiali Roskildensi motu simili mandamus, quatenus te inducant. Datum Rome 13. kal. sept. anno 9.

Gratis. de mandato pape.
Reg. Vat. 970 fol. 203.

4311. **20. Aug. 1512.**

Johan Wulf faar motu proprio Kantoriet i Roskilde, Klerken Kristoffer Jakobsen fra Bremen Stift Kanonikat og Præbende i Roskilde og Klerken Jens Tetze (Rosengaard) fra Roskilde Stift Kanonikat og Præbende i Aarhus.

Motu proprio etc. cantoriam ac canonicatum et prebendam in capella, s. Laurentii nuncupata, Roskildensis necnon canonicatum et prebendam Arusiensis ecclesiarum, quos Lago Urne electus Roskildensis obtinet, per solam † provisionem et prefectionem eidem ecclesie Roskildensi per nos hodie consistorialiter factam apud sedem apostolicam harum serie vacare decernimus, et nihilominus Johanni Wulff, Johannis regis Dacie secretario et ad nos per eundem regem nuntio specialiter destinato, ac Cristoforo Jacobi consanguineo prefati electi, et Johanni Tatze clericis Bremensis et Roskildensis diocesium specialem gratiam facere volentes, de cantoria, que in dicta Roskildensi dignitas non tamen maior seu officium existit [fructus 4 mr.], Johanni, [Roskildensis] [fructus etiam 4 mr.] Cristoforo, ac [fructus similiter 4 mr.] Arusiensis ecclesiarum canonicatibus et prebendis predictis Johanni prefatis motu simili providemus. Fiat. J. Datum Rome 13. kal. sept. anno 9.

Suppl. 1385 fol. 95 v.

4312. **2. Sept. 1512.**

Kong Hans's Sekretær Anders Glob faar Suppliken Nr. 4304 udvidet til at gælde 3 (i Stedet for 2) Beneficier.

Reformatio Andree Glob, cuius supplicatio preinserta est, sub data Rome 4. id. aug. anno 9 . . .

Cum prefatus Andreas orator de nobili et militari genere procreatus et Johannis Dacie regis secretarius [existat], et ut idem Andreas a s. v. uberiorem gratiam reportasse censeatur, dignetur igitur s. v. litteras ampliores super preinserta supplicatione conficiendas cum dispensatione ad tria curata seu alias incompatibilia beneficia . . insimul ad vitam obtinenda, alias juxta ipsius preinserte supplicationis tenorem, expediri mandare . . . . Concessum in presentia pape. L. cardinalis Agennensis. Datum Rome 4. non. sept. anno 9.

Suppl. 1386 fol. 184 v.

4313. **2. Sept. 1512.**

Paven reserverer en aarlig Pension af Kanonikater og Præbender i Ribe og Aarhus samt af Provstiet i Mors og Hanherred i Børglum Stift for Kardinal Marcus (Vigerius).

Marco episcopo Penestrino. Ad personam tuam [etc.]. Cum itaque hodie tu, cui alias Ripensis et Arusiensis ecclesiarum canonicatus et prebende ac prepositura ruralis, in Morsen et Hanherde nuncupata, per clericos seculares teneri solita, in ecclesia Burgaliensi [ɔ: Burglanensi], tunc per obitum Ditlei Langeberche scriptoris ac familiaris nostri vacantes et inantea dispositioni apostolice reservati, per te, quoad viveres, gubernandi apostolica fuerint auctoritate comendati, comende huiusmodi canonicatuum et prebendarum ac prepositure predictorum, possessione per te non habita, in manibus nostris sponte cesseris, nosque cessionem huiusmodi admittentes canonicatus et prebendas ac preposituram predictos, adhuc, ut prefertur, vacantes et reservatos, Johanni Vulff canonico Ripensi per alias nostras litteras contulerimus et de illis etiam providerimus, nos tibi, ne ex cessione huiusmodi nimium dispendium patiaris, et ut impensarum onera, que te jugiter de necessitate subire oportet, facilius perferre ac statum tuum juxta cardinalatus dignitatis exigentiam decentius tenere valeas . ., pensionem annuam 10 duc. auri de camera super canonicatuum et prebendarum ac prepositure predictorum fructibus, tibi, quoad vixeris, vel procuratori tuo . . per dictum Johannem, cuius ad hoc expressus accedit assensus, annis singulis in festo b. Michaelis archangeli de mense septembris in Romana curia integre persolvendam et per te etiam, quoad vixeris, etiam una cum Prenestina ac Senogaliensi, quibus . . preesse dignosceris, et quibusvis aliis ecclesiis . . et beneficiis, que obtines et obtinebis, percipiendam et fruendam, tenore presentium reservamus . . . . Quocirca Militensi et Cauallicensi episcopis ac officiali Ripensi mandamus, quatenus . . . . faciant auctoritate nostra tibi vel procuratori tuo pensionem tunc debitam . . . . integre persolvi, et nichilominus eundem Johannem, si illum excommunicationis sententiam incurrisse constiterit, quotiens super hoc pro parte tua fuerint requisiti, tam diu dominicis[1]) aliisque festivis diebus in ecclesiis, dum maior inibi populi multitudo ad divina convenerit, excommunicatum publice nuntient ac faciant ab aliis nuntiari ac ab omnibus arctius evitari, donec tibi vel procuratori tuo de pensione debita fuerit satisfactum . . . . Datum Rome 4. non. sept. anno 9.

Reg. Vat. 982 fol. 93[2]).

---

[1]) Gz. — Cod. divinis [2]) Ogsaa Supplik (Concessum in presentia pape. L. cardinalis Agennensis) i Suppl. 1386 fol. 183 v; her kaldes Johannes Wulff Johannis regis Dacie secretarius et nuntius ad s. v. destinatus

4314. **2. Sept. 1512.**

Paven giver motu proprio Klerken Johan Wulf fra Slesvig Stift Ventebrev paa eet eller to Beneficier i Aarhus Stift og kasserer den tidligere Reservation af eet eller to Beneficier i Slesvig Stift.

Motu proprio etc. Dudum sub data in litteris exprimenda Johanni Lupi, alias Wulff, clerico Slesvicensis diocesis, de uno vel duobus beneficiis tunc qualificatis, ad collationem etc. episcopi Slesvicensis ac certorum aliorum tunc expressorum collatorum pertinentibus, vacantibus aut simul vel successive vacaturis, per alias nostras litteras provideri mandavimus, certis sibi desuper executoribus deputatis. Cum autem dictus Johannes ex gratia et litteris predictis quoad collationem Slesvicensem huiusmodi nullum hactenus fructum reportaverit neque consequi speret in futurum, nos, litteras predictas et processus habitos per easdem ac inde secuta quecunque, dicto Johanne id volente et in hoc expresse consentiente, cassantes . . necnon ad infra scripta mutantes ipsumque Johannem gratioso favore prosequi volentes, motu simili eidem Johanni de beneficio, etiam si decanatus vel archidiaconatus ruralis seu vicaria vel cappellania perpetua, qui vel que dignitas, etiam curata, extra tamen cathedralem ecclesiam, reputetur, seu canonicatus et prebenda, dignitas, personatus, administratio vel officium etiam curatum et electivum in cathedrali, etiam metropolitana vel collegiata, ecclesia fuerit, vacanti vel vacaturo, spectanti ad collationem etc. episcopi et capituli ecclesie Arusiensis vel aliorum collatorum in litteris exprimendorum etiam ratione dignitatum etc. providemus, ... et nichilominus motu simili volumus, quod littere predicte cum omnibus in eis contentis clausulis nec non processibus predictis ab eorum omnium dat[is] et inde secuta quecunque valeant plenamque roboris firmitatem obtineant et sibi suffragentur etiam ad hoc, ut ipse Johannes tam illorum quam desuper conficiendarum litterarum vigore beneficium per[1]) presentes inantea vacaturum acceptare et in illius assecutione omnibus antelationum prerogativis, privilegiis et indultis, quibus nonnulli familiares continui commensales nostri, etiam antiqui et in certis aliis nostris etiam in forma brevis litteris quoad quasdam illis per nos concessas antelationum prerogativas descripti seu describendi, in simili assecutione quorumcunque beneficiorum, que vigore gratiarum expectativarum per nos eis

[1]) post Gz.

concessarum duxerint acceptanda, gaudent ac gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non solum ad ipsorum antiquorum et descriptorum seu describendorum familiarium instar, sed pariformiter et absque ulla differentia, sine tamen eorundem prejudicio gaudere valeat, dictique executores et ab eis pro tempore deputati gubernatores † de beneficio † huiusmodi sibi providere ac omnia in premissis quomodolibet oportuna facere et exequi possint et debeant, alias juxta ipsarum litterarum continentiam in omnibus, perinde ac si nos per priores litteras predictas sibi etiam de beneficio per presentes huiusmodi provideri mandavissemus, et processus predicti super hoc habiti et decreti fuissent, ipseque Johannes unus de numero dictorum familiarium descriptorum et cum eis in eisdem litteris descriptus foret, non obstantibus nostris super idiomate quoad parrochialem ecclesiam †[1]) editis et aliis constitutionibus. Concessum motu proprio in presentia pape. L. cardinalis Agennensis. . . . . Cum derogatione statutorum in [ɔ: de] optando maiores prebendas et de non obtinendis canonicatibus et prebendis seu non recipiendo nisi certo modo qualificatos necnon privilegiorum desuper concessorum ad effectum. Datum Rome 4. non. sept. anno 9.

Suppl. 1386 fol. 189 v.

4315. **2. Sept. 1512.**

Paven giver motu proprio Klerken Hermannus Wesselinch fra Osnabrück Stift Ventebrev paa eet eller to Beneficier i Viborg Stift og kasserer den tidligere Reservation af eet eller to Beneficier i Slesvig Stift.

Motu proprio etc. dudum sub data in litteris exprimenda Hermanno Wesselunch (!) clerico Osnaburgensis diocesis de uno vel duobus beneficiis, tunc quomodolibet ad collationem etc. episcopi Slesvicensis ac certorum aliorum tunc expressorum collatorum pertinentibus, . . . [*etc. mutatis mutandis som foregaaende Brev*] . . . Concessum motu proprio in presentia pape. L. cardinalis Agennensis. Datum Rome 4. non. sept. anno 9.

Suppl. 1386 fol. 189.

4316. **2. Sept. 1512.**

Paven giver motu proprio Klerken Otto Ratlow fra Slesvig Stift Ventebrev paa eet eller to Beneficier og kasserer den tidligere Reservation af eet eller to Beneficier i Slesvig Stift.

---

[1]) I det følgende Brev (Nr. 4315) staar: et de non concedendo expectativam extra nationem

Motu proprio. Dudum sub data in litteris exprimenda Ottoni Rotlaw de nobili et militari genere procreato clerico Slesvicensis diocesis de uno vel duobus beneficiis [*etc. som Nr. 4314 mutatis mutandis, dog kun* ad collationem etc. collatorum in litteris exprimendorum]. Concessum motu proprio in presentia pape. L. cardinalis Agennensis. Datum Rome 4. non. sept. anno 9.

Suppl. 1386 fol. 194.

4317. **2. Sept. 1512.**

Paven befaler Biskoppen i Ribe at overdrage Kanonikat og større Præbende i Roskilde til Klerken Jens Sørensen fra Ribe.

Episcopo Ripensi. Dignum etc. Dudum siquidem etc. Cum itaque postmodum canonicatus et maior ac capitularis[1]) prebenda ecclesie Roskildensis, in qua nonnulle maiores et capitulares ac minores prebende fore noscuntur, per liberam resignationem Jacobi Krumpen per Zutpheldum Wardenberg scriptorem archivii Romane curie procuratorem suum in manibus nostris sponte factam et per nos admissam apud sedem eandem vacent ad presens, nullusque de illis preter nos hac vice disponere possit . ., nos, volentes Johannem Seuerini clericum Ripensem favore prosequi gratioso, fraternitati tue mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem eundem Johannem ad hoc idoneum esse reperies, canonicatum et maiorem ac capitularem prebendam predictos [fructus 4 mr.] eidem Johanni auctoritate nostra conferas . . . Datum Rome 4. non. sept. anno 9.

M. XX. 8. kal. oct. anno 9. de Campan[i]a.

Reg. Lat. 1254 fol. 211; ogsaa (II) Supplik (Concessum in presentia pape. L. cardinalis Agennensis) i Suppl. 1386 fol. 182.

4318. **3. Sept. 1512.**

Den udvalgte Biskop Lage Urne i Roskilde faar Fristen til at lade sig indvie forlænget med et halvt Aar.

Cum Lagho electus ecclesie Roskildensis munus consecrationis, quod ratione eiusdem ecclesie, cui eum s. v. prefecit, suscipere tenetur, infra tempus a sacris canonibus constitutum absque magno illius dispendio suscipere non possit, supplicat igitur, quatenus tempus predictum, infra quod adhuc existit, usque ad sex menses a fine dicti temporis computandos prorogare sibique, quod interim propter non receptionem huius-

[1]) II: capitularem nuncupatam inter sex prebendas eiusdem ecclesie

modi aliquas penas aut censuras a jure vel alias constitutas minime incurrere posse demum (!) possit, concedere dignemini. Concessum in presentia pape. L. cardinalis Agennensis. Et per breve s. v. attenta materia. Datum Rome 3. non. sept. anno 9.

Suppl. 1386 fol. 78 v.

4319. **3. Sept. 1512.**

Klerken Johan Wulf fra Slesvig Stift, Kong Hans's Sekretær og Sendebud ved Kurien, faar Kanonikat og større Præbende i Roskilde.

Cum canonicatus et, inter sex prebendas nuncupata, maior et capitularis prebenda ecclesie Roskildensis ad altare sex prebendarum, quos Cristophorus Jacobi obtinet seu obtinebat, ex eo, quod alias s. v. canonicatum et prebendam, inter quindecim maiores nuncupatam, in capella s. Laurentii in dicta ecclesia, tunc per promotionem Lagonis electi Roskildensis ad ecclesiam Roskildensem factam vel alias vacantes, eidem Christophoro Jacobi contulit, vace[n]t ad presens seu per assecutionem huiusmodi vacare spere[n]tur, supplicat Johannes Wulff clericus Slesvicensis, pro illustrissimo rege Dacie ad s. v. et sedem apostolicam nuntius destinatus et eiusdem regis secretarius, quatenus sibi de canonicatu et prebenda capitulari vacantibus predictis [fructus 4 mr.] exnunc, prout extunc, et e contrario providere dignemini. Concessum in presentia pape. L. cardinalis Agennensis. Et cum derogatione statutorum et consuetudinum, etiam de optando, predictorum latissime extendenda, adeo quod omnino tollantur . . . Datum Rome 3. non. sept. anno 9.

Suppl. 1386 fol. 182.

4320. **3. Sept. 1512.**

Paven indsætter Ærkebiskoppen i Lund, Abbeden i Herresvad og Ærkedegnen i Rostock til Værneherrer for Helligaandsklostret i Malmø efter Anmodning af dettes Prior Severin Ibsen og Brødrene.

Archiepiscopo Lundensi et abbati monasterii Heretzuadensis Lundensis diocesis ac archidiacono Rostockcensi in ecclesia Zwerinensi. Militanti ecclesie *(Dipl. dioc. Lund. VI).* Datum Rome 3. non. sept. anno 9.

M. LXXX. de Campania.

Reg. Lat. 1273 fol. 13; ogsaa Supplik (Concessum in presentia pape. L. cardinalis Agennensis) i Suppl. 1385 fol. 316.

4321. **7. Sept. 1512.**

Kong Hans og Hertug Frederik faar det overdraget til »probi viri in partibus« at skride ind mod Biskoppen og Kapitlet i Münster, som havde be-

mægtiget sig den Brødrene tilhørende Borg Delmenhorst i Bremen Stift, og tvinge dem til at levere den tilbage.

Quamvis quoddam castrum, in Delmenhorst nuncupatum, Bremensis diocesis cum universis attinentiis et juribus suis ad Johannem Dacie etc. regem ac Fredericum Holsatie etc. ducem litis consortes ipsorumque posteros et successores hereditario sive successionis jure pertinere noscatur, nichilominus tamen episcopus et capitulum ecclesie Monasteriensis, quibus nullum jus competit, illud et illa de facto occupare presumpserunt, prout etiam occupant de presenti, fructus ex eisdem provenientes levando et in suos respective damnabiles usus convertendo in animarum suarum periculum et dictorum regis et ducis respective prejudicium non modicum et gravamen, et, licet pro parte eorundem oratorum sepius ad restituenda premissa amicabiliter requisiti fuerint, attamen usque in presens hoc facere minime curaverunt. Recurrunt igitur dicti oratores ad s. v. supplicando, quatenus causas, quas respective habent habereque intendunt contra prefatos episcopum et capitulum omnesque alios sua interesse putantes de castro ac attinentiis et juribus predictis rebusque aliis etc. in actis causarum huiusmodi latius deducendis, mandare dignemini aliquibus probis viris in partibus illis audiendas, cognoscendas, decernendas fineque debito terminandas etiam summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura judicii, et prout in beneficialibus, una cum suis omnibus incidentiis, dependentiis, emergentiis, annexis et connexis, et cum potestate citandi dictos episcopum et capitulum omnesque alios predictos, etiam per edictum publicum, constito summarie et extrajudicialiter de non tuto accessu, illisque et aliis quibuscunque toties, quoties videbitur, per simile edictum sub penis, sententiis et censuris ecclesiasticis et decem millium duc. camere apostolice applicandorum penis inhibendi necnon contravenientes et rebelles inhibitionis huiusmodi sententias, censuras et penas, etiam pecuniarias, predictas damnabiliter incurrisse declarandi, agravandi, reagravandi, interdictum ecclesiasticum apponendi et brachii secularis auxilium invocandi . . . ac quascunque litteras desuper decernendi et alia faciendi, que merita causarum huiusmodi quomodolibet requirunt, non obstantibus Bonifacii pape VIII de una et de duabus dietis in concilio generali edita, dummodo non ultra tres, et aliis constitutionibus apostolicis . . . ., etiam si illis caveatur expresse, quod ipsi extra vel ultra certa loca ad judicium trahi non possint, quibus, illis

alias in pristino robore permansuris, hac vice dumtaxat placeat derogare . . . Concessum in presentia pape. L. cardinalis Agennensis. Et per breve s. v. hac supplicatione introclusa. Datum Rome 7. id. sept. anno 9.

Suppl. 1385 fol. 315.

4322. **7. Sept. 1512.**

Kong Hans's Sekretær, Klerken Anders Glob fra Viborg Stift, som efter Kongens Indstilling af Paven var udnævnt til Provst ved Vor Frue Provsti i Odense, faar det overdraget til »probi viri in partibus« at afgøre en Sag, han vil føre mod Biskop Jens Andersen (Beldenak) i Odense, som uretmæssig har bemægtiget sig Frue Kirke og de under Provstiet hørende Ejendomme.

Cum alias s. v. expositum fuisset, quod Johannes modernus episcopus Ottoniensis quandam parrochialem ecclesiam b. Marie Ottoniensem prepositure rurali eiusdem b. Marie Ottoniensi annexam ac jurisdictionem, colonos et redituarios ad eandem preposituram, que de jure patronatus Johannis moderni et pro tempore Dacie regis existit, pertinentes contra mentem et voluntatem eiusdem Johannis moderni regis patroni eiusdem prepositure ad eius mensam episcopalem auctoritate propria et de facto applicasset, e. s. v. applicationem et alia sic per eundem episcopum de facto gesta et attemptata annullavit prefatamque preposituram ad presentationem prefati Johannis regis per eius litteras s. v. factam Andree Glob clerico Vibergensis diocesis dicti regis secretario et, prout ante pretensam applicationem huiusmodi fuerat, cum omnibus juribus jurisdictionalibus ecclesie, colonis et pertinentiis eiusdem gratiose contulit et de illa providit. Sed quia prefatus Johannes episcopus e contra se de parrochiali ac jurisdictione necnon colonis et aliis juribus et pertinentiis dicte prepositure per certum tempus citra temere intromisit et illa de facto occupavit, prout occupat, verisimiliter creditur, quod nullo modo nisi via juris compulsus manus ab eisdem retrahet et illa ac alia per eundem de dicta prepositura occupata libere minime dimittet. Recurrit igitur ad pedes s. v. dictus Andreas supplicando, quatenus e. s. v. dignetur in partibus illis aliquibus probis viris mandare, quatenus causas, quas habet habereque intendit contra prefatum Johannem episcopum illiusque pro tempore successores ac omnes alios sua interesse putantes de dicta prepositura ac parrochiali et jurisdictione necnon colonorum aliorumque jurium, fructuum predictorum et

aliorum[1]) ad eandem quomodolibet [spectantium] alienatione, occupatione rebusque aliis in actis cause latius deducendis, etiam summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura judicii etc. audiant, cognoscant, decidant fineque debito terminent . . et cum potestate prefatum Johannem episcopum omnesque alios supradictos citandi, etiam per edictum publicum [*etc. som Nr. 4321 til*] Concessum in presentia pape. L. cardinalis Agennensis. Ac per breve s. v. hac supplicatione introclusa. Datum Rome 7. id. sept. anno 9.

Suppl. 1385 fol. 315 v.

4323. **[7. Sept.?] 1512.**

Paven befaler sin Kammermester og Skatmester at lade Biskop Lage Urne i Roskilde slippe med Halvdelen af de sædvanlige Servispenge til det pavelige Kammer.

Motu proprio etc. Raphaeli episcopo Ostiensi camerario ac Orlando archiepiscopo Avenionensi thesaurario nostris necnon camere apostolice clericis ceterisque eiusdem camere presidentibus, notariis et aliis officialibus, ad quos spectat. Sub nostre indignationis penis vobis in solidum districte precipiendo mandamus, quatenus litteras nostras apostolicas super provisione ecclesie Roskildensis, cui nuper tunc pastoris solatio destitute de persona Lagonis ipsius ecclesie episcopi per dictas nostras litteras providimus . . . ., que quidem ecclesia in libris camere apostolice ad 1000 duc. auri de camera taxata reperitur, absque solutione alterius medietatis dicte taxe seu communis ad nos pertinentis expediatis dictasque litteras sic expeditas eidem Lagoni vel eius procuratori restituatis ac quascunque obligationes forsan occasione alterius medietatis huiusmodi factas seu faciendas ex libris tam communium quam annatarum nostrarum ipsius camere cassetis et extinguatis, quoniam medietatem taxe huiusmodi eidem Lagoni episcopo tenore presentium gratiose donavimus ac donamus, ipsumque Lagonem episcopum vel pro eo procuratorem predictum ad aliqua jura occasione medietatis huiusmodi per nos, ut prefertur, remisse quomodolibet exsolvenda minime teneri volumus et decernimus, non obstantibus mandatis nostris forsan vive vocis oraculo factis . . . . Placet et ita motu proprio mandamus. J.

Arm. 29 vol. 61 fol. 118 v.

---

[1]) Cod. alios

4324. 7. Sept. 1512.

Optegnelse om, at Lage Urne betaler Servispenge til det pavelige Kammer.

[1512] Die 7. sept. habuit fl. 220 auri de camera a Ligone electo ecclesie Ros[k]i[l]densis pro communi pape dicte ecclesie per manus de Fuccaris in curia. fl. 220.

Introitus et Exitus 550 fol. 57.

4325. 8. Sept. 1512.

Optegnelse om, at Anders Glob fritages for at betale Annater af Provstiet ved Frue Kirke i Odense.

[1512] Die 8. sept. Zutpheldus Wardenberg scriptor archivii, procurator Andree Glob prepositi ecclesie b. Marie Ottoniensis, obligavit suum principalem camere pro annata dicte prepositure [fructus 6 mr.]. Et providetur dicto Andree Glob sub data 8. id. aug. anno 9. Et promisit solvere dictam annatam ad annum sub penis camere. Et juravit etc.

Restituta, quia probavit et narravit occupationem dicte prepositure de mandato subscripto manu Johannis Wlf clerici Bremensis diocesis publici notarii.

Overstreget og i Margen: Die 9. julii 1515 solvit duc. 13 et sol. 2 per manus dicti Zutfeldi, qui fuerunt soluti Petro Busdrage ad computum unius sui mandati palliorum carnisprivii preteriti duc. 325 de mandato F. Ponzetti thesaurarii.

Annate 1512—13 fol. 40 (Archivio di Stato).

4326. 9. Sept. 1512.

Paven giver sit Samtykke til, at Prioren Peder Pedersen Plog for Helligaandsklostret i København har givet Afkald paa sin Overhøjhed over Klostret i Malmø, hvilket senere paa et Provinsialkapitel i København er blevet stadfæstet af Helligaandsordenens Vikar for Danmark Jens Madsen, og fastsætter efter Ansøgning af Prioren i Malmø Severin Ibsen, at dette Kloster skal staa direkte under Vikaren og den romerske Stormester.

Ad perpetuam rei memoriam. In suprema apostolice dignitatis specula *(Dipl. dioc. Lund. VI).* Datum Rome 5. id. sept. anno 9.

M. LX. de Campania.

Reg. Lat. 1273 fol. 15 v; ogsaa Supplik (Concessum in presentia pape. L. cardinalis Agennensis) i Suppl. 1386 fol. 193.

4327. 10. Sept. 1512.

Paven overdrager Johan Wulf Kanonikater og Præbender i Ribe og Aarhus samt Provstiet i Mors og Hanherred i Børglum Stift, tillader ham at besidde to forenelige Embeder og fritager ham for at residere ved dem.

Johanni Wulff canonico Ripensi. Vite ac morum honestas [etc.]. Dudum siquidem omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia quorumcunque litterarum apostolicarum scriptorum tunc vacantia et inantea vacatura dispositioni nostre reservavimus. Et deinde, Ripensis et Arusiensis ecclesiarum canonicatibus et prebendis ac per clericos seculares teneri solita prepositura rurali, in Marss (!) et Hanherde nuncupata, in ecclesia Burglanensi Premonstratensis ordinis, quos Detleuus Langebeke dictarum litterarum scriptor obtinebat, per obitum eiusdem Detleni vacantibus, nos illos Marco episcopo Penestrino per eum, quoad viveret, gubernandos per alias nostras litteras commendavimus. Cum autem dictus Marcus episcopus commende huiusmodi canonicatuum et prebendarum ac prepositure predictorum, possessione per eum non habita, hodie in manibus nostris sponte cesserit, nosque cessionem ipsam duxerimus admittendam, et propterea canonicatus et prebende ac prepositura predicti adhuc vacare noscantur . . ., nos tibi, qui per Johannem Dacie regem ad nos nuntius destinatus et eiusdem Johannis regis secretarius existis, specialem gratiam facere volentes, canonicatus et prebendas et, que in dicta ecclesia Burglanensi dignitas non tamen post pontificalem maior existit, preposituram predictos [fructus insimul 4 mr.] tibi conferimus et de illis etiam providemus . . . . Nos enim tecum, ut quecunque duo dissimilia aut simplicia similia sub singulis tribus tectis . . consistentia alias se invicem compatientia beneficia . . . recipere et insimul, quoad vixeris, retinere . . . . . . libere valeas, quodque in dicta curia vel altero beneficiorum per te pro tempore obtentorum residendo vel litterarum studio in loco, ubi illud vigeat generale, insistendo etiam, quoad vixeris, omnes fructus . . ., quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, libere percipere valeas . . et ad residendum interim in eisdem minime tenearis, tenore presentium dispensamus cum clausula totiens quotiens permutandi . . . . . .

Quocirca episcopo Cavallicensi et preposito s. Marie ad Gradus Coloniensis ac Andree Viues canonico Barchinonensis ecclesiarum mandamus, quatenus te inducant . . . Volumus autem, quod sub eisdem tectis consistentia beneficia huiusmodi debitis propterea non fraudentur obsequiis . . . ., quodque, si per te simpliciter resignandorum beneficiorum singulorum fructus 24 fl. auri de camera valorem annuum excedant, conferentes et illi, quibus beneficia huiusmodi conferentur, et si ex dicta causa

resignata fuerint, illorumque ac tibi ex causa huiusmodi tunc collatorum beneficiorum fructus . . inequales et maioris valoris extiterint, etiam si ipsa inequalitas 24 fl. similium valorem annuum non transcendat, conferentes predicti et illi, quibus beneficia maioris valoris huiusmodi tunc collata fuerint, de nominibus et cognominibus personarum ac beneficiorum eorundem ac diebus factarum collationum huiusmodi gentes camere apostolice aut collectores vel succollectores fructuum eidem camere debitorum in partibus illis pro tempore deputatos infra unum, si citra, et tres menses, si ultra montes collationes ipse facte fuerint, juxta quasdam Sixti IIII et Innocentii VIII Romanorum similiter [pontificum] super hoc editas litteras certificare procurent, alioquin beneficia ipsa sic collata vacare censeantur eo ipso . . . . Datum Rome 4. id. sept. anno 9.

Gratis de mandato pape.

Reg. Vat. 972 fol. 33; ogsaa en reformatio til Supplik (Concessum in presentia pape. L. cardinalis Agennensis) i Suppl. 1386 fol. 197.

4328. **11. Sept. 1512.**

Paven tager under sin Beskyttelse Forstanderen og de Fattige i St. Karens Spedalskhedshospital i Aarhus og stadfæster særlig dettes Ret til St. Nikolaj Kirke i Maarslet, der er evig forbunden med det, samt dets af Kong Hans bekræftede Ret til at udsende Bedere i Nim, Hjelmslev, Hasle, Sabro, Framlev, Gjern og Holbo Herreder. Endvidere forbyder Paven, at der maa tages Tiende af Hospitalet.

Provisori et universis pauperibus domus leprosorum s. Catherine Arusiensis. Sacrosancta Romana ecclesia *(Pontoppidan, Annales eccl. Dan. II, 739—40; Reg. 5526).* Datum Rome 3. id. sept. anno 9.

Barth. F, 191.

4329. **13. Sept. 1512.**

Klerken Conradus de Ansfelt fra Mainz Stift faar et evigt Vikariat i Lübeck, ledigt ved Slesvigklerken Johan Schuldorps Resignation.

Cum Johannes Schuldurp clericus Slesvicensis, cui alias de perpetua sine cura vicaria sita in ecclesia Lubicensi apostolica auctoritate provisum extitit, omni juri sibi in dicta vicaria quomodolibet competenti litteris tunc desuper minime confectis in manibus s. v. sponte cedat, supplicant igitur tam Johannes Schuldorp quam etiam Conradus de Ansfelt clericus Maguntine diocesis, quatenus cessionem huiusmodi admittentes dictam vicariam [fructus 4 mr.] eidem Conrado conferre dignemini. Con-

cessum in presentia pape. L. cardinalis Agennensis. . . . . Et in litteris, que in forma simplicis aut nove provisionis, si neutri [etc.], expediri possint. Datum Rome id. sept. anno 9.

Suppl. 1389 fol. 282 v.

4330. 13. Sept. 1512.

Biskop Lage Urne i Roskilde lover at betale Servispenge til det pavelige Kammer og Kardinalkollegiet.

1512. 13. sept. Lago electus Roskildensis provisus 13. kal. sept. anno 9 obtulit fl. 1000.

Uddrag af Garampi efter Obl. C. A. fol. 147 og S. C. 11 fol. 54 (tabte).

4331. 17. Sept. 1512.

Paven bestemmer efter Ansøgning af Prioren Severin Ibsen i Helligaandsklostret i Malmø, at dettes Brødre, Tjenere og Lemmer maa have Lov til at vælge en Skriftefader, der een Gang i Livet og i Dødsøjeblikket kan give dem Absolution for alle deres Synder, selv dem, der ellers henhørte under Pavestolen.

Ad perpetuam rei memoriam. Romani pontificis circumspecta benignitas *(Dipl. dioc. Lund. VI)*. Datum Rome 15. kal. oct. anno 9.

A. XC. Colotius.
Reg. Lat. 1267 fol. 437 v.

4332. 17. Sept. 1512.

Klerken Jens Sørensen fra Ribe Stift fritages for at betale Annater til det pavelige Kammer af Provstiet i Thyholm.

[1512] Die 17. sept. Zutpheldus Wardenberck decanus Swerinensis, procurator Johannis Seuerini clerici Ripensis diocesis, prout de mandato co[n]stat manu Johannis Wulff clerici Bremensis diocesis publici notarii[1]), obligavit se camere apostolice pro annata prepositure ruralis in Thurhelm Burglanensis diocesis [fructus 8 mr.], et providetur eidem Johan[n]i sub data 4. non. sept. anno 8. Et promisit solvere dictam annatam ad annum aut infra mensem postea. Docet de non habita possessione sub penis camere. Et juravit. Restituta de mandato Philippi de Senis, quia docuit de intruso per testes.

Overstreget og tilføjet i Margen: Die 10. julii 1515 solvit duc. 10 auri de camera per manus dicti Zutfeldi Petro Busdrage ad

[1]) Cod. notarii constat obligavit

computum unius sui mandati 325 duc. pro paliis carnisprivii preteriti; residuum solvit officiis participantibus. Patet per eorum quietantias. Et solvit de mandato F. Ponzetti thesaurarii.

Annate 1512—13 fol. 46 v (Archivio di Stato).

4333. 22. Sept. 1512.

Kantoren og Kapitlet i Haderslev faar det overdraget til »probi viri in partibus« at afgøre en Sag, de vil føre mod Hamburgerkanniken Helmold Alverding og Haderslevkanniken Johan Wulf, som uretmæssig havde beholdt nogle Penge, der var indsamlede af Kardinal Raimundus (Peraudi) i Anledning af Jubelaaret.

Exponitur pro parte cantoris et totius capituli collegiate ecclesie Haderslevensis Slesvicensis diocesis, quod, licet alias ipsi quibusdam Helmoldo Aluerdinck b. Marie Hamburgensis Bremensis diocesis et Johanni Wulff eiusdem Haderslevensis ecclesiarum canonicis consignassent quasdam pecuniarum summas collectas per commissarios bone memorie Raymundi s. Romane ecclesie cardinalis in partibus illis apostolice sedis legati et apud ipsos oratores depositas ad effectum, ut huiusmodi pecuniarum summe consignarentur et pervenirent ad usus camere apostolice seu manus collectorum eiusdem camere in partibus illis, prefatique Helmoldus et Johannes desuper eorum apocas et scripturas propriis manibus ipsorum scriptas etiam super indempnitate eorundem cantoris et capituli necnon ecclesie Hadderslevensis dedissent, nichilominus tamen[1]) dicti oratores postmodum per collectores eiusdem camere in partibus illis super prefatis summis sic solutis et dictis Helmoldo et Johanni presentatis inquietati et ad illas solvendum eisdem collectoribus de novo compulsi fuerunt pro eo, quod dicti collectores prefatas summas de manibus dictorum Helmoldi et Johannis nunquam receperunt nec recipere pot[u]erunt, propter que capitulum et ecclesia maxima incommoda et damna pariter et jacturas sustinuerunt. Recurrunt igitur ad pedes s. v. dicti oratores supplicando, quatenus dignetur aliquibus probis viris in partibus illis mandare, quatenus prefatos Helmoldum et Johannem adversarios respective et particulariter infra certum competentem terminum arbitrio eorum prefigendum sub excommunicationis et aliis penis et censuris ecclesiasticis monea[n]t, ut huiusmodi summas pecuniarum per eos, ut prefertur, habitas eisdem oratoribus reddant . . . necnon

---

[1]) Gz. — Cod. cum

de damnis et interesse propterea passis satisfaciant, et alias et cum effectu et in eventum non paritionis huiusmodi monitorii eosdem Helmoldum et Johannem easdem censuras et penas incidisse declarent, aggravent et reaggravent et interdictum ecclesiasticum apponant una cum invocatione brachii secularis ceteraque faciant, que in premissis videbantur [ↄ: -buntur] oportuna, et nichilominus causas, quas prefati cantor et capitulum oratores habent habereque intendunt contra prefatos Helmoldum et Johannem adversarios omnesque alios sua interesse putantes super pecuniarum summis ac damnis et interesse predictis rebusque aliis in actis causarum huiusmodi latius deducendis, etiam summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura judicii etc. † audiant, cognoscant et decidant fineque debito terminent cum facultate [illos et][1]) alios supradictos citandi, etiam per edictum publicum, constito summarie et extrajudicialiter de non tuto accessu, illisque et aliis quibuscunque toties, quoties videbitur, per simile edictum sub penis (!), sententiis et censuris et † penis, etiam pecuniariis, camere apostolice applicandis et arbitrio judicum imponendis inhibendo [ↄ: -i] necnon contravenientes et rebelles inhibitioni huiusmodi sententias, censuras et penas, etiam pecuniarias, predictas damnabiliter incidisse declarandi, aggravandi, reaggravandi, interdictum ecclesiasticum apponendi et brachii secularis auxilium invocandi, testes vero ad perhibendum testimonium veritatis et quoscunque alios jura et munimenta pro veritate et instructione presentis cause apud se habentes per similes censuras, appellatione in premissis remota, compellendi ac quascunque litteras desuper decernendi ac alia faciendi, que merita causarum huiusmodi quomodolibet requirunt, non obstantibus Bonifacii pape VIII de una et de duabus dietis in concilio generali edita aliisque constitutionibus apostolicis . . necnon aliis privilegiis incolis Slesvicensis et Holsatie ducatuum et aliis quibusvis personis etc. . . . concessis, etiam si in illis caveatur expresse, quod ipsi extra vel ultra certa loca ad judicium trahi non possunt, quibus, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat placeat expresse derogare . . . Concessum in presentia pape. L. cardinalis Agennensis. Et per breve s. v. hac supplicatione introclusa . . . Datum Rome 10. kal. oct. anno 9.

Suppl. 1387 fol. 254 (= 144).

---

[1]) add. Gz.

4334. **23. Sept. 1512.**

Klerken Johan Wulf fra Slesvig Stift lover at betale Annater af forskellige (nordtyske) Embeder, der er reserverede for ham.

[1512] Die 23. dicti [ɔ: mensis sept.] Johannes Wolff clericus Slesvicensis obligavit se etc. pro annata reservationis specialis in diversis beneficiis, etiam si canonicatus etc., in aliqua ex Bremensi, Lubicensi, Ratzeburgensi, Slesvicensi et Zuuerinensi [diocesibus] constitutis, quorum insimul fructus non excedant 200 auri duc., vacantibus per cessum vel decessum vel alias etc. etiam in mensibus ordinariis etc. et reservatis eidem sub data id. aug. anno 9. Et promisit certificare et solvere in eventum juramenti etc.

Annate 1512—13 fol. 48 v (Archivio di Stato).

4335. **23. Sept. 1512.**

Ribekanniken Johan Wulf lover at betale for Retten til at resignere og ombytte Embeder, som var givet ham tidligere (jfr. Nr. 4327).

[1512] Die 23. sept. Johannes Wolff canonicus Ripensis obligavit se pro facultate resignandi et permutandi juxta formam bulle sub data 4. id. sept. anno 9. Et promisit certificare et solvere in eventum juramenti etc.

Annate 1512—13 fol. 49 (Archivio di Stato).

4336. **24. Sept. 1512.**

Den udvalgte Biskop Lage Urne i Roskilde faar det overdraget til »probi viri in partibus« at paadømme en Sag, han fører mod Lægmanden Aske Schwichelen, som, da han rejste i Tyskland som Kong Hans's Gesandt til Kejseren, havde overfaldet ham og holdt ham i Fængsel.

Exponitur s. v. lamentabili cum querela pro parte Laghonis Urne electi ecclesie Roskildensis, quod, eo nuper oratore destinato ad invictissimum principem dominum Maximilianum Romanorum imperatorem electum pro parte Johannis Dacie regis, cuius etiam consiliarius existebat, prout existit, quidam iniquitatis filius Aske Schwichelen assertus laicus cum nonnullis eius complicibus etiam laicis eundem Lagonem, tunc cantorem et canonicum dicte ecclesie Roskildensis, in presbiteratus ordine constitutum, et in legatione sibi commissa profi[ci]scentem ad prefatum dominum imperatorem, in publica et regali via prope opidum Nortem Maguntine diocesis hostiliter invadere ac vim publicam sibi et comitibus suis inferre ac suas sacrilegas manus in eandem creaturam presbiterum et canonicum temere injicere ipsumque et comites

huiusmodi spoliare et depredari non erubuit et, quod deterius est, etiam prefatam creaturam captivam cepit et ab eadem juramentum per vim et metum extorsit, quod, quandocumque per dictum Asken sacrilegum seu dominos Johannem et Henricum assertos comites de Hoenstenn revocaretur in captivitatem, deberet in eo loco, ad quem vocaretur, captivus recomparere et ibidem carcerem continuare, et, premissis per prefatum oratorem dicto domino imperatori post alia legationis sue negotia expositis, prefatus dominus imperator, considerans, quod oratores et legati, presertim regum et principum, de jure gentium inviolabiles esse nec aliqua vis aut injuria eis erogari debeant, eandem creaturam eius imperiali auctoritate ab huiusmodi promissione et captivitate liberum et quietum declaravit et relaxavit necnon prefato Asken sacrilego et quibusvis aliis ipsius complicibus et adherentibus sub magnis penis, etiam peccuniariis, districtius inhibuit, ne deinceps in futurum prefatam creaturam seu eius comites super premissis inquietare aut eorum auctoritatem quicquam attemptare deberent. Et licet [preter] dictas penas et comminationem[1]) per prefatum dominum imperatorem eidem sacrilego ac suis adherentibus et complicibus continuatas etiam alie gravissime pene tam de jure canonico quam civili et presertim [per] quondam Carolum IV Romanorum imperatorem constitute sint contra similes sacrilegos et forefactores necnon eorundem fautores seu receptores, qui etiam eosdem inter cetera declaravit ipso facto infames ac omni honore privatos nec ad placita et consilia nobilium quovis modo admittendos, quarum penarum dicti adversarii ignoti forsan non existunt, tamen prefatus Asken sacrilegus et dicti Johannes et Henricus asserti comites de Hoenstein non obstantibus premissis prefatam creaturam ad captivitatem et carceres virtute dicti pretensi juramenti per vim et metum extorti revocare et per libellos ipsorum famosos propter non reditum publice scandalizare non erubescunt in contemptum mandatorum imperialium et sacrorum canonum et vilipendium episcopalis dignitatis. Unde recurrit dicta creatura ad pedes s. v. supplicando, quatenus dignetur e. s. v. aliquibus probis viris in partibus illis residentibus mandare, ut, constito sibi, etiam summarie et de plano, sine strepitu et figura judicii, etiam extrajudicialiter et, quantum etiam sibi sufficere videbitur, de premissis, prefatum Lagonem creaturam et quoscunque illius

[1]) Gz. — Cod. continuationem

comites et fidejussores a pretensis juramentorum obligationibus et compositionibus[1]) predictis per eos qualitercunque dictis et factis, etiam de non agendo contra dictum sacrilegum aut eius complices et fautores, absolvant, ad illarum observationem aliquo modo non teneri declarent et decernant juramentaque huiusmodi relaxent et quascunque obligationes fidejussionesque premissorum occasione quomodolibet factas penitus cassent, neve etiam tam atrocia delicta impunita remaneant, causas, quas dicta creatura habet ac habere intendit tam suo quam dictorum familiarium captorum et spoliatorum nominibus contra prefatum Asken sacrilegum et alios illius complices et fautores, etiam comites de Hoenstein predictos, omnesque alios interesse habentes in executione citationis vigore presentium decernende nominandos de violentiis, injuriis ac spolio bonorum suorum et aliorum familiarium suorum pretensaque captivitate huiusmodi ac restitutione omnium ab eadem creatura et familiaribus suis prefatis tempore captivitatis et invasionis predictarum aut postmodum quandocunque et qualitercunque ablatorum, habitorum, receptorum, surreptorum seu quomodolibet acquisitorum damnisque, expensis et interesse propterea quomodolibet habitis et passis rebusque aliis in actis causarum huiusmodi latius exprimendis et specificandis, audiant, cognoscant et decidant fineque debito terminent, cum potestate prefatum Asken sacrilegum ac omnes predictos eius fautores et complices suaque interesse putantes etiam per edictum publicum, constito summarie et extrajudicialiter de non tuto accessu, totiens, quotiens [opus] fuerit, citandi sibique ac dictis Johanni et Henrico comitibus de Hoenstein ac quibuscunque aliis, cuiuscunque status extiterint, per simile edictum sub maioris excommunicationis et viginti millium duc. auri de camera et amissionis nobilitatis et feudorum suorum et perpetue infamie ac aliis gravioribus arbitrio dictorum judicum apponendis penis, attento quod de censuris ecclesiasticis parum vel nichil curavit, inhibendi [et mandandi][2]), quod dictus Asken sacrilegus et alii eius complices et fautores ab ulteriori in captivitatem revocatione, hostilitate, diffamatione, comminatione, scandalizatione et injuriis predictis deinceps cessent et abstineant ac ab aliis, quantum in eis fuerit, cessari et abstineri faciant, et nichilominus prefatum Asken sacrilegum ac alios illius complices in executione exprimendos, qui huiusmodi captivitati personaliter

---

[1]) Gz. — Cod. captivitatibus [2]) add. Gz.

interfuerunt et eorum sacrilegas manus in prefatam creaturam injecerunt et ipsam spoliarunt, vocatis prius eisdem et, prout de jure fuerit faciendum, legitimo processu habito contra eosdem, eos canonem *Si quis suadente diabolo* et alias sententias, penas et censuras in[1]) sacris canonibus aut apostolicis [et] imperialibus constitutionibus, etiam in dicti Caroli IV et Maximiliani imperatorum litteris contentas penas incidisse, prout jur[is] fuerit, declarent et contra quoscunque rebelles et inobedientes inhibitioni et mandato auctoritate presentium decernendis prefatos [ɔ: -as] etiam penas incidisse declarent, aggravent, reaggravent et interdictum ecclesiasticum apponant usque ad invocationem brachii secularis et pro talibus et ut tales publice denuntient aliasque et alia fieri mandent, que in premissis fuerint oportuna, non obstantibus Bonifacii pape VIII de una et duabus dietis in concilio generali edita et aliis constitutionibus apostolicis ac quibuscunque privilegiis . . . Concessum, prout de jure, in presentia pape. L. cardinalis Agennensis. Et per breve s. v. hac supplicatione introclusa . . . . Datum Rome 8. kal. oct. anno 9.

Suppl. 1387 fol. 255 (= 145).

4337. **24. Sept. 1512.**

Kanniken Ditlev Smither i København, som er Lektor i kanonisk Ret ved Universitetet, faar Tilladelse til at oppebære Indtægterne af Kanonikatet uden at residere ved det.

Cum inter alia statuta seu consuetudines ecclesie et diocesis Roskildensis caveri dicatur, quod clerici sive persone in dicta ecclesia et diocesi beneficiati actualiter non residentes in beneficiis suis ibidem non possunt fructus necnon bona mobilia et immobilia dictorum beneficiorum suorum gubernare, sed coguntur habere procuratorem ex gremio ipsius ecclesie nominandum, qui beneficia huiusmodi ac fructus necnon bona eorundem gubernet ad eius libitum, unde, cum huiusmodi procuratores tamquam mercenarii potius quam veri pastores eorum peculiaribus lucris inhiare videantur ac potius proprium quam ipsorum beneficiatorum commodum respicere et per hoc ipsis beneficiatis non parva detrimenta circa redditus provenire soleant, supplicat igitur Ditleuus Smyter canonicus ecclesie b. Marie Haffnensis dicte diocesis, decretorum doctor et in artibus magister et in

[1]) Gz. — Cod. a

universali studio Haffnensi dicte diocesis lector ordinarius in jure canonico, quatenus sibi, quod in huiusmodi suis canonicatu et prebenda vel quibusvis aliis beneficiis in eadem diocesi pro tempore obtentis aut in posterum obtinendis residendo vel studio generali predicto insistendo omnes fructus quorumcunque beneficiorum per ipsum pro tempore obtentorum aut obtinendorum in eadem diocesi Roskildensi, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, quoad vixerit, percipere necnon bona, possessiones, agros et villas, domus et predia rustica et urbana, prata, pascua, silvas et piscinas et alia pertinentia ad beneficia sua huiusmodi gubernare necnon etiam emolumenta ex eis provenientia per se ipsum percipere, etiam quoad vixerit, possit . . . ., dummodo tamen onera sibi ratione huiusmodi beneficiorum incumbentia per honestos viros supportentur, concedere dignemini. Concessum in presentia pape. L. cardinalis Agennensis. Datum Rome 8. kal. oct. anno 9.

Suppl. 1387 fol. 263 (= 153).

4338. **24. Sept. 1512.**

Ribekanniken Jens Sørensen faar ny Provision paa Helligaandshospitalet i Ribe.

Alias hospitali pauperum s. Spiritus Ripensi tunc rectore carenti, illud Johanni Severini canonico Ripensi per capitulum ecclesie Ripensis, ad quod illius collatio etc. spectare dinoscitur, ordinaria fuit auctoritate collatum seu commissum et de illo sibi provisum, possessione forsan subsecuta. Cum autem dubitet collationem [etc.] viribus non subsistere, supplicat, quatenus hospitale predictum [cuius et illius capelle ac aliorum illi forsan annexorum fructus etc. 24 duc. auri de camera] per eum, quoad vixerit, [tenendum] juxta formam confirmationis Clementis pape V desuper in concilio Viennensi edite committere dignemini. Concessum in presentia pape. L. cardinalis Agennensis. Datum Rome 8. kal. oct. anno 9.

Suppl. 1387 fol. 264 (= 154).

4339. **29. Sept. 1512.**

Paven giver Plenaraflad til dem, der paa Marie Himmelfartsdag besøger Kapellet paa Gottorp, der er indviet til Jomfru Marie og St. Jørgen, og som holdes højt i Ære af Hertug Frederik og Hertuginde Anna. Afladen gælder for seks Aar (til og med 1518).

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Etsi cuncte orbis ecclesie *(Pontoppidan, Annales eccl. Dan. II, 738—39;*

Reg. 5527). Datum Rome sub annulo piscatoris die penultima sept. 1512 anno 9.

Orig. i Gemeinschaftl. Archiv I, 15. *Samtidig Paaskrift:* Indulgentia pro fratre regis Dacie duce etc. L. Dipl. Barth. C, 636.

4340. **22. Dec. 1512.**

Karmelitermunken Palle Jensen faar pavelig Stadfæstelse paa en Bestemmelse af Generalvikaren for Ordenen om, at han maa studere ved Universitetet i Upsala og derefter opholde sig i Klostret i Ørebro.

Exponitur pro parte Palnonis Johannis fratris ordinis fratrum b. Marie virginis de monte Carmelo, sacre theologie [baccalaurei?], provincie Dacie, quod alias, generali vicario apostolico dicti ordinis per eundem oratorem exposito, qualiter ipse orator per plures annos sacris litteris in facultate theologica operam dederat cupiebatque ab eodem vicario licentiam continuandi studium suum in universitate aliqua vel loco, ubi studium vigeat generale, idem vicarius sibi, quod [in] universitate Vpsalensi regni Svecie absque tamen gravamine ordinis et sui conventus, expensis parentum et amicorum suorum usque ad magisterii seu doctoratus gradum studere et deinde in monasterio Orebruensi eiusdem ordinis ac provincie ad libitum prioris ibidem permanere possit, licentiam concessit ac alias et alia fecit, prout in litteris patentibus sigillo dicti vicarii sigillatis latius continetur. Cum autem orator prefatus cupiat premissis robur apostolici muniminis adjici, supplicatur pro parte eiusdem oratoris, quatenus litteras predictas ac omnia in eis contenta, quatenus sint licita et honesta, apostolica auctoritate confirmare et nichilominus sibi, quod in dicta vel aliqua alia universitate dictum studium in facultate prefata usque ad doctoratus gradum continuare et, postquam idoneus repertus fuerit, magisterii insignia ibidem recipere, et deinde quodcunque monasterium dicti ordinis, in quo benevolos receptores invenerit, ingredi ibidemque altissimo perpetuo famulari possit, de novo concedere dignemini . . . Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii. Et [in] litteris, que in forma brevis expediri possint. Datum Rome 11. kal. jan. anno 10.

Suppl. 1394 fol. 164.

4341. **1512.**

»*Samme Aar [ɔ: 1512] skref hand [ɔ: Kong Hans] Pafven til, tackendis hannem faare, hand hafde hiulpet Erkebisp Albret af Meydeborg til Erkebispedommet til Mentz, begærendis, hans Postu-*

latz maatte confirmeris. Hand hafde tilforn ved andre Førster oc Herrer, Kongen af Engeland, Skotland, forarbeidet, at forskrefne Erkebisp af Meydeborg maatte blefvet Cardinal, men hand kom til Mentz oc blef Churførste, som forskrefvet staar.«

Hvitfeld VI, 293 4to (= 1086 Fol.).

4342. **6. Jan. 1513.**

Roskildekanniken Johan Wulf, som er Kong Hans's Sekretær og Sendebud ved Kurien, faar Tilladelse til at nyde Kurialernes Privilegier, selv under sin Fraværelse fra Kurien for Øjeblikket.

Cum Johannes Wulff canonicus ecclesie Roskildensis, Johannis Dacie etc. regis secretarius, ad s. v. nuntius ab eodem rege destinatus, et cui alias s. v. quasdam litteras reservationis super beneficiis in certa diocesi inibi expressa et ad certam summam acceptandis gratiose concesserat, se a Romana curia tam propter e. s. v. quam dicti regis negotia nuper habebat absentare, prout absentaverat, et propterea dubitat, an in assequutione quorumcunque beneficiorum, etiam vigore litterarum reservationis huiusmodi ac processuum eorundem acceptatorum et in futurum acceptandorum, et de quibus eidem pro tempore provisum extiterit, gaudere possit omnibus privilegiis, quibus nuntii regum et principum necnon alii curiales eandem Romanam curiam vestram sequentes gaudent seu gaudere poterunt quomodolibet in futurum, ad huiusmodi dubium tollendum supplicat prefatus orator, quatenus sibi, ut durante eius absentia per annum a die recessus et absentie huiusmodi computandum [in assequutione][1]) quorumcunque beneficiorum hactenus et pro tempore acceptatorum et, de quibus sibi provisum extiterit, et quoad omnia beneficia, que in utilitatem curialium presentium cedere possint, etiam ad hoc, ut per se aut procuratorem eius idoneum huiusmodi beneficia in Romana curia et extra eam acceptare et de illis providere [ɔ: -ri][1]) sibi . . facere potuerat [ɔ: -erit][1]) et in futurum possit, omnibus privilegiis, quibus alii nuntii et curiales huiusmodi in Romana curia presentes seu illam et s. v. sequentes gaudent [et] gaudere poterunt quomodolibet in futurum, gaudere possit per omnia, perinde ac si a dicta curia minime se absentasset et adhuc in eadem apud e. s. v. nuntium dicti regis ageret, decernere sicque per quoscunque judices et auditores etiam sacri palatii causarum apostolici et quoscunque

[1]) add. Gz.

alios auditores in eadem curia et extra eam in quibuscunque causis et instantiis pronuntiari et diffiniri debere, sublata quacunque alias interpretandi facultate, statuere dignemini . . . Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii. . . . Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat . . . . Datum Rome 8. id. jan. anno 10.

Suppl. 1395 fol. 121 v.

4343. **18. Jan. 1513.**

Paven udtrykker overfor Biskop Lage Urne i Roskilde sin Glæde over, at Kong Hans vil slutte Fred med Svenskerne, og at der er bestemt et Forhandlingsmøde i København 24. Juni; han haaber herefter, at de med samlede Kræfter vil vende sig mod Tyrkerne og erobre Jerusalem tilbage. Han udnævner derfor Biskoppen til pavelig Nuntius og Kommissær, saa at han i denne Egenskab kan overvære og præsidere Mødet, og anmoder ham om at anstrenge sig for, at der virkelig bliver sluttet Fred. Endelig giver Paven alle Deltagerne i Mødet sin Velsignelse.

Episcopo Roskildensi. Nuper ingenti cum letitia *(Pontoppidan, Ann. eccl. Dan. II, 741—43; Reg. 5540).* Datum Rome sub annulo piscatoris die 18. jan. 1513 anno 10.

Barth. K 41 efter Orig. hos Th. Kingo. L. Dipl.

4344. **19. Jan. 1513.**

Klerken Johan Wulf fra Bremen Stift faar ny Provision paa Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Nuper, canonicatu et prebenda in ecclesia Roskildensi tunc vacantibus, fuit de illis Johanni Wulff clerico Bremensis diocesis ordinaria auctoritate provisum, possessione forsan subsecuta. Cum autem dubitet premissa et alia inde secuta viribus non subsistere . . ., supplicat igitur, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 6 mr.] in forma nove provisionis, gratie [etc.] providere dignemini . . . Concessum in presentia pape. P. cardinalis s. Eusebii. . . . Datum Rome 14. kal. febr. anno 10.

Suppl. 1398 fol. 134 v.

REGISTER.[1])

[1]) Heri er ikke medtaget Ordet Danmark og de regerende Pavers Navne. Kardinalerne og enkelte andre Kurialer, hvis Slægtsnavne ikke findes i Teksten, er anførte under Fornavnet. S. betyder Sogn, H. Herred, Hgd. Herregaard.

TILLÆG.

BEGYNDELSESFORMLER.

(* betegner, at Formlen findes fuldstændig aftrykt her nedenfor.)

Nr. 3888. Ad cumulum tue cedit salutis.
- 3954. Ad exequendum pastoralis officii debitum.
- 4199. *Ad personam tuam.
- 3784. Ad Romani pontificis auctoritatem.
- 3495. Ad sacram Petri sedem.
- 3613. Apostolatus officium (trykt 451).
- 3667. Apostolice sedis circumspecta benignitas (trykt 1480).
- 3692. *Apostolice sedis consueta clementia.
- 3368. Apostolice sedis providentia circumspecta.
- 3614. *Circumspecte in omnibus actis.
- 3325. Cum a nobis petitur (trykt 1791).
- 3617. Cum nos pridem (trykt 985).
- 3991. Cum tua serenitas.
- 3597. Decens reputamus.
- 4211. Decet Romanum pontificem (trykt IV S. 605).
- 3727. Devotionis tue probata sinceritas.
- 3797. *Devotis tuis.
- 3427. Dignum arbitramur (trykt 521).
- 4213. Divina disponente clementia (trykt 1765).
- 3318. Dudum siquidem.
- 3886. Dum ad personam tuam.
- 3737. *Dum exquisitam.
- 3736. Ecclesiarum quarumlibet.
- 4339. Etsi cuncte orbis ecclesie.
- 4308. Etsi Romanus pontifex (trykt III S. 461).
- 3339. *Ex benigno sedis apostolice.
- 3725. Ex fideli solertia.
- 4050. Ex fideli, sollicita ac diligenti providentia (trykt 777).
- 3984. Eximie devotionis sinceritas.
- 4040. *Grata devotionis obsequia.
- 3373. Grata familiaritatis obsequia (trykt 2069).
- 3837. Humilibus supplicum votis (trykt 1475).

Følgende Formler, som ikke findes fuldstændig optrykte i dette Bind, meddeles her:

Ad personam tuam, quam divina clementia magnis illustravit gratiarum muneribus, paterne dirigentes considerationis intuitum et attente prospicientes, quod tu Romanam ecclesiam, cuius honorabile membrum existis, tuorum honoras plenius magnitudine meritorum, dignum, quin potius debitum, reputamus, ut illam tibi repperias in exhibitione gratiarum munificam et in tuis opportunitatibus liberalem.

Apostolice sedis consueta clementia, ne dispositiones per eam de cathedralibus ecclesiis pro tempore facte valeant quomodolibet impugnari, sed persone ad eas promote illis puro corde et sincera conscientia presidere valeant, remedia, prout convenit, adhibet oportuna.

Circumspecte in omnibus actibus suis sedis apostolice providentia circa prosperum regimen dignitatum ac canonicatuum et prebendarum ac aliorum officiorum ecclesiasticorum quorumlibet continue [et] solicite incumbens de illis interdum disponit, prout id in domino conspicit salubriter expedire.

Devotis tuis, illis presertim, per que improbi a recta bene vivendi norma declinantes ad dirigendum gressus suos in semittam veritatis ab errore revocari valeant, libenter annuimus eaque favoribus prosequimur oportunis.

Dum exquisitam tue circumspectionis industriam diligenter attendimus ac paterna meditatione pensamus, quod tu Romanam ecclesiam, cuius honorabile membrum existis, tuorum honoras plenius magnitudine meritorum, dignum, quin potius debitum, reputamus, ut eam tibi reperias in exhibitione gratiarum munificam et in tuis oportunitatibus liberalem.

Ex benigno sedis apostolice debet provenire auxilio, ut per eius provisionem solitam hospitalibus et piis locis quibuslibet oportuna per Christifideles conferantur subsidia, ex quibus hospitalium ipsorum ac pauperum et aliarum miserabilium personarum ad illa confluentium necessitatibus valeat subveniri.

Grata devotionis et familiaritatis obsequia, que nobis et apostolice sedi hactenus impendisti et adhuc sollicitis studiis impendere non desistis, necnon vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, quibus personam tuam etiam fidedignorum testimoniis juvari percepimus, nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales.

In suprema apostolice dignitatis specula, meritis licet imparibus, divina dispositione sublimati, ad ea ex injuncto nobis desuper apostolice servitutis officio solicite intendimus, per [que] hospitalium et aliorum piorum ac regularium locorum quorumlibet utilitas procuratur, personeque in illis divinis laudibus insistentes in pacis et quietis dulcedine sub svavi religionis jugo valeant altissimo perpetuo famulari, et ut ea, que propterea facta fuisse dicuntur, firma et illibata persistant, cum a nobis petitur, apostolico munimine roboramus ac illa de novo statuimus et ordinamus, prout in domino conspicimus salubriter expedire.

Officium in specula presidentis nos excitat et inducit, ut pro defensione litterarum et provisionis apostolicarum nostre sollicitudinis partes favorabiliter apponamus et erroribus illas temere impugnantium et ecclesiasticas censuras contempnentium per nostre declarationis adminiculum et alia oportuna remedia, prout debitum iustitie exponit et id in domino expediri cognoscimus, salubriter occurramus.

Pii patris altissimi, qui, prout vult, dispensat, singulis etiam plus, quam eorum merita et vota requirant, munera gratiarum, vices licet immeriti gerentes, internis honoribus minores efferimus, ut in observantia mandatorum domini fiant ipsorum humeri fortiores.

Piis et honestis fidelium votis, hiis presertim, que religionis propagationem et divini cultus augmentum personarumque sub eius-

dem religionis jugo altissimo famulantium animarum et conscientiarum pacem et tranquillitatem respiciunt, gratum nos decet prestare assensum, et ut optatum sortiantur effectum, libenter interponimus solicitudinis nostre partes.

Romani pontificis circumspecta benignitas de animarum Christifidelium salute sollicita ad ea, per que fideles ipsi piis operibus vacantes salutem suam necnon conscientie pacem de perpetuo valeant promereri, sue considerationis aciem dirigere consvevit eosque majori gratia et remissionis favore prosequitur, per quos elemosinarum et bonorum largitione conspicit pauperes et miserabiles personas refici etiamque pium officium exerceri posse.

Sacre religionis honestas, sub qua fratres ordinis Minorum devotum et sedulum exhibent altissimo famulatum, eorumque vita exemplaris ac salutaris conversatio non indebite merentur, ut opem et operam, quantum nobis ex alto permittitur, impendamus, quod per nostre auxilium gratie religio ipsa valeat ubilibet propagari.

Sacrosancte militantis ecclesie gubernacula et summi sacerdotii cathedra nobis, meritis licet insufficientibus, tradita faciunt, quod in terris religiosarum personarum numerum, per quarum preces assiduas et sanctas operationes propitiatur altissimus ubilibet propagari, pie mentis desiderantes affectu illa libenter concedimus, per que monasteria et loca religiosa novellis plantationibus reformari et in illis cultus divinus valeat feliciter adaugeri.

Sincere devotionis affectus, quem ad nos et Romanam geris ecclesiam, non indigne meretur, ut votis tuis, presertim per que anime tue saluti consuli possit, quantum cum deo possumus, favorabiliter annuamus.

TRYKFEJL OG RETTELSER.

S. 29	L. 4	Oxie, læs Opagre (Uppåkra).
- 30	- 18 f. n.	(jfr. S. 34 L. 4—5) Overskriften, læs: J. A. B. faar Ærkedegneembedet i Viborg og Kanonikat . . . i Aarhus.
- 55	- 13 f. n.	s. Clementis. Ripensis, læs s. Clementis Ripensis.
- 80	- 6 f. n.	Peyne, læs Peyna.
- 115	- 19 f. n.	Boden, læs Bode.
- 132	- 1	Slesvig, læs Ribe.
- 153	Nederst.	I Statsarkivet i Slesvig findes under Reynbek Nr. 65 det som Nr. 3533 trykte Brev i samtidig Afskrift (samt som Nr. 66 og 67 Breve fra Abbederne om Reformens Gennemførelse).
- 163	Overskriften til 3542.	Ærkedegneembedet i Camin, læs Demmin.
- 188	L. 14 f. n.	Negeborne, læs Negemborii.
- 222	- 3 f. n.	Odding og Ottense, læs Otting og Oddense.
- 231	Overskriften til 3659.	Det foregaaende Brev er ikke tabt, men Nr. 3615.
- 239	L. 14	Ærkedegneembedet i Viborg, læs Ribe.
- 322	- 7	Nr. 3826, læs Nr. 3825.
- 325	- 18 f. n.	Nr. 3818, læs Nr. 3817.
- 341	- 14 og 343 L. 14 f. n.	Morten Olufsen er næppe en Krabbe.
- 347	- 18	Serna, læs Serra.
- 348	- 7	Glandeves, læs Glendalough.
- 366	- 11 f. n.	Burg? læs Bergen.
- 376		Nr. 3926 = Nr. 4064; Nr. 3929 = Nr. 4203.
- 377		Nr. 3930 = Nr. 4095; Nr. 3931 = Nr. 4165.
- 378	L. 3 f. n.	hans Eftermand, læs hans Eftermand som Biskop udnævntes.
- 388	- 6	Camin, læs Stettin.
- 398	- 5	Sovenbroder, læs Søvenbroder.
- 412	- 7—8	Manseranus Gaualda, læs Manseratus Ganalda.
- 418	- 9 f. n.	Ærkedegneembedet, læs Dekanatet.
- 441	- 3 f. n.	Sundt, læs Smidt.
- 450	- 6	Stakensinder, læs Stakensnider.
- 470	- 11	Kjeld Olufsen er næppe en Krabbe.
- 523	- 9	fem andre, læs to andre.